Est primum caput Sermonis, qui inscribitur, περὶ ἀρετῶν καὶ κακιῶν, *De virtutibus & vitiis*. Deest Prologus, qui incipit, μακαρίζω τὴν ὑμῶν ζωήν, *Beatam prædico vitam vestram*. Sequuntur alia Capita XXI. ut in Codd. Vaticanis 439. 440. 729. 1815. Alexandr. 8. & 16. & Clementin. 62. Sed in catalogo codicum Moscuensium recensentur tantum priora capita VII. videlicet. I. *De timore Domini* ut supra. II. *De animo timore carenti*, ὁ ὃ μὴ ἔχων φόβον, *non habens timorem* pag. 173. III. De Caritate, μακάριος ὁ ἔχων ἀγάπην τοῦ Θεοῦ, *Beatus habens caritatem Dei*. IV. De non habentibus caritatem, ἄθλιος καὶ παλαίπωρος, *miser & infelix*. V. De Longanimitate, μακάριος ἀληθῶς ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος, *Beatus vere homo ille*. VI. De non habentibus longanimitatem, ὁ μὴ ἔχων, *non habens*. VII. De patientia pag. 176. Sermo LXXV. μακάριος, ἀδελφοὶ, ὅτις ὑπομονὴν ἐκτήσατο, *Beatus, fratres, qui patientiam consequutus est*. Vide Joannem Petrum Kohlium in libello, cui titulus, *Introductio in historiam & rem literariam Slavorum*, *Altonaviæ* 1729. De Codice Epræmiano Slavonico, cap. I. a pag. 245. ad pag. 265.

V.

SERMONES

SANCTI EPHRAEM SYRI,

Qui exstant Slavonice in Codice impresso Moscuæ anno Christi 1701.

Ex recensione Joannis Petri Kohlii, in Academia Scientiarum Petropolitana, historiæ Ecclesiasticæ & humaniorum Literarum Professoris.

Sermo I. Instructio de pietate & salute animæ, & de abdicatione vitæ. Initium. *Ego Ephræm peccator & insipiens, semper debilis & remissus*. Pag. 1.

Sermo II. Gratiarum actio ad servatorem Deum. *Gloria tibo Deus, gloria tibi*. p. 5.

Sermo III. Instructio de religione, & ad volentes inire monasticam vttam. *Carissime, es ne christianus divina gratia?* p. 6.

Sermo IV. Instructio ad monachos recens factos. *Dilectissime, si abnegasti vitam hanc*. p. 8.

Sermo V. Instructio ad monachos, ut fortiter sustineant tentationem. *Dilectissime, ecce propono tibi aliud depositum a Domino*. p. 9.

Sermo VI. Instructio, ut mitis sit monachus. *Dilectissime, si feceris bonum initium*. p. 10.

Sermo VII. Instructio, ut in laboribus semper versetur. *Et de manuali opera frater ne negligas*. p. 11.

Sermo VIII. Instructio, ne succumbat cupiditatibus. *De existente autem scandalo scimus dicentem*. p. 12.

Sermo IX. Instructio, ut quotidianam patientiam exerceat. *Et de tempore ne sis incuriosus*. p. 13.

Sermo X. Instructio de incidentibus cogitationibus. *Dilectissime ne tergum des obviam euntibus cogitationibus*. p. 14.

Sermo XI. Instructio, ut sobrius sit semper

per. *Frater certa tamquam bonus miles*. A pag. 15.

Sermo XII. Instructio, ne habeat in mente arrogantiam. *Frater si dereliquisti vanam vitam*. p. 16.

Sermo XIII. Instructio de statu præfectorum, & de pastorali cura. *Frater, si tradidisti animam, cinge latera tua ut vir*. pag. 17. lege, *si tibi tradita fuerit anima*. B

Sermo XIV. Instructio parabolica ad superiores & subditos. *Per partes ædificatur civitas, & per imperium geretur bellum*. pag. 19.

Sermo XV. Instructio de certaminibus monasticæ & eremitarum vitæ. *Frater, si dignus fueris habitus sancto indumento monastico*. p. 20.

Sermo XVI. Instructio, ne vanæ gloriæ sit cupidus. *Frater, cur seduci te sinis, superatus a diabolo*. p. 22.

Sermo XVII. Instructio de elatione animæ in precibus ad Deum. *Frater, quando ad januam tuam pulsat frater noctu, ut surgas*. p. 23.

Sermo XVIII. Instructio in correctionem D desiderii spiritualis. *Dilectissimi, scimus stantes coram mundanis Regibus*. p. 24.

Sermo XIX. De vigilia, & sobriis precibus. *Frater, existimo tria esse somniorum genera*. p. 25.

Sermo XX. Instructio ad tentatos sua cogitatione. *Si accidat fratrem quemdam ingredi monasticam vitam*. p. 26.

Sermo XXI. Instructio de pugna inimici adversus vitam monasticam recens ingressos monachos, & de manuali opere. *In communione viventes juniores monachos diverse impugnat diabolus*. p. 28.

Sermo XXII. Instructio, quo introitu superet diabolus monachos, & de transitu ex uno loco in alium. *Diverse pugnat diabolus contra eos qui sub spirituali patre versantur*. p. 30.

Sermo XXIII. Quod oporteat uno loco manere monachum usque ad mortem. *Imponit cogitatio monacho*. p. 34.

Sermo XXVI. Quod non oporteat monachum ridere scurramque agere, sed continue lacrymari. *Initium dissolutæ vitæ monachi, risus*. p. 35.

Sermo XXV. Instructio monachorum juniorum de obedientia & mansuetudine. *Cave tibi ipsi a juventute, ne pigritia, & risu perdas tempus tuum*. p. 39. lege, *o juventus*.

Sermo XXVI. De patientia. *Dilecti, erimus ut magnanimi milites*. p. 42.

Sermo XXVII. Non oportere monachum ex alio loco in alium transire. *Fides mater est omnis boni operis*. p. 43. B

Sermo XXVIII. De amore & misericordia in pœnitentem. *Si accidat fratrem a communione monachali discedere*. p. 45.

Sermo XXIX. Narratio de Palladio monacho, qui sine timore Dei vixit in inobedientia. *Frater aliquis narravit mihi*. pag. 48.

C Sermo XXX. Quod habenti dabitur. *Scriptum est autem habenti datur*. p. 49.

Sermo XXXI. Instructio, quod cadentem in tentationem non oportet judicare, sed pro eo orare. *Fratres, si quis ex religiosis fratribus stans in coetu*. p. 49.

Sermo XXXII. De miti sapientia. *Dilectissime, si consequeris prærogativam, ut stes*. p. 52. D

Sermo XXXIII. Quod oporteat christianum longam patientiam & mansuetudinem exercere. *Si præter spem ira in te incesserit, non in iram*. p. 52.

Sermo XXXIV. De cupiditatibus. *Vir dies suos in pigritia transigens*. p. 54.

Sermo XXXV. Quomodo oporteat mo- E nachum consolari patientem & debilem. *Frater quærens suum fratrem*. p. 55.

Sermo XXXVI. Quomodo oporteat legentem coram fratribus diligenter attenteque legere. *Frater, si jussum tibi fuerit legere in auribus*. p. 59.

Sermo XXXVII. De cœlibatu & temperantia. *Fratri, vel sorori suggeret cogitationem sceleratus*. p. 59. F

Sermo XXXVIII. De castitate. *Dilectissime frater, compara castitatem palmæ*. pag. 72.

Sermo XXXIX. Non huc illuc oculos circumferendos, sed in terram dejiciendos. *Interrogatio, quomodo componitur bellum*. pag. 63.

Sermo XL. De mansuetudine. *Monache nonne*

nonne promisisti Deo placere ? quomodo igitur &c. p. 63.

Sermo XLI. Ad inobedientes, & de præparatione, & de timore Dei, & de judicio futuro. *Frater, si accedens frater roget te, dicens.* p. 66.

Sermo XLII. De pietate. *Frater, cave tibi diligenter, ne a recta via aberres.* pag. 71.

Sermo XLIII. De cadentibus suæ pigritiæ culpa, & non sentientibus causas peccatorum. *Frater, cupis ne monasticæ vitæ te tradere* p 73.

Sermo XLIV. De beatis. *Beatus qui odio habet vitam hanc humanam.* p. 77.

* Sermo XLV. De judicio & eleemosyna. *Deus existens bonus hominum amator, multas nobis proposuit vias ad salutem.* pag 83.

Sermo XLVI. De virginitate. *De cœlibatu & sanctitate animæ dicit Paulus Apostolus.* p 89.

Sermo XLVII. In correctionem dissolute viventium & honores appetentium. *Commoveor, fratres mei, & contremisco, & mœreo.* p. 93.

Sermo XLVIII. De passione Salvatoris. *Horreo lingua eloqui, & attingere tremendam historiam Salvatoris.* p. 100.

Sermo XLIX. Historia de Sancto Abraamio. *Fratres mei, cupio vobis exponere vitam boni & perfecti viri admirabilem* p 104.

Sermo L. De pœnitentia. *Descendens Dominus ex sinu Patris, & factus nobis via salutis.* p. 118.

Sermo LI. De doctrina & pœnitentia. *Dolor stimulat me eloqui, & indignitatem meam &c.* 123.

* Sermo LII. De pœnitentia. *Quoniam igitur renunciasti mundo dilecte.* p. 141.

* Sermo LIII. De pœnitentia. *Cave igitur tibi, ne quando torpori te tradas.* p. 136.

* Sermo LIV. De pœnitentia. *Sine facie cæcum est speculum.* p. 141.

Sermo LV. De pœnitentia. *Venite dilecti mei, venite patres, & fatres mei* p. 147.

* Sermo LVI. Laus monachorum in communione viventium. *Paradisus est plenus fructu lætitiæ.* 148.

* Sermo LVII. De mundanis curis & rebus. *Quemadmodum vinculum indissolubile aquilæ, ita & mundana cura.* p. 149.

* Sermo LVIII. De elatione mentis, factisque ab invidia profectis, & de transitu ab uno loco in alium. *Quemadmodum arbor alta visuque pulchra sine fructu, ita & monachus.* p. 149.

Sermo LXI. Sermo Sancti Ephræmi, quando venerunt ad eum monachi Initovini consulentes eum de operibus. *Laudo vestram vitam o Christi amatores.* p. 153.

Sermo LX. De timore Domini. *Beatus igitur homo, qui habet timorem Dei in se.* pag. 154.

Sermo LXI. De non habentibus timorem Dei. *Non habens timorem Dei.* p. 154.

Sermo LXII. De amore. *Beatus vir habens amorem Dei: quoniam ipsius &c* p. 155.

Sermo LXIII. De non habentibus amorem. *Sceleratus autem & dissolutus, qui ab amore longe abest.* p. 155.

Sermo LXIV. De longanimitate. *Beatus vere homo qui longanimis.* p 156.

Sermo LXV. De non habentibus longanimitatem. *Non habens longanimitatem.* pag. 156.

Sermo LXVI. De patientia. *Beatus est, fratres, talis, qui patientiam* p 157.

Sermo LXVII. De non habentibus patientiam *Maledictus autem & perversus non possidens patientiam.* 157.

Sermo LXVIII. De animo ira carente, qui scilicet iram non fovet. *Beatus homo ille, qui non facile ad iram concitatur.* pag. 158.

Sermo LXIX. De animo ira facile effervescenti. *Oxycholia autem quem tenet cito, &c.* p. 158.

Sermo LXX. De animi demissione. *Beatus est, & ter beatus vere.* p. 159.

Sermo LXXI. De malitia. *Ejulare igitur oportet, & plangere.* p 159.

Sermo LXXII. De veritate. *Beatus est re, qui in veritate vitam suam constituit.* pag. 160.

Sermo LXXIII. De falsis & non habentibus veritatem. *Maledictus autem & perversus ubique exercens falsitatem.* p. 161.

Sermo

Sermo LXXIV. De obedientia. *Benedictus est, qui præditus est virtute obedientiæ.* pag. 161.

Sermo LXXV. De inobedientia & murmuratione. *Rejectus & maledictus.* p. 161.

Sermo LXXVI. Non habere quemquam oportere invidiam & zelotypiam. *Benedictus est qui invidiam & zelum non sectatur.* p. 162.

Sermo LXXVII. De invidia & zelo. *Qui in istis autem violatam conscientiam habet.* p. 163.

Sermo LXXVIII. Ne quis sit calumniator. *Benedictus est, & ter benedictus.* pag 164.

Sermo LXXIX. De calumnia. *Qui delectatur calumniis in fratrem suum.* p 164.

Sermo LXXX. De continentia. *Benedictus profecto & ter benedictus custodiens.* pag. 164.

Sermo LXXXI. De incontinentia. *At incontinens & non habens continentiam.* p. 165.

Sermo LXXXII. De pœnitentia. *Dator omnium bonorum & fons sanationis.* p. 167.

Sermo LXXXIII. De pœnitentia & contritione. *Compungere anima mea, compungere.* p. 171.

Sermo LXXXIV. De judicio, & amore, & pœnitentia. *Descendite in vos, fratres mei.* p. 174. Observat Kohlius p. 323. hunc Sermonem non differre ab eo, qui prodiit in editione Oxonienſi p. 253.

* Sermo LXXXV. De non faciendis, & quod non deceat chriſtianos pagana feſta, & paganos ludos frequentare. *Quemadmodum licet non ludere.* p. 180. Deeſt in edit. Oxon.

* Sermo LXXXVI. De oblatione ſancti Sacramenti. *Dixerunt de fratre quodam, quod tempore coetus publici.* p. 184. Deeſt in edit. Oxon. Prodiit per Kohlium Slavonice & Latine pag. 390. hoc titulo : *Sermo II. De oblatione, ſcilicet* θεοφορῶ *ſanctiſſimi Panis.* Initium. *De fratre relatum nobis eſt, eo, quo cultus publicus celebraretur tempore, in templum ut ſueverat ituro ſatanam illudentem hæc inſuſurraſſe : Quid malum ibis in templum ad panem ibi vinumque, hoc eſt, Corpus & Sanguinem Domini accipiendum ? falleris, &c.*

Sermo LXXXVII. Ad fratrem cadentem & de pœnitentia. *Imperio ſubjecto fratri.* p. 186. edit. Oxon. 222.

Sermo LXXXVIII. Ad quem ſermo dictus ſit, melius uxorem ducere, quam uri. *Audi Apoſtolum Paulum dicentem.* p. 191. In Oxonien. 329.

Sermo LXXXIX. De amore. *Dilecti mei, ſi præditus fueris ſapientia.* pag. 192. In Oxon. 332.

Sermo XC. De caſtitate, & patientia, & pœnitentia. *Dixit Dominus gloriæ.* p. 193. In Oxon. 337.

Sermo XCI. De vitioſa mente. *Quemadmodum gladius venas diſſecat &c.* p. 199. In Oxon. 341.

Sermo XCII. Quod non oporteat jurare. *Domino & Salvatore noſtro Jeſu Chriſto dicente.* p. 201. In Oxon. 227.

Sermo XCIII. Ad Eulogium. *Ad fructum obedientiæ reſpice frater.* p. 203. In Oxon. 333.

Sermo XCIV. De beatitudine. *Beati amantes Deum.* p. 207. In Oxon. 428.

Sermo XCV. De pœnitentia, & de futuro judicio. *Venite dilecti, venite patres.* p. 209. In Oxon. 347.

* Sermo XCVI. De pœnitentia. *Diſcamus peccatores miſericordiam.* p. 216. In Oxonienſi deeſt.

Sermo XCVII. Oda decens ad peccantes & pœnitentes. *Quouſque amice detentus a diabolo.* 220. In Oxon. 278.

Sermo XCVIII. De cupiditatibus. *Volo dicere coram gloria tua.* p. 221. In Oxon 100.

* Sermo XCIX. De patientia, & de fine mundi, & ſecundo adventu Domini noſtri Jeſu Chriſti, & de doctrina divinorum librorum, & qualis ſilentii utilitas. *Laudo vitam &c.* p. 225. In Oxon. deeſt.

* Sermo C. De pœnitentia. *Rogo vos igitur fratres.* p. 229. In Oxon. deeſt.

* Sermo CI. De ſilentio. *Conſequeris frater ſilentium.* p. 232. In Oxon. deeſt.

* Sermo CII. De fide, & ſpe & amore. *Rogo vos igitur fratres.* p. 233. In Oxon. deeſt.

Sermo CIII. De pœnitentia & amore, ut & de baptiſmate, & confeſſione, & crucis laude, & altero adventu Chriſti, &

de futuro judicio. *Nihil existimemus dilecti fratres majoris* p. 234. In Oxon. 455.

* Sermo CIV. De altero adventu Christi. *Dilecti fratres declinantes omnes a mala via*. p. 234. In Oxon. deest.

Sermo CV. De pulcherrimo Josepho. *Deus Abrahami*. p. 258. In Oxon. 234.

Sermo CVI. De Antichristo. *Quomodo ego peccator Ephræm*. p. 264. In Oxon. 359.

* Sermo CVII. De pœnitentia & salute animæ, in hebdomade quadragesimali. *Abnegationem quam in baptismate facimus*. pag. 273. In Oxon. deest.

* Sermo CVIII. De sanctis, venerandis, & vivificantibus christianis sacramentis. *Non satis igitur est nobis*. p. 283. In Oxon deest. Prodiit per Kohlium Slavonice & Latine pag. 372. hoc titulo: *Sermo I. Ephræmi Syri, Instructio de sanctissimis & vivificantibus christianis sacramentis*. Initium. *Non satis igitur est, fratres, christianos tantummodo nos vocari, quum opera quoque ipsa a nobis requirantur*.

Sermo CI. De Abrahamo & Isaaco. *Transmigrare fecit Deus optimum Abrahamum*. p. 287. In Oxon. 414.

Sermo CX. Laus Basilii Archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ. *Dilectissimi, inclinate mihi*. p. 292. In Oxon. 399.

Sermo CI. Ephræmi reprehensio sui ipsius, & confessio, & de præscientia. *In multis vobis fratres mihi videor prodesse*. p. 299. In Oxon. 82.

Sermo CXII. De Patribus defunctis, & jejunio claris. *Hoc die primo*. p 303.

Sermo CXIII. De Patribus qui sancte vixerunt & defuncti sunt. *Animi excrucior*. p. 307. In Oxon 119.

Sequuntur jam aliquot Ephræmi Sermones, qui novæ huic editioni Moscuensi accesserunt, de Græco recens translati hoc titulo. *Nonnulli Sermones recens versi ejusdem sancti Ephræmi*.

Sermo I. Instructio de precibus. *Beatum profecto non peccare*. p. 310. In Oxoniensi deest una cum novem sequentibus.

Sermo II. De amore. *Recte dixit Dominus*. p. 311.

Sermo III. De Psalmodia. *De amore igitur satis multa diximus: nunc autem*. pag. 314.

Sermo IV. De jejunio. *Amato paupertatem Christi*. p. 316.

Sermo V. De vanitate hujus vitæ. *Cogitemus fratres, quod nihil conducat nobis*. pag. 318.

Sermo VI. De amore paupertatis. *Venite cæteri fratres*. p. 318.

Sermo VII. De beatis locis. *Hæc præcepta facientes*. p. 319.

Sermo VIII. Quomodo blasphemetur Deus, & quem judicaturus sit. *Ait Dominus per Prophetam*. p. 322.

Sermo IX. Instructio ad ducentes monasticam vitam, quales esse oporteat. p. 328.

Sermo X. Instructio de contritione cordis. *Die quodam, tempore matutino*. p. 328. In Oxon. 110.

* Sermo XI. Instructio de vera abnegatione, & quomodo inventura sit anima Deum, cujus gratia venit Dominus. *Silentium tenens, & solitudinem amplectens*. 333. In Oxon deest.

Sermo XII. Admonitio de diversis virtutum statibus. *Toto die mente agitabam visionem quam vidi*. p 334 In Oxon. 130.

* Sermo XIII. De pietate, & sobrietate, & tranquillitate animæ. *Cave tibi ipsi, dilecte*. p. 338. In Oxon. deest.

Sermo XIV. Instructio utilis de eo, quomodo consequatur quis mansuetudinem, continens centum Capita. *Principium fructus, flos est*. p. 343. In Oxon 200.

* Sermo XV. De malis cogitationibus. *Dilecti, si quando malæ cogitationes* p. 364. In Oxon. deest.

* Sermo XVI. Instructio per Epistolam suasoriam de virtute, ad ducentes monasticam vitam. *Dilecti, laudo vestrum amorem* pag. 366.

* Sermo XVII. Ad monachos de eremitarum vita & jejunio. *Cave tibi ipsi juvenis cupiens monachus fieri*. p. 374. In Oxon. deest.

* Sermo XVIII. De turpiter dictis, & cupiditatibus. *Dispersæ vulgo omnes cupiditates in omni genere humano*. 375.

Sermo XIX. De angustiis animæ, quando

do infirma in certamine cum inimico diabolo, & quomodo orare debeat Deum. *Anima triſtis accedit te ſancte Domine*. p. 383. In Oxon. 134.

* Sermo xx. De ſtatu virtutis. *Fratres benedictione utamur*. p. 388. In Oxon. deeſt.

Sermo xxi. Quomodo perfectus eſſe debeat monachus. *Aliquando me acceſſerunt aliqui quærentes*. p. 394.

Sermo xxii. Epiſtola ad Joannem monachum de patientia, & ne decipiatur cogitationibus quaſi juſtus ſit, dicatque: ita ut paſtorem decet vivo: & de temperantia. *Multoties perſuadebam religioſiſſimo Theodoro*. p. 409. In Oxon. 343.

Sermo xxiii. Ad novos monachos de virtutum exercitio, continet quatuor Capita. *Dominus in ſalutem hominum venit in mundum*. 414. In Oxon. 140.

Sermo xxiv. De virtutum exercitio, habet capita decem. *Neceſſario igitur cogitabam*. p. 426. In Oxon. 150.

Sermo xxv. Ut noſcat aliquis ſeipſum. *Decet nos dilectiſſimi docere*. pag. 437. In Oxon. 160.

Sermo xxvi. Quod non oporteat ſcurrari & cachinnari, ſed plangere & ſingultire. *Initium perverſionis monachi riſus*. p. 455. In Oxon. 170.

Sermo xxvii. De ſpirituali vita ad novum monachum: habet 95. verſus. *Laudabam tuam fidem*. p 458. In Oxon. 179.

Sermo xxviii. De recta vita. *Rectam ne vitam expetis?* p. 471. In Oxon. 257.

Sermo xxix. De beatitudinibus. *Beatus qui eſt liber*. p. 480. In Oxon. 191.

Sermo xxx. Teſtamentum ſancti Ephræm Syri. *Ego Ephræm morior. Notum igitur vobis ſit Viri Edeſſeni*. p. 489 In Oxon 365.

Sancti Patris noſtri Gregorii Epiſcopi Nyſſeni oratio Encomiaſtica in ſanctiſſimum patrem noſtrum Ephræmum Syrum. *Excitat me ad præſentem pertractationem*.

Toti operi coronidem imponunt ſequentia diſticha Slavonica ab Interpretibus confecta, quæ Latine a Kohlio pag. 337. ſic verſa ſunt.

„ Triſubſtantiali in unitate omnium Deo
„ Læto corde occinimus laudem multam,
„ Digni habiti in libris divina ſapientibus
„ Spiritualis Viri Ephræmi, ſermonum ſapientia refertorum
„ Felix initium ſanctumque exitum videre.
„ Unanimique voluntate translationem perficere
„ Græcorum ſermonum denuo translatorum
„ Oculis fidelium in utilitatem ſubjectorum.
„ Quotquot eſtis ſive ſacro ſive ſeculari ſtatu viventes hæc legite quæſumus,
„ Et qui iſtis operati ſunt, veniam concedite:
„ Sapientiaque veſtra benevole emendate
„ Siquid in translatione minus accuratum.

CAPUT II.

DE LATINIS

SANCTI EPHRAEM SYRI

Interpretationibus Ambroſii Camaldulenſis, Petri Franciſci Zini, & Gerardi Voſſii.

ETSI in Prolegomenis in primum Tomum Operum Græcorum S. Ephræm Syri, Capite ſecundo *de Latinis antiquis Verſionibus*, & ſequentibus, in quibus de Editionibus Ambroſii, Zini, & Voſſii tractavi, vel ex ipſa facti ſerie ſatis abunde conſtare mihi videtur, quam egregie operam ſuam ac ſtudium in exequendo ſuo munere Interpretes iſti impenderint, non abs re tamen fore exiſtimo, ſingillatim hic referre ac refellere, quæ de ipſis neoterici quidam præpoſtere ſcripta reliquere.

I. *Alias Latinas verſiones ante Ambroſianam fuiſſe adverſus Oudinum oſtenditur.*

Ac primum quidem Oudinus Ambroſianam verſionem plus juſto extollit, quum eam omnium Latinarum primam facit: „ Primus, (*inquit de Scriptor. Eccleſ.* „ *To.* 1. *pag.* 502.) qui opuſcula nonnul- „ la S. Ephræmi Syri in Græcum jam „ olim translata, Latine reddidit, Vir fuit „ magni nominis Ambroſius Abbas Ca- „ maldulenſis & totius Ordinis Præfectus „ generalis. At ex Catalogo, quem Tomo priori præfixi pag. LXXXI. & ſeq. dilucide patet, longe plures, quam quos Ambroſius transtulit, exſtare Latinos ſancti Ephræmi Sermones, qui olim ab Anonymo Interprete e Græco ſermone ſunt converſi. Horum nonnullos antiquioribus Ambroſio doctis viris memoratos, nec manu tantum exaratos in Bibliothecis ſervari, ſed etiam typis impreſſos in publicam lucem prodiiſſe, cap. 2. in Prolegomenis pag. XII. monui.

In pervetuſto Codice MS. Vaticano, ſignato num. 6443. (qui fuerat Cardinalis Petri Rothomagenſis, quemadmodum fol 1. adnotatur:) *octo libris* Sermones undecim ſancti Ephræm continentur, quorum Catalogum hic recenſendum exiſtimo, quum illorum tom. 1. mentionem non fecerim; ſunt autem ſequentes, videlicet pag. 265. *Incipit liber primus Domini Ephræm, de Judicio Dei, & de reſurrectione, & de regno cælorum, & de munditia animæ.* Gloria omnipotenti Deo, qui os noſtrum ſuperno nutu aperuit. II. pag. 267. *Explicit liber primus ſancti Patris noſtri Ephræm Diaconi. Incipit liber II. De beatitudine animæ.* Beati qui odio habuerint hunc mundum, & cujus (ita) meditatio ſolummodo in Deo fuerit. III pag. 269. *Explicit liber II. Incipit ejuſdem Tertius. De pœnitentia.* Dominus noſter Jeſus Chriſtus qui deſcendit de ſinu Patris. IV. pag. 270. *Explicit liber III. Incipit ejuſdem liber Quartus.* In luctaminibus hujus ſeculi nullus ſine agone ſeu certamine coronatur. V. pag. 272. *De die judicii.* Venite dilectiſſimi fratres, exhortationem meam ſuſcipite, & ſemper mementote conſiliorum meorum peccatoris & imperiti Effrem. VI. pag. 273. *De dilectione Dei.* Beatus vir qui Dominum ex toto corde dilexerit, & mundum iſtum & omnia quæ in eo ſunt, tota virtute oderit. VII. pag. 274. *de compunctione.* Beatus homo qui habet compunctionem jugiter ſecundum Deum. VIII. pag. 274. *Explicit liber quintus. Incipiunt monita ſancti Ephræm in libro ſexto.* Dolor me compellit dicere, & iniquitas mea comminatur mihi ut ſileam. IX. pag. 278. *Explicit liber VI. Incipit liber VII.* Domine, recordatus ſum horæ illius & intremui. X. pag. 283. *Explicit liber VII. Incipit liber VIII.* Venite cariſſimi mihi, venite patres & fratres, grex Salva-

Salvatoris electus: venite negotiemur, quoadusque nundina celebratur. pag. 284. *Finit institutio S. Effrem ad monachos*. Sequitur in eodem codice Sermo alter de Pœnitentia, præmisso ab amanuensi procemio, quod est ex libro S. Hieronymi de scriptoribus Ecclesiasticis desumtum, Initium pag. 285. *Ephræm Edessenæ Ecclesiae Diaconus. Incipit liber S. Ephræm Diaconi de pœnitentia.*

„ Plerosque cernimus in Ecclesia con-
„ stitutos, Ecclesiasticæ pietatis, ac fidei
„ non tenere doctrinam, quamvis sibi de
„ justitiæ meritis nimium tribuunt. De-
„ sinit p. 292. vacant enim illic blandimen-
„ ta luxuriæ, ubi perennium tormentorum
„ timor insederit. *Explicit liber primus de pœnitentia*. Hujus postremi Sermonis, qui *de pœnitentia* inscribitur, nemo hactenus, quod sciam, meminit. Reliqui priores, alia interpretatione ab Ambrosio, aut Vossio donati tam in manuscriptis, quam in impressis codicibus exstant.

II. *Ambrosium Camaldulensis Ordinis Abbatem generalem fuisse, adversus Kohlium demonstratur.*

Oudinum redarguit Kohlius, quod Ambrosium *Abbatem*, totiusque Ordinis Camaldulensium præfectum appellet: hunc autem errorem inde ortum existimat, quod Abbatis Cluniacensis librum, Ambrosii Versionibus quandoque adjunctum, ad Ambrosium ipsum retulit. En ejus verba *lib. 2. histor. versionum Ephræm Syri inprimisque versionis Slavonicæ, Altonaviae 1729.* „ *pag.* 268. Eundem Abbatem totiusque „ Ordinis præfectum vocat; nescio au- „ tem quo fundamento, quum & ipse se „ monachum Camaldulensem vocet, & ab „ omnibus, qui mentionem ejus inferunt, „ auctoribus hoc titulo afficiatur. Errorem „ itaque sine dubio hic commisit Oudinus, „ ex eo fortasse ortum, quod Venerabi- „ lis, ut vocant, Abbatis Cluniacensis „ librum, qui Ambrosii translationibus „ annexus quandoque reperitur, ad Ambro- „ sium ipsum pertinere credidit. Non ista sane Præfecturæ gloriola indigemus, ut vir & factis & scriptis clarissimus laudibus exornetur: verum cum pace Kohlii dictum sit, neque debuit ipse tam libere Oudinum traducere, qui auctores omnes non legisset, qui mentionem Ambrosii faciunt. Scribebat A Kohlius hoc opus Hamburgi die 13. Aprilis 1729. quemadmodum in Præfatione ad Lectorem testatur. Ambrosii autem Camaldulensis Epistolarum libri XX. jam olim a Mabillonio collecti, studio demum & opera Edmundi Martene, & Ursini Durand Presbyterorum & monachorum Benedictinorum e congregatione S. Mauri, Parisiis anno Christi 1724. prodiere, in quibus Ambrosius ipse commissam sibi generalem totius Camaldulensium Ordinis præfecturam non sine lacrymis narrat lib. 6. epist. 40. 41. lib. 10. epist 5. 11. 40. 41. lib. 18. epist. 14. & lib. 20. epist. 2. Id factum anno Christi 1431., laudati Martene & Durandus in Præfatione ad Tomum tertium collectionis veterum Scriptorum & monumentorum historicorum, dogmaticorum, moralium num. 13. in hæc verba „ referunt: Atque his studiis & lucubra- „ tionibus quum annos ad summum tri- „ ginta vacasset, & dulcissimo interim con- „ sortio literatorum omnium frueretur, „ raptus est invitus ad sui Ordinis clavum „ anno 1431. quo anno peragendam in „ octava Apostolorum suam benedictio- „ nem, in epistola I. libri XI ad Hiero- „ nymum fratrem data Socii, ex domo „ suæ habitationis XVII. Kal. Julias idem „ Ambrosius se destinasse scribit. Itaque non modo ex Ambrosio, sed ex aliis etiam auctoribus discere potuisset Kohlius, illum non simplicem monachum, sed Abbatem totiusque Ordinis sui Præfectum fuisse. Cur autem in Sermonum Ephræmianorum versione se ipsum monachum Camaldulensem, non Abbatem generalem appellet, inde factum est, quod aliquot ante annis Sermones illos Latio donaverat, quam generalis totius Camaldulensium Ordinis Præfectus eligeretur, ut iidem docti viri Martene & Durandus loc. cit. num. 10. observant: quo enim se ipse monachi nomine in epistola ad Cosmum Medicem appellaverat, illud tum in exemplaribus manu exaratis, tum in impressis retentum fuit. Interim auctoritate Augustini monachi Florentini vitæ ejus scriptoris, libenter emendamus eum errorem, quem

quem ex Bellarmino, Labbæo aliisque recentioribus circa annum obitus Ambrosii hausturn in capite 3. Prolegomenorum admisisse nos fatemur: ibi enim vitam ejus ad annum Christi 1490. produximus, quum ex Augustino constet illum 12. Kal. Novemb. anno Christi 1439. Florentiæ obiisse: quod & Martene atque Durandus loc. cit. num. 19. egregie confirmant ex Mauro ejus discipulo in funebri Oratione, ubi Eugenium IV. Pontificem ait de interitu tanti viri in primis indoluisse. Inde, ut puto, orta est errandi occasio, quod primam Sermonum Ambrosianorum, editionem anno 1490. Brixiæ curatam fuisse, nonnulli tradiderunt: quorum tamen opinionem in Prolegomenis cap. 3. relatis antiquioribus anni 1475. & 1481. editionibus confutavi.

IV. *Ambrosius Græcæ quidem linguæ peritus, sed Syriacæ ignarus.*

Porro Ambrosium Emmanuele Chrysolora Byzantino magistro adeo in literis Græcis profeciisse, ut sive Græce sive Latine converteret & explicaret, in concilio præsertim Florentino, Græcus magis crederetur quam Latinus, res est omnibus comperta & explorata. At illum Syriacam etiam linguam calluisse, ex qua in Latinum Ephræmianos Sermones transtulerit, nemo alius præter Kohlium id sibi in animum induxit. Dubium movet Kohlius pag 269. *utrum ex Syriaco ipso, an Graeca μεταφράσει Sermones illi ascetici ab Ambrosio conversi rectius dicantur*. Deinde in utramque partem auctores adducit: & pro Græco quidem sermone, *Andreas Rivetus*, inquit, *postremum asserit* in Critico sacro lib. 3. cap. 21. pag. 335. ubi de Ephræmi scriptis agit, his verbis: *Ambrosius Camaldulensis monachus Sermones sub Ephraemi nomine non paucos è Graeco in Latinum conversos emisit*: pro Syriaco autem: „ Hoc, ait, elici „ posse videtur ex vita Ambrosi hujus, ab „ Augustino Florentino contexta, historiæ„ que ipsius Camaldulensi inserta, ubi hæc „ inter alia leguntur: *Delatum ad eum est „ e Syria B. Ephræmi Eremitæ Syri volumen „ egregium, quod in Latinum nunquam „ eatenus prodierat. Id igitur Latinitate do„ natum, ipsi Cosmo obtulit*. Denique ad argumenta Tentzelii respondet, qui allatum ex Augustino locum de Græco codice è Syria allato commode expositerat: „ Dubium hoc „ quidem omne, *inquit pag.* 270, solvere „ se putat Tentzelius loc. cit. pag. 280. sic „ pronuncians: cave autem ex Augustini „ verbis colligas, Ambrosium ex Syriaco „ nativoque Ephræmi idiomate vertisse. „ Nam ex Græco tantum illum transtulisse „ ex ipsa Præfatione manifestissime colligitur. Ad hanc enim Tentzelii ratiocinationem sic Kohlius reponit: „ nescio tamen, an dubio „ huic plane satisfactum sit. Illa certe, „ qua Tentzelii solutio nititur, argumen„ tatio non sufficit. Nimirum ad verba „ illa Camaldulensis in Præfatione provo„ cat, qua mera usus allegoria, Ephræ„ mum ut senem aliquem è Syria profe„ ctum introducit, quem quum in confa„ bulando Græcum esse senserit, in cellam „ invitatum, Latine etiam loqui ut discat, „ rogaverit, ac per verba illa, *animadver„ terit Græcæ loquutionis gnarum*, nihil „ aliud, nisi versionem Græcam, quam in „ Latinam converterit, indicari tenet: ad „ quam tamen meo quidem judicio non „ respexit, nihil aliud hic sibi volens, quam „ ut in Græcam etiam linguam aliquan„ do jam tradu&ta esse Ephræmi scripta in„ nuat „ At bona cum Kohlii venia, noverat Ambrosius Ephræmum Syrum fuisse, non Græcum: adeoque nisi Græcam sermonum ipsius versionem quam Latine reddendam susceperat, per allata verba respexisset, non Græcæ loquutionis, sed Syriacæ gnarum eum dixisset. Quid? quod Syriacam linguam in Etruria vel alia Italiæ parte per ea tempora cultam a quoquam fuisse, nullibi legimus: nec Sermones illos, quos Ambrosius Latinos fecit, Syriace exstare in ulla Bibliotheca sive Florentina, sive Veneta aut Romana novimus. E contrario Græce exstant ubique, quemadmodum ex allatis Catalogis perspicuum est. Primus, qui Syriacis literis operam dedisse narratur, Ambrosius Theseus fuit Ordinis S. Augustini Canonicus Regularis, præceptores nactus Josephum Archipresbyterum, Eliam Diaconum & Eliam alterum Subdiaconum, Petri Maronitarum Patriarchæ

ad

ad Concilium Lateranenſe ſub Leone X. legatos, ut ex Præfatione ad novum Teſtamentum Syriacum anno 1555. Viennæ impreſſum Joannes Albertus VVidmanſtadius affirmat.

V. *Auguſtini, & aliorum obſervationes circa Ambroſium, juſque verſionem.*

Interim in iis, quæ ſupra a Kohlio & Auguſtino producuntur, majorem non immerito quis requieſierit diligentiam: nam Kohlius quidem dum Auguſtini verba profert, ſeipſum carpere videtur, qui Ambroſium totius Ordinis Camaldulenſium Abbatem generalem fuiſſe præfracte negat, quum id tamen ex ipſius auctoris teſtimonio reſcire levi negotio potuiſſet: Auguſtinus autem dum ſcribit, volumen illud B. Ephræmi in Latinum nunquam eatenus prodiiſſe, oſcitantiæ & falſitatis convincitur ex quatuor ſermonibus, qui ante Ambroſii tempora Latine exſtabant, quique nova ab eodem Ambroſio verſione poſtea donati ſunt, & in Prolegomenis pag. LXXXI. a nobis referuntur.

VI. *Præter Ambroſium, Zinum, & Voſſium, alios fuiſſe Latinos Ephræmi interpretes, adverſus Tentzelium & Kohlium probatur.*

Ad Zinum & Voſſium progredior. Neque Tentzelius, neque Kohlius, poſt Ambroſium alios agnoſcunt Ephræmianorum ſermonum e Græco Latinos interpretes, præter Voſſium & Zinum. Ex editis tamen per Aloyſium Lipomanum & Laurentium Surium anno 1554. & 1570. Tomis apparet, Julium Clementem Canonicum Secularem S. Georgii in Alga operam ſuam in Teſtamento S. Ephræmi è Græcis codicibus Latinitate donando contuliſſe: apparet etiam ex catalogis Tomo priori pag. C. & CII. a nobis præfixis, quædam alia opuſcula è Græco Latine verſa atque edita a Jacobo Gretſero, Franciſco Combefiſio, & Joanne Baptiſta Cotelerio. Demum in cod. ms. Vat. 6170. exſtant ſequentes S. Ephræmi ſermones è Græco in Latinum a Cardinali Sirleto translati. Videlicet: I. *Epiſtola ad fratres de die mortis.* pag. 1. Initium. *Tranſituri ſumus, fratres.* II. *Epiſtola ad Joannem monachum de patientia & temperantia.* pag. 3. Initium: *Quum ſæpe & multum admonuerimus religioſiſſimum Theodorum.* III. *De virtute ad monachum juniorem, Admonitio prima,* pag. 9. Init. *Quum Dominus noſter Jeſus Chriſtus humanæ ſalutis cauſa in hunc mundum veniſſet.* IV. *Admonitio ſecunda,* p. 13. Init. *Cavendum eſt a conſilio malo.* V. *Admonitio de Prudentia.* pag. 16. Init. *Eſto prudens ſicut ſerpens.* VI. *Admonitio tertia de malis cogitationibus reprimendis.* p. 17. Init. *De quibus rebus ad me ſcripſiſti, de his ſcilicet cogitationibus, quæ mentem ipſam perturbare ſolent.* VII. *Admonitio quarta, imperfecta,* pag. 22. Init. *Dixit quidam e numero ſanctorum hominum, meditare bona ne mala mediteris.*

VII. *Et Zinum Ambroſianæ verſionis, & Voſſium Zinianæ mentionem feciſſe.*

Miratur Kohlius pag. 275. nullam a Zino factam fuiſſe Ambroſianæ verſionis mentionem: hoc idem de Voſſio expoſtulant Lambecius, Tillemontius, Fabricius, Kohlius, aliique: quod nimirum neque Zinum, neque Ambroſium aut Julium Clementem laudaverit, quorum tamen verſionibus ſit uſus. Verum pro Voſſio quidem, in Prolegomenis cap. 7. pag. XIX. injuſtis hiſce querelis me ſatis feciſſe arbitror: hoc unum nunc addo, expreſſam Zini mentionem à Voſſio fieri tom. 3. pag. 116. in notis ad confeſſionem S. Ephræmi, ubi cauſam reddit, cur ſermonem iſtum jam olim a Zino translatum, ipſe interpretandum ſuſcepit: „ quod nimirum in hoc haud pauca repe„ riantur, quæ in priore Zini translatione „ ob defectum forte exemplarium deſunt: „ tum etiam quod nonnulla hic aliter quam „ ibi habeantur atque legantur.

At vero Zinus, quod unum dumtaxat ſermonem jam olim ab Ambroſio converſum nova interpretatione adornavit (eſt autem ille, cujus initium apud Ambroſium ſerm. 7. *cor meum doleo*, apud Zinum ſerm. 12. *excrutior*:) ſupervacaneum duxit, mentionem ejus facere, quem ceteroquin ſuppreſſo nomine laudavit in Epiſtola ad Auguſtinum Valerium data Venetiis pridie Idus Maji 1574. his verbis: „ Si ma„ gno illi Aloyſio Lipomano, ut ipſe te„ ſtatur, in ardua Poloniea Legatione unus „ vel alter eorum tantum attulit conſola„ tionis &c „ Ubi Ephræmi ſermones ſignificat, quos Aloyſius Lipomanus affirmat, ſe ex Legatione Polonica in Italiam redeuntem & hexaphoro vectum, ne itineris

ris tœdio torperet, avide legiſſe, & ad illuſtrandum octavum ſuum de ſanctis volumen decerpſiſſe: nam qui in octavo illo Tomo deſcribuntur Ephræmiani ſermones, non Zinum, non alios, ſed Ambroſium habent interpretem, ejuſque nomen diſerte præferunt.

VIII. *Laudes & nævi Voſſianæ editionis.*

Quamquam Voſſianæ verſioni non ita inhæreo, ut illam ſemper & ubique ſectandam mihi propoſuerim; niſi tamen me aliter cogit Græcus textus è regione poſitus, ab illa ne latum quidem unguem receſſi. „ Laudem ſcilicet meretur Voſſius, quod, „ *ut inquit Kohlius pag.* 279., tanta quanta nemo unquam diligentia curaque ex „ tota Italia, quotcumque indagare potuit, „ Græca Ephræmi ſcripta, in Bibliothecis „ paſſim exarata manu extantia collegerit, „ inque Latinam translata linguam, communem omnium in utilitatem divulgaverit. Laudanda quoque Voſſii in eo eſt „ induſtria, quod variis identidem lectionibus ex codicibus, quos adhibuit, rariſſimis vetuſtiſſimiſque diligenter notatis, ſingulis Ephræmi ſermonibus loca „ communia, ut vocant, hoc eſt, Græcorum æque ac Latinorum Patrum ſimilis argumenti ſcripta, in eorum præſertim, qui ſacra tractant, ſanctiſſimamque „ diſciplinam populo exponunt, uſum adjecerit, aliaque Scripturæ loca ex aliis „ clarioribus ac parallelis vel explicuerit, „ vel confirmaverit. Nec minus laudabilem in locis paſſim obſcuris illuſtrandis, „ corruptis emendandis, dubiis confirmandis operam exhibuit. „ Verumtamen non paucos etiam nævos habet ea doctiſſimi interpretis verſio: aliquando enim rebus magis quam verbis intentus, breviora facere inſtituit; interdum luxuriantia adhibet, & quæ omnino redundant, coacervat. In quibusdam etiam a vero ſenſu deflectit, aut ſententiam auctoris obſcure & contorte exprimit. Nihil dico de minoribus vitiis, quibus nullum opus, quantumvis terſum & limatum, carere omnino poteſt. Hunc itaque Interpretem ſequutus, & reliquis anteponendum eſſe, nec a me deſerendum judicavi, niſi ubi mendum aliquod in ejus editionem irrepſiſſe certo conſtat, aut variam lectionem Græci codices nobis Latine aliter exprimendam ſuadent. Hæc enim, ut opinor, optima eſt ratio interpretandi, ut auctoris Syri in Græcum converſi veſtigiis preſſius inhærerem, atque ejus verba lectionibus ſi minus annumerarem, ſaltem religioſe & fideliter appenderem. Neque vero, quia Voſſium identidem lapſum corrigo, idcirco me illi injuriam feciſſe arbitror, ſed de eo bene meruiſſe me ajo & contendo, quod nævos corpori alioquin egregio inſperſos (quemadmodum Boivinius de Volphiana Nicephori Gregoræ verſione loquitur:) ut eximerem ſedulo operam dedi.

Eruditi Actorum Lipſienſium Editores ad annum 1738. a pag. 289. obſervant, me ita Græcæ editioni, quæ Oxonii anno 1709. prodiit, in hac nova editione adornanda inhæſiſſe, ut quandoque tamen lectionem retinuerim, quam dedit illa editio, licet in margine alia fuerit ſubminiſtrata; interdum etiam marginalis lectio editionis Oxonienſis in nova noſtra editione fuerit prælata lectioni in ipſo textu exhibitæ; non raro denique ab utraque ſit receſſum. Nimirum in re dubia, quæque aut nullum aut contrarium ſenſum præferret, ſequutus ſum fidem vetuſtiſſimorum codicum noſtræ præſertim Bibliothecæ Vaticanæ, quorum proinde catalogum & uniuſcujuſque Ephræmiani ſermonis initia ordine alphabetico idcirco exhibui, ut, cui per otium licet, is poſſit edita quæcumquæ ſive Græca ſive Latina cum manuſcriptis conferre.

Afferunt iidem docti cenſores rationem, ob quam aliquando a Voſſiana verſione receſſi. *Quam ipſam*, inquiunt, *interpretationem Voſſii Latinam in iis locis non dubitavit vel relinquere vel emendare, in quibus ſenſum a Græcis diverſum repræſentat.* Hos equidem Voſſii nævos malui abſtergere, quam novam ipſe verſionem adornare: nævos autem appello, ſi ad Græcos Oxonienſes vel noſtros Vaticanos codices ſit illa Latina verſio comparanda. Quis enim neſcit, in tanto codicum numero aliam atque aliam frequenter lectionem exhiberi? idque

tas esse variantes Ephræmianorum operum lectiones.

idque non modo amanuensium arbitrio aut oscitantiæ esse tribuendum ; verùm etiam Interpretum Græcorum genio : nam unius ejusdemque Ephræmiani sermonis diversam interpretationem complures nobis repræsentant Vaticani codices : ex quo factum puto, ut sicut Latinæ, quas habemus anonymi, Ambrosii, Zini, Vossii, Julii, Clementis, Combefisii, & Cotelerii, versiones non omnino secum conveniunt ; sic neque Græcæ a diversis auctoribus elaboratæ interpretationes eandem ubique, aut saltem iisdem verbis conceptam reddunt sententiam. Sunt quippe qui in interpretando verbum de verbo reddidere : alii sensum retinere contenti, Græci sermonis genio indulgentes, circumloquutionibus sunt usi: non pauci denique ob Syriacæ linguæ difficultatem aut imperitiam, a genuina etiam sancti Patris mente longius recessere. Testem hujusce rei voco in primis Photium, qui Ephræmianos interpretes hac in parte aliquando peccasse notat in Bibliotheca cap. 196. „ Oratio ejus ac figuræ, nihil mirum, „ si ad consuetum homiliarum usum, & „ inelaboratum dicendi genus vergant : non „ enim in Auctorem sensuum, sed in horum interpretem ea conferenda culpa : „ qui namque Syriacæ sunt linguæ bene „ periti, verbis adeo ac tropis excellere „ norunt, ut ambiguum sit, ab his ne, „ an a sensu recondito tanta ejus dicendi „ vis atque elegantia proficiscatur. „ Enimvero ex Syriacis sermonibus, qui supersunt, manifeste apparet, Græcos interpretes non semper nec ubique interpretandi artem tam exacte tenuisse, ut sublimem Auctoris stylum ac sublimes sententias sint assequuti ; quin imo facta cum Syriaco textu collatione deprehenditur, eos non semel a vero sensu aberrasse, aut ea in obscuro posuisse, quæ plena apud auctorem sunt & perspicua. Fidem huic rei facient, quæ brevissime indicabimus, exempla. Pag. 230. In sermone qui inscribitur, *B. Ephræm Testamentum*, Græca interpretatio habet, διαθήκην γὰρ ὑμῖν καταλιμπάνω, σύμβολον μνημοσύνης διδαγμάτων, ἐξ ἐκείνης, οἷς μοι ὑπῆρξε χάεπος καὶ δωρεᾶς, *Testamentum quippe vobis relinquo, symbolum monumenti documentorum, ex illam, quæ ibi concessa fuit, gratia & dono*. At Syriacus Textus pag. 195. ex mente Ephræmi hoc tantum repræsentat : ܘܐܫܬܐܪ ܠܟܘܢ ܩܝܡܐ ܕܟܬܒ̈ܐ ܕܝܠܝ ܘܡܫܬܐܪ ܠܟ ܒܗ̈ܘ ܕܝܠܝ ܕܝܗܒ ܠܝ ܡܪܝ ܥܠ ܕܝܠܗ ܘܐܢܐ ܟܬܒ ܠܟ ܒܗ̈ܘ ܕܝܠܝ, *Testamentum scribo, ut unicuique monumentum relinquam ex iis, quæ possideo*. Tomo 2. Syriaco Latino pag. 360. in sermone de Jona Propheta & Ninivitis : ܘܐܡܪ ܒܗ̈ܘ ܡܢ ܢܦܫܗ ܕܒܥܐ ܠܡܬܒ ܘܠܡܗܘܐ ܒܬܘܒܐ ܘܗܟܢܐ ܝܗܒ ܠܗ ܡܪܝ ܚܢܢܐ ܠܗ ܠܝܘܢܐ ܘܠܟܠ ܕܡܬܒ ܒܗ ܠܡܚܝܐ : ܘܐܡܪ ܘܠܡܬܒ ܠܟܠ ܕܡܢ ܕܡܬܒ ܠܡܚܝܐ : ܚܕܘ ܠܗ ܒܢ̈ܝ ܐܢܫܐ „ Ex se ipso Jonas di„ dicit, pœnitentes vivere oportere : For„ mam ipsi in ipsomet tradidit gratia pro „ peccatoribus, ut quemadmodum ipse pe„ lago erutus fuerat, ita naufragantem erue„ ret civitatem „ Quæ verba ex Græcis Vossius Tom. 3 pag. 150. sic reddit: „ Et „ a seipso didicit Propheta Jonas, æquum „ esse ut vivant, qui pœnitentiam agunt: „ formam quippe & exemplum ipsi dedit „ divina gratia. Jonas pœnitentiam faciens, „ revertitur ex mari, ut civitatem demersam „ reduceret. „ Mitto alia, quæ utrumque sermonem conferenti, palam faciunt, Interpretes Græcos vel Latinos non semper Epræmi mentem attigisse.

XI. *Vossii bona fides adversus Kohlium aliosque adstruitur.*

Hæc tamen a me non ideo sunt dicta, quod eadem cum Kohlio sentiam, Vossii fidem in dubium vocante : aut Riveti ac Tentzelii censuræ subscribam, ea omnia quæ translata dedit Vossius Ephræmi opera, tamquam spuria & adulterina rejicientium : quin imo satis mihi persuadeo, & omnino sic statuo, neque Vossium sub Ephræmi nomine venditasse, quæ in manuscriptis Græcis eo nomine inscripta non essent ; neque ipsum in iis operibus Latine vertendis pro genuino græcorum codicum sensu alium a veritate alienum nobis obtrusisse. Hoc ipsum convincunt Græca exemplaria, non Vossii tantum ætatem antecedentia, sed quæ octingentos & nongentos etiam annos superant, in quibus ii sermones omnes Græcè apparent, quos postea Vossius Latine edidit. Istos porro codices consulere debuit Rivetus, istos versare Tentzelius, ante-

quam indignam probo viro hanc ſententiam in Voſſium ferrent pag. 285. „ Faciat igitur „ periculum noſter Dupin, & Voſſii verſionem ad manuſcripta Græca in Bibliotheca Regis ſui expendat, orbemque literarium deinceps reddat certiorem, an non „ Augiæ ſtabulum purgandum ſuſceperit? Tentzelius ipſe periculum faciat, & Voſſii verſionem ad Græcos codices Gallicos, Germanicos, Anglicanos, Moſcuenſes expendat, orbemque literarium deinceps reddat certiorem, an non Voſſius quæcumque Latine reddidit, ex Græcis maunſcriptis fideliter deſcripſerit?

Voſſium in verſione ſua adornanda fidem Græcorum manuſcriptorum ſequutum fuiſſe.

XII. At hoc „ inquit Kohlius pag. 281., „ vitio vertitur Voſſio, quod in transferendis in Latinam linguam Ephræmianis ſcriptis, minime ſe fidelem ac ſincerum interpretem præbuerit, ſed pro arbitrio ſuo nonnulla omiſerit, alia immutaverit, plurima etiam interpolaverit inque textum intruſerit.„ Idem Kohlius pag. 281. ex Tillemontio Tom. 8. in not. pag 746. eundem Voſſium reprehendit, „ quod neſcio quam ob cauſam ea ſæpe, „ quæ in manuſcriptis cohærebant, ac conjuncta erant, diviſerit ac disjunxerit, „ totaſque ſæpe unius ejuſdemque corporis „ partes divulſas ſeparaverit.„ Mirari hic ſubit, non eſt quod diſſimulem, hominis alioqui non indocti animum ſtudiis partium ſic abreptum, ut in meridiana luce cæcutire videatur. Poterat enim vel ex titulo eorum Ephræmi ſermonum, quos ipſe Græcè & Slavonicè pag. 245. & 304. accurate recenſet, poterat, inquam, facili negotio certior fieri, Voſſium in tranferendis in Latinam linguam Ephræmianis ſcriptis nihil omiſiſſe, nihil immutaſſe, nihil interpolaſſe aut in textum intruſiſſe, nihil denique, quod in manuſcriptis cohæret ac conjunctum eſt, diviſiſſe ac disjunxiſſe. Si quod eſt in ordine ſermonum diſcrimen, ſi qua ſententiarum, aut diviſionis partium diverſitas; non ex arbitrio Voſſii interpretis, ſed ex manuſcriptis ipſis codicibus oritur, quorum unum vix reperire eſt, quod cum altero prorſus conveniat. Conferat Kohlius codices Moſcuenſes cum Coislinianis, Otthobonianis, Vaticanis, aliis, & judicet, an Voſſii diligentiam ipſe ſuperare potuiſſet, ſi ſparſos in tot codicibus ſermones in unum volumen redigendos ſuſcepiſſet. Ipſum conſulat Voſſium in notis ad ſermones Ephræmianos, & videat, an non rationem ubique reddat, cur aliquando, quæ in nonnullis codicibus conjuncta erant, ex aliorum auctoritate dividenda cenſuerit, & quæ alicubi diviſa, conjunxerit. In gratiam Kohlii, pauca ex Voſſio produco. Is igitur tom. 1. pag. 245. in not. ad ſermonem, qui inſcribitur, *de iis quæ poſt crucem revelanda ſunt*, cujus initium, *audiſtis cariſſimi*, hæc habet. „ Iſta cum aliis in „ laudem ſanctæ ac vivificæ Crucis præce- „ dentia, conjunguntur in eodem contextu „ filoque ſermonis: ſed quoniam hæc pars „ etiam ſeparatim cum proprio titulo inve- „ nitur in antiquo codice Cryptaferratenſi; „ ideo & nobis ſeparare & huc eam tamquam in locum opportuniorem referre „ viſum eſt.„ Idem tom. 3. pag. 207. *Audiſtis cariſſimi &c.* „ Hæc pars quoniam „ quibuſdam Græcis manuſcriptis ſeparatim cum proprio titulo invenitur, ideo „ & diviſim ſub finem primi Tomi Ephræm, „ ante ſermones de extremo Judicio, ut „ ſunt in antiquo Græco ms. Cryptaferrat. re- „ poſuimus. Sed quia in tribus mss. Vati- „ canis, necnon Sirletanis, & Cretenſibus „ ſive Candianis, aliiſque hæc ſequentia „ conſequenter poſt ſuperiora de Cruce po- „ nuntur, etiam conjunctim ea hic rélin- „ quere ac legere, viſum eſt.„ Denique eodem tom. 3. pag. 58. in not. ad ſermonem aſceticum de vita religioſa, qui incipit, *Labor & dolor me ad loquendum atque dicendum compellunt*, in ejuſdem ſermonis alteram partem, cujus Initium pag. 52. *Sobrii igitur ſimus & vigilemus, fratres*, cauſam affert, quare iſtam partem cum priori conjunxit. „ Hæc, *inquit*, no- „ vo a præcedentibus capite, ac titulo „ diſtinguuntur, atque ſeparantur, multo- „ que hic plura in verſione Camaldulenſis, „ & alia antiquiore incerti Interpretis ad- „ duntur: quæ quum alibi apud Ephræm „ reperiantur in Paræn. 50. tom. 2. juxta

„ no-

„ noſtram editionem, conſulto iis hic præ- A
„ termiſsis, nos Græcis Romanis exem-
„ plaribus (ubi illa hoc etiam loco deſunt)
„ conformavimus; & hæc, ut ibi conjun-
ctim, abſque novo titulo ac capite repoſui-
„ mus.„ Hactenus Voſsius. Non igitur arbitrio ſuo, ſed ex fide codicum Græcorum ſuam adornavit verſionem.

XIII. *Expenditur locus Voſſianæ interpretationis tom. 3. pag. 201.*

Fateor quædam Voſsio excidiſſe, ut homini, quæ vix excuſari queant: cujuſmodi B
eſt illud Tom. 3. pag. 201. in ſermone de pretioſa & vivifica Cruce, initium, *omnis celebritas Domini noſtri Jeſu Chriſti*: ubi Ephræmum inducit triumphos crucis ſic enarrantem: „Error idolorum deſtructus
„ eſt, mors ſpoliata eſt, inferorum capti-
„ vitas revocata eſt, imperium erroris mul- C
„ torum deorum confractum eſt, homo
„ liberatus eſt, Dominus regnavit a ligno,
„ creatura lætatur, crux dominatur.„ In Oxonienſi editione pag. 377. & apud Gretſerum de cruce Chriſti tom. 2. pag. 475. legitur, ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν, *Dominus regnavit*: ita habent & codices Vaticani X. quos tom I. pag. CXCVIII. recenſui: D
quorum fidem ſequutus ſum in hoc tom. 2. pag. 248. Voſsius autem non modo legit, *Dominus regnavit a ligno*, ſed etiam in notis ad hunc locum pag. 206. ſignificat in Græco quoque Ephræmi textu eadem verba repræſentari, „Apud S. Auguſtinum,
„ & in Pſalterio veteri, & Romano ibi
„ additur, A LIGNO, ut hic apud E
„ Ephræm, quomodo etiam legitur a S. Cy-
„ priano, Juſtino martyre, Tertulliano,
„ & S. Leone Papa cognomine magno in
„ ſerm. 4. *De Paſſione Domini*.„ Ex quo vero id codice Græco hauſerit, non conſtat. Conſtat tamen illum in ſermonis iſtius interpretatione codicibus Græcis, tribus Vaticanis, Sirletanis, Cretenſibus, & Crypto- F
ferratenſi uſum fuiſſe: nam in not. ad illa verba pag. 202. *De iis quæ poſt crucem evenient*: *Audiſtis cariſſimi*: rationem afferens cur hunc eundem ſermonem Tom. 1. pag. 243. diviſim ediderat, mentionem facit pag 207. illius codicis, unde ipſum excerpſerat: „Hæc pars, *inquit*, quoniam
„ in quibuſdam Græcis manuſcriptis ſepa-

„ ratim cum proprio titulo invenitur,
„ ideo & diviſim ſub finem primi Tomi
„ Ephræm, ante ſermones de extremo Ju-
„ dicio, ut ſunt in antiquo græco ms.
„ Cryptaferrat. repoſuimus. Sed quia in
„ tribus mss. Vaticanis, necnon Sirletanis,
„ & Cretenſibus ſive Candianis, aliiſque
„ hæc ſequentia conſequenter poſt ſuperio-
„ ra de Cruce ponuntur, etiam conjunctim
„ ea hic relinquere, ac legere viſum eſt.„ Conſulto hic repetenda duxi, quæ ſupra ex Voſſio recita veram: his enim verbis, non modo fides interpretis in reliquis adſtruitur, ſed in hoc etiam ſeipſum Voſſius defendit, indicans, ſaltem ex laudatis manuſcriptis ſententiam illam exhiberi, *Dominus regnavit a ligno*: quos quum omnes codices conſulere, nobis hactenus non licuiſſet, neque Voſſium jure damnare poſſumus, neque tueri. Interim ex ipſis Voſsii verbis repellimus illatam eidem a Kohlio injuriam, qui p. 291. oſcitantiæ negligentiæque ipſum accuſat, quod eadem ſæpe iiſdem pene verbis propoſita in illius verſione recurrant; etſi poſtea mutata ſententia mitiorem de eodem ſententiam pronunciat pag. 295. dum quas ſupra p. 292. & 294. ex quatuor Ephræmi ſermonibus attulerat repetitiones, inde ortas eſſe putat, „quod qui bis repetiti ſunt
„ ſermones aliis in codicibus aliter inſcripti
„ aliudque initium forte habentes interpreti
„ ſe obtulerint: „qua hominis iiſdem de re-
bus in uno eodemque loco tam diverſum judicium ferentis inconſtantia, nihil inconſtantius.

XIV. *Kohlii in Voſſium calumnia retunditur.*

Stat itaque, Voſsianam verſionem maculis quibuſdam nævisque contaminatam, quod neque nos negamus; ſed, *nullo id alio conſilio* a Voſsio factum, quemadmodum pag. 281. Kohlius blaterat, „quàm
„ ut Pontificiæ cauſæ velificetur, ſuæque
„ ſectæ erroribus colorem aliquem inducat,„ hoc profecto negamus, Kohliumque ipſum ad Græcos codices remittimus, non Romanos, non Florentinos, non Venetos, ſed Pariſienſes, ſed Viennenſes, ſed Hiſpanos, ſed, quos neque a Romana communione alienus homo dubiæ fidei inſimulare queat, Anglicanos, Batavos, Moſcuenſes: ad hos omnes codices Kohlium amandamus, ut, ſi cauſæ Re-

formatæ velificari velit, ſuæque ſectæ erroribus colorem aliquem inducere, verbulum unum nobis depromat, quod ſit a Voſſio omiſſum, mutatum, interpolatum: depromat vel unam ſententiam, qua Voſſius Pontificia noſtra totius Eccleſiæ Catholicæ dogmata adſtruere ſit conatus, quæ in Græcis Ephræmi ſermonibus non adſit. Quod quum impotenti præfractoque homines ingenio dictitare quidem ſoleant, ſed probare ac demonſtrare nequeant, nos illis contra opponimus ipſos, qui in eorum Bibliothecis ſervantur, codices Græcos, quibus Apoſtolica ſanctæ Romanæ Eccleſiæ doctrina mirificè confirmatur, atque elaborata per Voſſium editio ab impactis hujuſmodi calumniis vindicatur.

XV. *Kohlii impudentia, in Pontificios debacchantis*

Pergit Kohlius male pronunciatum judicium pejoribus argumentis ſuſtinere. „ Latinam hanc, *inquit loc. cit.*, Voſſii verſionem malæ fidei ſuſpectam reddit intempeſtiva illa Pontificiorum in Græcis Ephræmi ſcriptis ſupprimendis diligentia. Quodſi enim ea, qua par erat fide, ſinceritateque Voſſius Græca converſet: quid opus erat, hos ipſos, quibus uſus ille eſt, codices manuſcriptos in hodiernum uſque diem tam ſtudioſe cauteque premere, nec, ut plura alia Patrum ſcripta, quæ ex Italiæ officinis ſplendidiſſima pleraque prodierunt, publicari velle.„ Indignam rationali animali ratiocinationem! Ecquis Kohlio dixit, ſuppreſſos a Pontificiis illos codices, ne in lucem emitterentur? Si verò ex Italiæ officinis prodiiſſent, an non idem Kohlius hoc de iis diceret, quod de Voſſiana verſione pronunciat: illos nimirum a Pontificiis interpolatos, ut cauſæ ſuæ velificarentur? Cur igitur non ipſe potius ad fontes recurrit, qui in antedictis Reformatorum ac Proteſtantium Bibliothecis exſtant, ut hoc certis documentis adſtruat, quod, aërem verberans, tam impudenter venditat? Evoluat denique, ſi ſapit, ſplendidiſſimam Oxonienſem editionem, ex codicibus Anglicanis, non Romanis, adornatam, & ſi quod ibi deprehenderit vel minimum indicium tam injurioſæ in Pontificios ſuſpicionis, in mediam lucem proferat.

Verùm audiamus, quo tandem fundamento hanc in nos calumniam Kohlius congerat. Factum citat cujuſdam Abbatis Galli, quem ait p. 282., quantacumque diligentia, quamque ſedulis demum precibus codices aliquot manuſcriptos e Vaticana Bibliotheca ad novam ſuam, quam parabat, editionem Ephræmi Græcolatinam, ab Auberto jam inceptam concinnandam, totius Cleri Gallici nomine efflagitaret; repulſam tamen pro codicibus accepiſſe: teſtemque ejus rei Tillemontium ipſum adducit To. 8. p. 746. ſic ſcribentem: *Dominus Burgenſis Abbas Caſæ Dei, doctor pietate inſignis, fideque digniſſimus, mihi affirmavit, Græcum ſibi textum Romæ denegatum fuiſſe, etſi illum nomine Epiſcoporum Galliæ, qui typis eum edere volebant, expetiiſſet.* Vetus hæc eſt nebulonum querela, qui quum ad aliquod literarium opus aggrediendum in Italiam alienis ſumtibus iter inſtituentes, deliciis potius diffluendo, quam tolerandis laboribus dies noctesque tranſegerint, in patriam vacuis, ut ajunt, manibus reverſi, culpam omnem a ſe removentes, in Bibliothecam Vaticanam conjiciunt: quæ tamen ſtatutis diebus, ut ubique terrarum in Bibliothecis mos obtinet, non honeſtis tantum doctiſque viris; ſed etiam plebejis patet. Eſto autem, quod aliquibus aliqui codices a Cuſtodibus aliquando denegentur; verumtamen, ſi Abbas ille Burgenſis a Clero Gallicano ad id opus miſſus fuiſſet, per Gallicum Regium Oratorem, perque Cardinales alioſque Principes viros in illius Regni incolas impenſe propenſos, facile impetrare potuiſſet a Summo Pontifice, a Cardinali Bibliothecario, ut eorum codicum ſib copia fieret: quod in Italia, in Gallia, in Hiſpania, in Germania quotidie contingere videmus; ad ſecretiores nimirum Bibliothecas ornatis aliqua dignitate viris aditum favore Principum quandocumque patefieri. Abbas ergo ille, tametſi pietate inſignis fideque digniſſimus dicatur, Tillemontio videtur impoſuiſſe; aut Tillemontius plus juſto credulus, Reipublicæ literariæ patientia abuti voluiſſe. Quis enim vetabat, alias Romanas Bibliothecas adire, Barberinam, inquam,

quam, Sfortianam, Altempsianam, Cryptoferratensem, in quibus tunc temporis codices Ephræmiani Græci quamplurimi exstabant, si fuisset a Vaticana excluſus? quis negabat Abbati Burgensi aditum ad Bibliothecam Florentinam, Ambrosianam, Venetam, ubi sitim suam explere potuisset? quis demum a Regia ipsa Parisiensi, seu a Coisliniana, hominem Gallum pro Gallico Clero laborantem arcere ausus fuisset, quin Græca Ephræmi opera consuleret, describeret, interpretaretur, in lucem evulgaret? Quum igitur nihil horum Abbas ille fecerit, aut facere tentaverit, argumento est, hominem egregie fabulam Tillemontio, Tillemontium nobis venditasse, de Græcis Bibliothecæ Vaticanæ Ephræmianis codicibus tam illiberaliter denegatis.

XVII. *Puerilis & indigna Gulielmo Caveo credulitas.*

Nec mirum, hoc in mentem Burgensi Abbati venisse, hoc a Tillemontio literis consignatum fuisse. Atrociora alia crimina in Bibliothecam Vaticanam alii evomuere. Gulielmus Caveus in Prolegomenis ad scriptorum Ecclesiasticorum historiam literariam sect. 5. pag. 16, dum regulas generales tradit ad secernendas a corruptis genuinas SS. Patrum editiones, fabellam narrat tanto censore indignam, quam ex Jamesio gentili suo relatam sibi affirmat: *In Bibliotheca nimirum Vaticana non paucos pingendi artifices quotidie ali, quorum erat, conciliorum Acta, & antiquorum Patrum opera exscribere, idque literis vetustissimos codices, quantum fieri poterat, imitantibus. Qua mente id factum fuerit, ipsi norunt: certe rem ipsam se accepisse testatur ex ore nobilissimi cujusdam Angli, qui in Bibliotheca Vaticana hæc propriis oculis lustraverat; & ad fidem sacramento suo roborandam se sponte obtulit.* Scriptores, ut puto, dicere voluit scribendi artifices, non pictores pingendi peritos: illi enim, non isti apud nos in Bibliotheca Vaticana consueverunt codices exscribere: nisi fortasse Gulielmus Caveus ad nostram ætatem respexit, divinavitque, fore ut tandem aliquando post quatuor & quinquaginta annos, P. Antonius Piagius Scholarum Piarum Religiosus Professor, Sanctissimi Patris Benedicti xiv. bonarum artium omnium fautoris ac Mecenatis beneficio atque providentia, ob suam singularem exscribendi pingendique peritiam, in Bibliotheca Vaticana munus utrumque & Pictoris & Scriptoris esset adepturus. Verum apage Jamesii & Cavei commenta. Aluntur quidem Pontificiis sumtibus Pictores, aluntur Scriptores, aluntur eruditi artium scientiarumque omnis generis professores: idque in summam Romanorum Pontificum laudem cedit, qui non religioni tantum orthodoxæ, sed bonis etiam artibus promovendis operam suam & impensas conferre student: at ea mente Pictores Scriptoresque in Bibliotheca Vaticana ali, quemadmodum Caveus ex nebulone quodam referre non erubescit, ut conciliorum Acta, & antiqua Patrum scripta depravent; id verò risu potius, quam responsione dignum judicaverit quisquis antiquariæ rei studia vel ab ipso limine salutavit. Norunt quippe Antiquarii quæ sint antiqua scripta, quæ recentia: discernunt inter membranas, papyros, chartas: distinguunt literas Græcas, Hebraicas, Syriacas, Arabicas, Latinas, vetustissimas, medii ævi, & recentiores. Angli ipsi, ad quos provocat Caveus, non sunt in studiis hisce ita hospites, ut imponi sibi faciant ab iis, qui pro vetustissimis codicibus alios obtruderent literis etiam vetustissimos quantum fieri potest imitantibus descriptos: nec tamen isti, ut sunt Antiquitatum studiosissimi, Vaticanam in dies Bibliothecam adire desinunt, vetustorum omnis generis codicum paginas, locum, numerum visentes ac revisentes, omniaque in tabulas ac diaria, ne quid sibi in patriam reversis excidat, diligentissime referentes: ut missos faciam complures doctos viros ex Anglia, Germania, & Gallia huc quotidie confluentes, qui novas Auctorum editiones adornaturi, Vaticana volumina exscribenda suscipiunt, eorum fidem auctoritatemque ad sidera extollentes: quorum tamen nemo unus ad hanc diem fuit præter Jamesium, qui de Vaticana Bibliotheca tam indigna sentiret, aut diceret. Sed in his diutius immorari piget.

C A-

CAPUT III.

De Græcorum & Latinorum manuſcriptorum Codicum Ephræmianos Sermones complectentium fide & auctoritate.

I. *Riveti ac Tentzelii præpoſterum de Ephræmianis ſermonibus in Latinum è Græco converſis judicium.*

VVilhelmus Erneſtus Tentzelius in Exercit. Select p. 285. præfidenter negat, Græcas plane omnes, quotquot manu exaratæ paſſim in Bibliothecis ſervantur, verſiones, auctoritatem ullam fidemve mereri. *Permittat nobis*, inquit, *tandiu de univerſis dubitare, donec Syriacum prodeat exemplar, manifeſtumque reddat, an, & qui interpretes bona malave fide in transferendo uſi ſint*. Æque rigidum cenſorem ſe præbet Rivetus in Critico ſuo ſacro, ut verbis Kohlii p. 279. utar, dum ea omnia, quæ translata dedit Voſſius, Ephræmi opera pro genuinis nobis obtruſa pronunciat.

II. *Kohlius plures Ephræmi ſermones admittit, nonnullos ut ſpurios rejicit.*

Kohlius ipſe ab utriuſque ſententia ſibi recedendum, mediaque viâ inſiſtendum ratus, non dubitat quidem pro genuinis pleraque amplecti quæ in primo Voſſianæ editionis Tomo continentur, & pauca ſecundi Tomi: maximam tamen partem eorum, quæ in tertio Tomo exſtant ſcriptorum, ſuppoſititia reputanda eſſe pronunciat. Quæ vero illa ſint, in hæc verba refert pag. 286. *Spurius eſt ſermo primus Aſceticus*, ad imitationem Proverbiorum *conſcriptus*, *quem etſi non plane fide dignum*, *non plane tamen rejiciendum cenſet Tillemontius*. *Sermo item* in margaritam pretioſam, *quem licet indubitatæ fidei Tillemontius exiſtimet*, *nos tamen ut nimis obſcurum ac ſubtiliter nimis philoſophantem repudiamus*. *Ad adulterinos ſermones quoque pertinet ſermo iſte decantatus*, *qui inſcribitur* Confeſſio & ſui ipſius reprehenſio, *qui ſic incipit*: „ Quum in multis vobis, fratres, prodeſſe „ videar. *Eundem in cenſum refero ſermonem pag.* 539. De vita religioſa & „ monaſtica, *Tillemontio ipſi ſuſpectum viſum*. *Lamentationes item glorioſiſſimæ „ Virginis Matris Mariæ ſuper Paſſione Domini* pag. 697. *In mulierem peccatricem* „ pag. 711. *De Mariæ laudibus* pag. 705. „ *In S. Baſilium magnum* p. 724. *In Quadraginta ſanctos Martyres* p. 727. *Teſtamentum denique Ephræmi, quod in Voſſianis eſt poſtremum, cujuſque falſitatem pluribus infra demonſtrabimus*. Addit inter adulterinos & ὑποβολιμαίους p. 237. *ſermonem εἰς πατέρας τελειωθέντας in Patres defunctos*.

Antequam fundamenta proferam, quibus Kohlius memoratos Ephræmi ſermones veluti ſpurios & adulterinos reſpuit; viſum eſt Tentzelii & Riveti opinionem examinare, & quam erronea ſit, oſtendere. Mirari namque ſubit, homines, qui antiquitatis ſtudioſi videri volunt, Græcos omnes Ephræmi interpretes malæ fidei inſimulare, quum tamen rationem nullam afferre queant, cur Syro Patri opera illa Græci ſupponerent, quibus neque genti ſuæ gloria neque doctrinæ aut religioni auctoritas aliqua conciliaretur, quam à Græcis Patribus majorem non haberent. Quid? quod, ſi ſanctorum Patrum ſcripta ſecundum Rivetum ac Tentzelium pro arbitrio uniuſcujuſque veluti ſpuria eſſent rejicienda, non ob aliam rationem, quàm quod nondum is textum originalem conſpexerit, ex quo apographa illa ſint deſcripta, actum eſſet de iis auctoribus qui, quum ſermone Chaldaico, Phœnicio, vel Ægyptiaco ſcripſerint, illorum tamen fragmenta bene multa Græce tantùm penes Eccleſiaſticos aut profanos ſcriptores ſervantur, cujuſmodi ſunt pretioſæ illæ venerandæ Antiquitatis reliquiæ, quas libris ſuis Joſephus Hebræus, Clemens Alexandrinus, atque Euſebius Cæſarienſis inſertas, ad poſteros tranſmiſere: quod quis ſane mentis dixerit? Quin etiam docti viri in eo conveniunt,

niunt, multa Patrum & illustrium scriptorum opera, quæ primùm Græcè vel Latine exarata fuissent, originali textu amisso, nisi aliam in linguam translata, ad nos non perveniſſe : uti sunt multæ Romanorum Pontificum Epistolæ Latine ab iis conscriptæ, quæ Græcè tantum apud laudatum Eusebium vel in Actis Conciliorum exstant : & Apollonii Pergaei conicorum libri, qui Arabice servantur. Hunc in censum referenda sunt complura sanctorum Patrum vel hæreticorum opera, quæ Armenicè, & Syriacè dumtaxat habemus, quorum catalogum Tomo 1. 2. & 3. Bibliothecæ Orientalis recensui. An verò isthæc omnia repudianda sint, Riveto ac Tentzelio auctoribus, donec Syriacum, Græcum, aut Latinum prodeat exemplar, manifestumque reddat, an & qui interpretes bona malave fide in transferendo usi sint ; judicent alii qui judicio utuntur : Nos certe, ut Græcis Ephræmi interpretibus debitam fidem adstruamus, non generalibus istiusmodi argumentis indigemus, sed alias invictas rationes proferre possumus, ex auctoribus Ephræmo pene æqualibus petitas : nam Patres illi, qui Græce sapientiam Ephræmi ejusque docta opera laudarunt, Syriacum textum neque viderant, neque fortasse intelligebant, ut sunt Gregorius Nyssenus, Ephræm Antiochenus, Leontius Byzantinus, Anastasius Sinaita, Theodorus Studita, Theodorus Prodromus, Antiochus monachus, & alii, quos in Prolegomenis ad Tomum 1. Capite 1. laudavi. Photius quoque, rigidus ille atque accuratus genuinorum operum censor, tametsi in Græcos Ephræmianorum sermonum, quos in Bibliotheca cod. 196. recenset, Interpretes culpam conferat, quod non ita in Græca versione, ac in Syriaco textu, ii sermones verbis ac tropis excellant ; non eos tamen, instar Riveti ac Tentzelii, pro spuriis habet, sed potius laudat, admiraturque, quam alte in illis penetret persuadendi vis, quantumque ab iis fluat jucunditatis, quam denique affectuum copia referti sint : neque de illis tantum, quos legerat, judicium hujusmodi profert : sed eodem etiam in pretio se habere scribit *alia plurima sancti viri, quæ in Græcam conversa linguam circumferuntur, Opuscula*. Denique Sozomenus in histor. Eccles. lib. 3. cap. 16. auctor est, *Ephræmo adhuc superstite libros ejus in Græcum sermonem translatos fuisse, & usque ad suum tempus transferri non desiisse*. Quibus verbis, & ex eorum præsertim sermonum catalogo, quos Gregorius Nyssenus, Ephræm Antiochenus, Leontius Byzantinus, Anastasius Sinaita, & Photius enumerant, manifeste colligitur, quam immerito Rivetus atque Tentzelius invehantur in Græcos Ephræmi codices, & in Vossium, qui illos Latio donavit, quum & codices illi, & Latina Vossii interpretatio eosdem plane sermones nobis exhibeant, a vetustissimis æquè ac doctissimis Auctoribus laudatos.

CAPUT IV.

De Ephræmianis Sermonibus, qui tamquam Spurii immerito rejiciuntur.

NUnc ad Kohlium regredior : cui in primis gratias me plurimas habere profiteor, quod pag. 285. *genuina pleraque existimanda esse censet, quæ in primo Vossianæ editionis tomo continentur*. Sic enim nonaginta fere Ephræmi sermones ibi a Vossio translatos uno verbo a νοθείας vitio absolvit.

sermones tamquam adulterinos traducit.

Verùm quod subjungit, *non pauca secundi Tomi sibi probari, & maximam partem eorum, quæ in tertio tomo exstant, pro suppositiiis reputari*, id ego probare nequeo, quum non iis consentiat, quæ Kohlius ipse pag. 244. de Græcis Moscuensibus codicibus pronunciaverat, in hæc verba : *Inter cæteros autem codices, Græca Ephræmi scripta*

pta complectentes, omnium facile judicio eminent & excellunt quinque illæ membranæ in Imperatoria Moscuensi Bibliotheca adhuc latentes, quarum sive vetustatem, multum pretii codicibus addentem, sive γνησιότητα, textusque puritatem, sive denique varium ineditorum scriptorum apparatum spectes, nulli cum his facile codices ubicumque latitantes conferri ac comparari possunt: nam, quidquid sit de Græcis illis Moscuensibus codicibus (quibus certe pretii multum inesse non diffiteor; sed nullos cum illis codices ubicumque latitantes conferri ac comparari posse, ego quidem præfidentius nego, quam ipse affirmet: quum Romæ, Florentiæ, Mediolani, Venetiis, Parisiis, Viennæ in Austria, alibi, manuscripta Ephraemi opera exstent, Moscuensibus longe vetustiora, quemadmodum ex Prolegomenis nostris ad Tomum I a pag. CIII. ad pag CLXXXI. dilucide patet:) hæc eadem, quæ Vossius Tom. 2. ac 3. edidit, habentur in Moscuensibus illis codicibus: habentur etiam in Slavonica editione, quam tanti facit Kohlius, ut eam ab interpretum diligentia, & a codicum manuscriptorum antiquitate, Græcis ipsis vetustissimis codicibus si non anteponendam, saltem æquiparandam existimet pag. 341. in hæc verba: *Slavonicam versionem ipsam duæ potissimum res commendant: Primum satis accurata Interpretum, Slavonicæ non minus quam Græcæ linguæ bene peritorum, in transferendo diligentia. Deinde codicum, quos ad manus illi habuerunt, inque vertendo sequuti sunt, antiquitas. Slavonica enim cum Græcis, qui exstant, sermonibus sedulo committentes, tantam plerisque in locis congruentiam similitudinemque deprehendimus, ut iisdem pene verbis ac phrasibus singula expressa visa sint. Manuscriptorum porro a translatoribus adhibitorum vetustatem satis illa arguit, jam supra a nobis indicata, codicis Slavonici cum antiquissimo illo Cryptoferratensi, quo Vossius usus est, manuscripto codice conformitas.* Tam præclarum Kohlii de editione Slavonica, dequæ Græcis Moscuensibus codicibus judicium, non ne Kohlium ipsum inconstantiæ redarguit, qui *non pauca secundi* A *Vossiani Tomi* a spuriis secernens, maximam partem tertii tomi pro suppositititiis habet, quum pleraque, imo omnia utriusque Tomi a suppositionis vitio libera & immunia dicere debuisset: ea enim, ut ex catalogis liquet, & in Moscuensibus codicibus & in Slavonica editione continentur, &, quod caput est, a Photio in Bibliotheca laudantur. Exstant denique majori ex parte in Arabica versione, quam ex codicibus anno Christi 1325. & 1329. exaratis, Tomo 1. Bibliothecæ Orientalis a pag. 150. recensui. Cur autem Kohlius versionibus Arabicæ & Slavonicæ, necnon codicibus Græcis Moscuensibus plus deferendum esse censeat, quam Latinæ Vossii editioni, aut Græcis antiquissimis, ex qua illam expressit, manuscriptis, cupio, ut rationem ipse afferat. Ego enim, etsi hoc nomine meam in clarissimum virum observantiam silentio præterire non debeo, quod in suo opere, ubicumque se offert occasio, perhonorificam mei mentionem injiciat, ac præsertim in hac ipsa de qua loquimur, Græca, Slavonica, & Arabica Ephræmi versione; pro veritatis tamen amore nec dissimulare possum, atra bile stomachari eruditos omnes adversus istam docti cæteroqui Kohlii argumentandi rationem. Ambabus ille, ut ajunt, ulnis amplexatur, ad Græcorum codicum fidem expressas olim, recognitas, & emendatas, Slavonicam, qua Rutheni, & Arabicam, qua Syriæ atque Ægypti Christifideles utuntur, versiones: & Latinam tamen, quam Vossius ex iisdem codicibus Graecis expressit, versionem dubiae fidei appellat: quodque magis mireris, Graecum textum, unde exemplaria illa sunt desumta, veluti spurium & adulterinum traducit. Quid itaque? an non hoc fuerit, rivulos fonti anteponere?

Sed jam a generalibus ad particularia accedamus. *Spurius est*, inquit Kohlius, *sermo primus asceticus ad Imitationem proverbiorum conscriptus*. Hic prodiit *Latine* apud Vossium to. 3 a p. 1. ad p. 28. editionis Romanae: *Græcè* in editione Oxoniensi a pag. 46. ad pag. 76. *Græce atque Latine* in nostra editione Tomo 1. a pag. 70. ad

pag.

pag. 111. Exſtat autem *Græce* manu exaratus in codice Vatic. Alexandrino 16. p. 193. Caeſareo Vindobonenſi 31. p 290. Laudino 97. & 99. Coisliniano 59. p. 227. Otthoboniano 2. pag. 46. Mediceo Laurentiano 28. pag. 111. Paſſioneo bis, ideſt pag. 268. & 374. & in codice Veneto S. Marci 51. p. 33. *Arabicè* num. 6. in cod. noſtro Arabico 8. exarato anno Chriſti 1325. Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 151. Quid vero ſit in hoc ſermone Ephræmo indignum, non video : niſi Kohlius illum eo rejicere velit, quod in Slavonicâ verſione non habeatur. Atqui non omnia Ephræmi opera ſive aſcetica, ſive exegetica & polemicâ in linguam ſuam Slavi tranſtulere ; neque omnia in omnibus codicibus ſive Syriacis, ſive Græcis, Arabicis, aut Slavonicis continentur, quæ nunc tandem Græcè & Syriace è Bibliotheca Vaticana prodeunt. Quodſi nobis objiciat Kohlius, Syrum hominem, ut certe fuit Ephræmus, non aliter debuiſſe ſacræ Scripturæ verba citare, niſi juxta Syriacam verſionem quæ Hebraico textui preſſius inhæret : in eo autem, de quo agimus, Sermone Græcam ſeptuaginta Interpretum lectionem exhiberi ab Hebraico fonte aliquantulum diverſam, quemadmodum Voſſius ipſe To. 1. pag. 29. & ſeq. notat : hoc nos non ab ipſo Ephræmo, ſed a Græco illius interprete factum reponimus, qui juxta vulgatam apud Græcos verſionem loca illa interpretatus eſt, quæ Ephræmus ſecundum Syriacam uſurpaverat : quamquam non deſint, qui etiam a veri ſpecie non recedere arbitrentur, Ephræmi ævo exſtitiſſe Græcam ſeptuaginta interpretum in Syriacum ſermonem converſam editionem, qua ille potius, quàm Syriaca uti potuerit. Sed de hac quæſtione alibi. Interim verba ipſa Kohlii hic apponere placet, quibus, etſi nonnullos excipiat, pleroſque tamen a nobis recenſitos Arabicæ verſionis Ephræmianos ſermones laudat probatque pag 297. *Optandum eſſet*, inquiens, *ut & verſio Arabica in Latinum diligenter translata exſtaret. Nam, ſi ſermonem iſtum, qui* Reprehenſio ſui & Confeſſio *inſcribitur, paucoſque alios excipias : meris germanis atque a nemine unquam in dubium vocatis Ephræm ſcriptis conſtat : ut multum adeo ei, tum quod ad antiquitatem, tum quod ad puritatem germanitatemque tribuendum eſſe videatur.* Si quæris a Kohlio, quam ob cauſam *ea verſio meris germanis atque a nemine unquam in dubium vocatis Ephræm ſcriptis conſtat* ? reſpondet : *Teſtamentum enim, aliaque ſimilis notæ ſcripta ibidem non reperiuntur.* Atqui ibidem reperiuntur quidem nonnulla ſcripta, quæ Kohlius ipſe repudiat ; non reperiuntur autem multa alia, quæ idem admittere non dubitat. Vides igitur, quàm infirma ſit argumentatio, a numero vel ordine ſermonum Ephræmianorum in una verſione aut in uno codice contentorum deſumta, ad alios ibidem non exſtantes.

III. *De Sermone S. Ephræm in margaritam pretioſam.*

Sermonem *in margaritam pretioſam*, non germanum eſſe Ephræmi fœtum, arbitratur Kohlius pag 286. Prodiit *Latine* per Voſſium tom. 3. pag 163. *Græcè* in editione Oxonienſi pag. 384. *Græce* & *Latine* in noſtra editione hoc Tom. 2. pag. 259. Exſtat autem in mss. codicibus Cæſareo Vindob. 31. pag. 432. & Barrocciano 212. Citant hunc S. Ephræmi ſermonem Ephræmus Patriarcha Antiochenus apud Photium in Bibliotheca cod. 229. pag. 819. 820. Leontius Byzantinus lib 1. pag. 465. & lib. 3. pag. 485. in Biblioth. Patrum Coloniæ 1618. tom. 6. & Anaſtaſius Sinaita in Hodegi cap. 10. pag. 197. quorum ſane teſtimonio ſatis ſuperque evincitur, Græcos quinti & ſexti ſeculi Patres de illius germanitate non modo non dubitaſſe, ſed etiam adverſus Syros Monophyſitas hæreticos, Severianos ſcilicet atque Jacobitas, Ephræmianorum operum cæteroquin admiratores, auctoritatem ex eo deſumtam produxiſſe, ut duas in Chriſto naturas demonſtrarent ; quod utique auſi non fuiſſent, ſi alium ab Ephræmo auctorem ſermo ille habuiſſet. Ejuſdem argumenti ſeptem alii ſermones *de margarita* Syriace exſtant, quos P. Petrus Benedictus Maronita Societatis Jeſu nuper, hoc eſt, paulo antequam e vivis ſummo cum eruditorum omnium luctu decederet, (obiit autem die 25. Augu-

ſti hoc anno 1742. ; vir multis mihi nominibus, numquam ſine laude commemorandus:) latine translatos edidit: horum primus pag. 150 incipit: ܕܫܡܝ ܡܕܝ ܡܢ ܟܠ ܫܥܐ ܐܚܐ ܠܝ ܒܥܐ ܠܡܐ ܠܡܚܙܝ ܠܝ ܡܪܓܢܝܬܐ *Accidit aliquando, fratres, ad manus venire meas margaritam.* Alter pag. 152. ܠܡܢ ܐܕܡܝܘ ܠܟ ܡܪܓܢܝܬܐ ܐܡܪ ܐܢܐ *Cui ſimilem te eſſe, margarita, dicam?* Tertius pag. 154. ܐܝܟ ܡܫܟܚܬ ܠܟ ܡܪܓܢܝܬܐ ܕܒܥܝ ܢܗܘܪܐ ܘܒܡܟܣܝܐ ܐܙܠܬ *Te merito, margarita, miror, quae nudata quaeris lucem & latebras fugis.* Quartus p. 155. ܐܝܟ ܕܐܚܕ ܠܨܝܕܐ ܠܠܛܝܣܐ ܒܗ ܐܡܢܬܗ *Latronem capta cepit fides.* Quintus pag 157. ܗܫܐ ܕܐܬܐ ܠܡܚܣܪ ܠܝ ܡܬܢܬܐ *Nunc demirare donum* (margarita id eſt:) *quae ſui cupido occurrens urinatori, ſponte ſua emerſit ex aquis.* Sextus pag. 159. ܒܓܝܢ ܕܡܢ ܩܒܪܐ ܕܐܒܗܬܝ ܡܢ ܒܝܬ ܡܣܟܢܝ *Utinam frequenter Patrum è tumulis exſpirans odor filios afflaret.* Septimus denique pag. 161. ܐܙܠ ܗܘܝܬ ܒܥܐ ܠܡܐ ܠܐܬܪܐ ܕܦܠܓܝ *Seceſſum quaerebam, in palaeſtram incidi, convenerant huc ex parte heterodoxorum ſophiſtae.* In his ſermonibus ſibi aequalis Ephraemus de Deo diſſerit, deque Verbi incarnatione adverſus haereticos, quos contentioſos rerum divinarum ſcrutatores appellat. Ex eo vero, quod Ephraemus, etiam ante exortam Eutychianorum haereſim, tam clare de duabus Chriſti naturis loquutus ſit, quemadmodum ex his verbis apparet, *hoc Tomo 2. pag.* 263. Τῶν δύο φύσεων ὁ μαργαείτης μετέχει ὁ πολύλιθος, ἵνα δείξῃ Χριστὸν, ὅτι λόγος θεὸς ὢν, ἐκ Μαρίας ἄνθρωπος γέγονεν. ὁ μεσικὴν ἔχει τὴν φύσιν, ἐπεὶ ἂν ὁδὸν ἕτερον ζῶον ἐτύγχανε. τελείαν ἔχει τὴν διπλῆν φύσιν, ἵνα μὴ ἀπολέσῃ τὰς δύο. ὅτε ἡ μία ἡ θεὸς φύσις ὤφθη μόνη ἐπὶ τῆς γῆς. ὅτε ἡ ἑτέρα, ἡ ἄνθρωπος ἀνέβη εἰς τὸν οὐρανὸν μόνη· ἐκ τελείου τέλειος, καὶ ἐξ ἀνθρώπου ἄνθρωπος, ἐκ θεοῦ θεὸς, καὶ ἐκ παρθένου Χριστός. „ Duarum naturarum „ eſt particeps hic lapis pretioſus (*ideſt*, „ *margarita*:) ut oſtendat Chriſtum: quo„ niam quum Verbum Dei ſit, ex Maria „ homo natus eſt: non partialem habuit A „ naturam; quoniam neque aliud animal „ erat: ſed perfectam habet duplicem na„ turam, ne duas perdat: neque enim una „ ſola natura Deus ſuper terram viſus eſt: „ neque altera ſola homo in coelos aſcen„ dit: verum perfectus ex perfecto, ho„ mo ex homine, Deus ex Deo, ex Vir„ gine Chriſtus.„ Ex eo, inquam, quod, B tam clare Ephraemus de duabus Chriſti naturis loquatur, id non ſequitur, quod Kohlius contendit, hunc nimirum ſermonem Ephraemo eſſe abjudicandum, tum *quia curioſa iſthaec*, ut inquit, *ac ſciolo conveniens in divinam Chriſti naturam inveſtigatio, Ephraemi ipſius homiliae, qua Filii Dei naturam curioſe ſcrutari vetat, prorſus* C *eſt contraria*: tum quia ſermo hujuſmodi videtur potius ab alio auctore compoſitus poſt Eutychetis & Concilii Chalcedonenſis tempora, in quibus de una vel duabus Chriſti naturis ceptae ſunt catholicos inter & haereticos controverſiae. Sanctiſſimus quippe Syrorum Doctor, tam in hoc de Margarita, quam in aliis de Fide adverſus D ſcrutatores Syriacis ſcriptis, quae in ſecundo ac tertio Tomo nunc prodeunt, vetat quidem divinam naturam curioſius ſcrutari; non tamen illa prohibet orthodoxe profiteri, quae de Deo, de Chriſto, de Eccleſiae Sacramentis ſunt nobis tradita, & in utroque Teſtamento aperte continentur, vel ex claris Scripturae verbis facili negotio juxta E communem Patrum ſenſum colliguntur: hoc enim ipſe ubique facit, quum de Trinitate, Incarnatione, Chriſtique myſteriis differit. Sicuti autem trium divinarum perſonarum aequalitatem adverſus Arianos perſpicue adſtruit; ita adverſus Apollinariſtas alioſque haereticos de Chriſto male ſentientes, ingerenda ei fuit dilucida duarum naturarum confeſſio: quod & praeſtitere Ephraemo aequales, vel etiam antiquiores Patres, F turarum confeſſio: quod & praeſtitere Ephraemo aequales, vel etiam antiquiores Patres, quorum teſtimonia citantur in Conciliis Epheſino & Chalcedonenſi, & ab iis etiam laudantur, qui adverſus Monophyſitas ex profeſſo ſcripſere. Vide Anaſtaſium Sinaitam in Hodegi cap. 10. & Leontium Byzantinum lib. 1. contra Neſtorianos & Eutychianos: ex quibus has tantum profero

auctoritates, ut reliquas omittam: *Athanasii*, scilicet *ex libro contra Apollinarium*: „ Idem „ factus homo, non mutatus in formam „ hominis, neque aspernatus essentiam ho„ minis instar umbræ apparuit, sed potius „ quum esset natura Deus, generatur ho„ mo: ut unus sit utrâque perfectus se„ cundum omnia, naturalem & verissimum „ ortum ostendens. „ *Gregorii Nysseni contra Eunomium*: „ Si igitur secundum „ naturam divinam impassibilis est, pas„ sionis vero capax secundum naturam hu„ manam, quis, cui cor sapiat, duas ejus „ naturas unam ausit dicere? „ *Basilii magni ex lib. 3. contra Eunomium*: „ Intel„ ligendum ergo est illud quidem, *genuit*, „ in Deo Filio: illud vero, *creavit*, in „ eo qui formam servi accepit. In his ve„ ro omnibus non dicimus duos, Deum „ separatim, & hominem separatim: unus „ enim erat: sed cogitatione uniuscujus„ que naturam reputamus. „ Vides, mi Kohli, quàm clare isti patres de duabus Christi naturis differunt: nec tamen est, qui laudatos ipsorum libros in dubium vocet. Cur igitur de unius Ephræmi scriptis tam rigida ferenda est censura, ut statim veluti spurium rejiciatur, quod ipse cum aliis sui ævi Patribus docet?

Interim hunc Ephræmi locum de Margarita, quem supra produxi, aliter, ac in nostris codicibus, apud antiquos lectum fuisse observo. Nam Anastasius Sinaita in Hodegi cap. 10. editionis Ingolstadii 1606. pag. 197. sic habet ex versione cl. Jacobi Gretseri: τῦ ἁγίυ Ἐφραὶμ εἰς τὸν μαργαρίτην· εἰ δὲ μία εἰσὶν, ἄρα ἂν ἡμίθεος ἐσαρκώθη θεός. καὶ ἡμιφυὴς ἀνελήφθη ἄνθρωπος. *Sancti Ephræm in margaritam. Si vero* divinitas & humanitas *una sunt natura, igitur semideus incarnatus est Deus: & semihomo in cœlum assumptus est.* Idem Anastasius eadem Ephræmi verba paulo aliter in Græcum conversa citat pag. 163. καὶ ὁ θεοφόρος Ἐφραὶμ εἰς τὸν λόγον τῦ μαργαρίτυ λέγει· ὅλα τῶν δύο φύσεων μετέχει ὁ μαργαρίτης ὁ ἀτίμητος, τῦτ' ἔστι ὁ Χριστός. καὶ πάλιν λέγει. διπλὴν ἔχει τὴν φύσιν, ἵνα μὴ τὰς δύο ἀπολέσῃ· ὅτε γὰρ ἡμίθεος κατῆλθεν ἐπὶ τῆς γῆς, ὅτε ἡ μιάνθρωπος ἀνῆλθεν ἐν οὐρανοῖς. „ Et divinus Ephræm ora„ tione in margaritam ait: *Duarum natu„ rarum participem esse inæstimabilem mar„ garitam, hoc est Christum.* Rursus ait: „ *Duplicem naturam habet, ne duas perdat:* „ *neque enim semideus descendit in terram,* „ *neque semihomo ascendit in cœlum.* „ Item Leontius Byzantinus lib. 1. contra Nestorianos & Eutychianos pag. 465. tom. 6. edit. Coloniæ Agrippinæ 1618. *S. Ephræm ex homilia in margaritam.* „ Duarum na„ turarum est particeps margarita magnæ „ æstimationis, ut ostendat Christum, „ quod quum esset Verbum Dei, ex Ma„ ria ortum est. Non habuit naturam ex „ parte; quia nec aliud animal erat. Per„ fectam habet duplicem naturam, ne amit„ tat duas. Neque semideus visus est in „ terra, neque semihomo ascendit ad cæ„ los. Ex perfecto perfectus; ex homine „ homo; ex Deo Deus; ex Virgine Chri„ stus.„ Utrobique negatur Christus, tamquam *semideus* apparuisse in terra, & tamquam *semihomo* ascendisse in cælum. Quamobrem in nostris codicibus & in editione Oxoniensi mendum irrepsisse existimo in iis verbis: ὅτε ἡ μία ἡ θεὸς φύσις ὤφθη μόνη ἐπὶ τῆς γῆς. ὅτε ἡ ἑτέρα, ἡ ἄνθρωπος ἀνέβη εἰς τὸν οὐρανὸν μόνη: „ Neque una „ sola natura Deus super terram visus est: „ neque altera sola homo in cælos ascen„ dit. „ Nisi enim dicamus diversos fuisse hujus sermonis Græcos interpretes, quorum alter Syriaca Ephræmi verba sic reddiderit, ut sunt apud Anastasium & Leontium; alter, ut habentur in Romanis, Anglicanis & Vindobonensibus codicibus; legendum utique ἡμίθεος, *semideus*, pro, ἡ μία ἡ θεὸς φύσις μόνη; & ἡμιφυὴς ἄνθρωπος, vel ἡμιάνθρωπος, *semihomo*, pro, ἡ ἑτέρα ἡ ἄνθρωπος μόνη.

Alium ex hoc ipso sermone profert locum Leontius, qui paululum a nostra editione differt. Sic enim legit lib. 3. contra Nestorianos & Eutychianos pag. 485. cl. Francisco Turriano interprete. „ Sancti „ Ephræm ex oratione in margaritam con„ tra Marcionem. Quæ vides & attrectas,

„ sint tibi teſtimonium, natura ſcilicet, A „ quomodo ſubſtantialiter atque eſſentiali-
„ quam neſcis explicare, quod Filius ſine „ ter conveniunt aqua & ignis, ac ſe invi-
„ ſemine naſcitur, & duo contraria ſe- „ cem non corrumpunt? non potes dicere,
„ cundùm ſubſtantiam conſpirarunt oſtenſa „ ſed cogeris credere quod vides & tangis.
„ hypoſtaſi in unaquaque natura.„ Quæ Reliqua ut ſupra. Quod autem ex natura-
verba tam Oxonienſis, quàm noſtra editio rum Chriſti unione non duæ, ſed una ſe-
pag. 268. ſic repræſentant. Ἀναγκάζῃ πι- quatur hypoſtaſis, idem Sanctus Doctor
στεύειν ἃ βλέπεις καὶ ἃ ψηλαφᾶς. γενέσθω ſequentibus verbis declarat: φθάνω ὑμῶν
σοι μαρτύριον ἡ φύσις, ἣν εἰπεῖν οὐκ ἐπίστα- B τὴν κατηγορίαν οἶδα ἐξ ὑμῶν τινας λέγοντας,
σαι. ὅλη ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ἄνευ σπορᾶς γίνεται. θεὸς ἀγέννητος, ἡ σὰρξ ὁρατή. θεὸς ἀπα-
καὶ δύο ὑπεναντίων οὐσιῶν ὁμονοησάντων θὴς, ἡ φύσις ἐμπαθής. πῶς τοσούτοις ὑπε-
τῇ ὑποστάσεων δεικνυμένων ἐπὶ ἑκάστης φύ- ναντίοις ὁμόνοια πρὸς μίαν ὑπόστασιν ἐγένετο;
σεως, „ Cogeris credere quæ vides & quæ „ Veſtram anteverto accuſationem, quod
„ tangis. Sit tibi teſtimonium natura, „ ex vobis quoſdam dicentes noverim:
„ quam neſcis edicere: quod Filius Dei „ Deus ingenitus, caro viſibilis: Deus
„ abſque ſemine naſcitur: & duo contraria „ impaſſibilis, natura (*id eſt humana*)
„ eſſentialiter concordant, oſtenſis in una- C „ paſſibilis. Quomodo ergo in hujuſmodi
„ quaque natura hypoſtaſibus.„ Voſſius „ contrariis concordia atque conſenſio in
tom 3. pag 168. circa finem ſic habet: „ unam hypoſtaſim facta eſt?„ In unam
„ Cogeris credere quod vides & tangis. ergo, non in duas hypoſtaſes coiiſſe aſſerit
„ Sit tibi pro teſtimonio natura, quam duas Chriſti naturas, ut ex ſequentibus ap-
„ edicere neſcis: quia Filius Dei abſque paret. Sed de his ſatis.
„ ſemine naſcitur. Illic duo ſunt contraria, In cenſum ſermonum adulterinorum refert
„ quorum eſſentialiter concordant hypoſta- D Kohlius *Teſtamentum S. Ephræm, & Con-*
„ ſes, & in qualibet oſtenduntur natura. *feſſionem ipſius*. Eadem de utroque fuerat
Videtur Leontius hoc Ephræmi teſtimonio Riveti ſententia Crit. lib 3. cap. 21. Pro-
unam hypoſtaſim Chriſti indicare in duabus diere autem *Latine* per Voſſium, *Confeſſio*
ejus naturis, humana ſcilicet ac divina, *quidem & ſui ipſius reprehenſio* Tom. 3.
ſubſiſtentem: atque idcirco ſingulari nume- pag. 99. *Teſtamentum* vero eod. tom. 3.
ro utitur, *oſtenſa hypoſtaſi in unaquaque na-* pag. 289. *Græce* in editione Oxonienſi,
tura, id eſt, oſtenſa una hypoſtaſi in pag. 82. 365. *Græce & Latine* in noſtra
duabus naturis. Verùm codices noſtri plu- editione Tom. 1. pag 119. & Tom. 2.
raliter habent, *hypoſtaſes in unaquaque na-* E pag. 230. Exſtat *Teſtamentum Syriace* in
tura: neque tamen anſam hinc Neſtoria- cod. Nitrien 5. & Urbano de Propaganda
nus capere queat, ut Ephræmi auctoritate Fide, ex quibus editum a nobis fuit hoc
errorem ſuum adſtruat, duas ſcilicet eſſe tom. 2. pag. 395. *Græce*, in codicibus ma-
in duabus naturis Chriſti Perſonas. Nam nuſcriptis Vat. 438. pag 186. Vatic 440.
hæc Sancti Doctoris verba non ad Chri- p. 151. Vat. 1815. p. 266. Cæſar. Vin-
ſtum, ſed ad aquam & fulgur, ad aquam dobon. 61. p. 259. Baſilian. 69. p. 16.
& ignem, ad concham & coruſcationem, Baſil. 113. p. 300. Laudin. 97. Coislin.
referuntur, de quibus immediate ante di- F 238. p. 168. Coisl. 256. p. 120. Medic.
xerat: *Fulgur & aqua in unum conſenſe-* Laurent. 76. Paſſion. p. 536. *Slavonice*
runt: & duo ſe contraria complexa ſunt. ſerm. 30. p. 336. Item *Confeſſio & ſui*
„ Quo igitur pacto quod tenes, ignoras, *ipſius reprehenſio* exſtat *Græce* in mss. codi-
„ & quod non tenes, curioſe inveſtigas? cibus Vat. Alexandr. 16. p. 218. Cæſar.
„ Ex igne fulgur & ignis: unde & illumi- Vindob. 31. p. 325. Laudin. 99. Otthobon. 1. p. 184. Otthob. 2. p. 68. Med.
„ nat & inflammat: conchæ ex aqua, & per Laur. 30. Venet. S. Marci 51. p. 33.
„ aquam creſcunt: quomodo ergo coruſca- Paſſion. 425. *Arabice* denique tom. 1. Bibl.
„ tio non comburit cochleæ corpuſculum? Orient.

Orient. p. 151. *Slavonice* num. 111. pag. 329. Utrumque opus Ephræmo adjudicandum oſtendimus Tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 141. & 151. & in Prolegomenis ad Tom. 1. operum S. Ephræm cap I. p. X. ubi ad ea, quæ ex Confeſſione & Teſtamento veluti contraria ſibique repugnantia opponuntur, ſatis eſt reſponſum. Nunc ſupereſt, ut argumenta Kohlii diluamus, quæ adverſus *Confeſſionem* Ephræmi adducuntur. Ait ille p. 287. *obſcura multa cimmeriiſque tenebris obvoluta paſſim in hoc ſermone ſeſe offerunt : qualia ſunt iſta* p 607. „ Et ſi- „ quidem naturalibus ratio contenta ſit, „ nihil ſolet exigere : modum enim natu- „ ræ definivit, ac terminum ipſi ad ſubſi- „ tendum conſtituit. *Ejuſdem notæ ſunt*, „ *quæ pag. 611. ſequuntur*. Pelliceas vero „ habebant atque gerebant, tamquam ad „ exercitationem accommodatas. Tempe- „ rantia enim calore i diget. veſtimentique „ illud genus erat congruens tum domi, „ tum foris.„ Hæc Kohlius. Ego vero ſic ſtatuo, non idcirco veluti ſpurium eſſe rejiciendum cujuſcumque auctoris opus, quod obſcura nonnulla contineat ; ſed vel arcanum ſenſum ex antecedentibus & conſequentibus erui debere, aut certe ex aliis manuſcriptis codicibus. Atqui in allato Ephræmi textu obvius eſt ſenſus : diſtinguit enim S. Doctor naturales hominis operationes, quæ ſine peccato exerceri poſſunt, dummodo præfinitum terminum non tranſgrediantur ; & actiones, quæ a libero pendent arbitrio in quibus proinde, ait, Tom. 1. editionis noſtræ p 133. „ Si libera volun- „ tas ſuccumbat naturæ, atque ab ea vin- „ catur, exigitur ab ea ratio, ut quæ non „ ſatietur unquam, & Dei terminos vio- „ let :„ qua in re quid ſit obſcurum, non video : quemadmodum neque in altera ſententia, quam Kohlius ex Ephræmo producit : habetur autem tom. 1. pag. 140 ubi S. Ephræmus de pelliceo Eremitarum habitu loquens, notat, hoc ipſo modeſto veſtimenti genere ipſos tam in eremo, quàm in itinere uſos fuiſſe ; non item in civitate, ne hominibus, inſtar Phariſæorum, conſpicuos ſe redderent : idcirco autem pelliceis A uſos fuiſſe, tum quia ad vitalem calorem conſervandum, tum quia ad religioſam paupertatem profitendam accommodatæ eſſent. Hunc ſenſum tam Græca a nobis loc. cit. edita, quàm Arabica verſio clare exprimit in hæc verba. ربمو / لـخـي الـذهـمـا مـلا هلاذه حالـا مـلاحـو الـعـدلـ . وحلـ الـعـلاهـمـا مـلا / ربمو ذلـاـمـا . الـدهـمـ مـلا الـحـنـهـ ةفـلـا . الـدهـمـ مـلا B الـعـدمـ ذلـاـمـا مـحـلـحـلـا الـلـلـ . الـدهـمـ مـلا لـاـلـاوـلـا / مـحـرـفـلـا الـلـاـمـ مـلـاـلـا مـحـلـحـلـا . ولـ الـحـنـهـمـ / لـاـلـاـ لـ / لـحـلـا . وحلـ ذلـاـمـا مـهـلـا مـهـ لـحـهـلـا وحلـ الـعـلـحـلـمـ الـسـحـلـا . حلا مـلـاحـهـمـ الـلـحـلـهـ ذلـاـ لـهـمـ لـحـهـلـا الـدهـمـ لـحـمـ مـلـاـلـا / مـحـلـلـا لـاـهـفـمـ الـعـلـحـ . ذلـاـ لـهـمـ الـعـلـلـحـ الـلـحـلـهـ فـحـلـاـ الـ الـلـهـنـ . حـلـ الـسـعـلـ مـالـعـلـهـنـ مـلـاـلـ الـ حـهـ حـهـ . وذلـاـ الـعـلـلـحـ مـهـلـا مـحـلـحـلـا C الـلـ الـحـلـهـ مـالـعـلـهـنـ مـلـاـلـحـلـ . الـ حـلـسـعـلـ مـالـعـلـهـنـ لـاـلـهـ لـهـمـ الـعـلـهـ .

„ Sed quum Apoſtolus dixiſſet, quoſdam „ in melotis ac pellibus caprinis verſatos „ fuiſſe, ſequitur, in ſolitudine ſic ipſos „ facere ſolitos : nam in civitatibus ha- „ bitum mutabant : neque enim ſcire vo- D „ lebant homines, quidnam ipſi agerent. „ Alienus igitur Phariſæorum erat habitus : „ quippe qui quum eſſent inſipientes, ſa- „ pientum magiſtrorum more veſtiebantur. „ Et pelliceæ quidem veſtes erant eis pro „ amictu : neque enim cupiebant populo „ eſſe conſpicui : pelliceas vero habebant „ veſtes, tamquam ad exercitationem ac- E „ commodatas : calor enim & temperantia „ modo indigent. Veſtimenti igitur illud „ genus erat congruens tum ſedentibus in „ eremo, tum iter agentibus : nam per ca- „ lorem & temperantiam religioſæ pauper- „ tati modus imponitur.„ Ex quibus manifeſtum fit, jure quidem a Voſſio tom 3. pag. 118. reprehendi Zini verſionem, F qui ſententiam illam ad Phariſæos detorquens, legendum affirmative exiſtimat : „ Pelliceæ quidem veſtes erant illis (*hoc* „ *eſt Phariſæis*) ad comparationem ; nam „ populo volebant eſſe conſpicui.„ Nuſquam enim legimus Phariſæos melotis & pellibus caprinis uſos fuiſſe : codices præterea

ea omnes per particulam negandi habent: οὐδὲ γὰρ ἤθελον τῷ λαῷ εἰς καταφανεῖς, seu, ὅτε γὰρ ἤθελον τοὺς ἀνθρώπους εἰδέναι ὅπερ ἔπραθον: *neque enim cupiebant populo esse conspicui*, seu, *neque enim cupiebant, homines id conspicere, quod ipsi gerebant*. Quod etiam ex immediate hic sequentibus confirmatur: & hanc veram ac germanam hoc loco lectionem esse, convincitur quoque ex præcedentibus, quæ in eremitas, non in Pharisæos quadrant. Quamobrem nullatenus est admittenda ejusdem Vossii conjectura, quam ad calcem doctissimæ suæ notæ, in gratiam Zini, ut puto, adjicit: *nisi forte*, inquiens, *aliàs sic distinguendo atque supplendo legere hic velimus*: „ *Pelli-* „ *ceæ quidem vestes illis* (*scilicet*, *Phari-* „ *sæis*) *erant pro cultu atque amictu*: *nam* „ *populo cupiebant esse conspicui*: *Pelliceas* „ *vero hi* (*nimirum Eremitæ*) *habebant*, „ *quia nolebant populo conspicui esse*, *illis-* „ *que amicti erant*, *tamquam exercita-* „ *tionem magis accommodatis*.„ Ingeniosa expositio: sed quæ Ephræmo nunquam in mentem venerit, neque Pharisæorum moribus convenire possit, qui Pelliceis caprinis, ut supra dixi, delicatum corpusculum tegere, in more non habuerunt.

Urget Kohlius, Confessionis Ephræmianæ germanitatem impugnans. *Citatur*, inquit pag. 288., *Homilia auctoris de Verbo*, *secunda Trinitatis persona*: *tractatus item de Providentia*, *in his verbis*: *de providentia scripsi*: *sed an Deo placuerint mea scripta*, *ignoro*. *Quæ tamen scripta nec hodie ipsa exstant*, *nec a veterum ullo sub Ephræmi nomine citata inveniuntur*. Non inveniuntur citata? non exstant hodie? Legat Kohlius, quæso, Syriaca Ephræmi scripta, quæ tomo 2. ac 3. nuper prodiere ex vetustissimis Nitriensibus codicibus: ibi inveniet Ephræmum de Verbo, de Providentia, frequentissime differentem. Quid? si ab ullo veterum sub Ephræmi nomine citata invenisset? an idcirco pro genuinis illa habuisset? Affirmat Kohlius: ego vero præfidentissime nego: nam hic ipse sermo, quem præ manibus habemus, inscriptus, *confessio*, *& sui ipsius reprehensio*, citatur a Photio, homine inter veteres non inerudito, & primo quidem loco inter Ephræmi sermones citatur, his verbis: ἀνεγνώσθησαν δὲ ἐν ἁγίοις Ἐφραὶμ λόγοι ἐννέα καὶ πεντηκοντα· ὧν ὁ πρῶτος, ἑαυτόν τε ποιεῖ ἀπολοφυρόμενον οἷς ἐβίω, καὶ τόπον ἐπέχει τῷ λόγῳ τῆς ἐφεξῆς ὡδινέσεων: *Lecti sunt sancti Ephraimi sermones unde quinquaginta*: *quorum primus deplorantem ipsum inducit*, *quæ admiserat in vita*, *& sequentium deinceps admonitionum prologi vicem præbet*. Quid clarius de hoc sermone dici potuit a Photio? nec tamen illum Kohlius pro genuino reputat. Frustra igitur a nobis & Antiquorum scriptorum auctoritas, & veneranda manuscriptorum codicum vetustas Kohlio opponitur, quando ipsi omnia pro arbitrio negare vel affirmare, in animo est. Verùm hæc missa facio. Ad rem ipsam propius accedo. Ait Kohlius: indicat sermonis hujus auctor, Tractatum de Providentia, a se conscriptum fuisse. Verba sunt hujusmodi apud Vossium Tom. 3. p. 102. & in nostra editione tom. 1. p. 123. *De providentia scripsi*: *sed an id Deo placuerit*, *ignoro*. Eadem habet Arabicus interpres: هو خطب في العناية . لا اعلم هل رضي الله به او لا : „ Scripsi de divino regimine universitati „ providente. Sed, utrum hoc Deus acce- „ ptaverit, ignoro.„ Quibus sane verbis haud dubie significatur, Ephræmum de divina Providentia scripsisse. Sed an hoc ipsum sit, quod Ephræmus in præsenti sermone de Dei providentia fuse docteque disserit; an aliud scriptum antea editum, mihi non liquet: utrumque enim, si Ephræmi stylum respiciamus, ejus verba indicare possunt. Verùm sive primum, sive alterum de hoc Ephræmi scripto affirmemus; perspicuum tamen est, in eo Kohlium allucinari, quod putet, hoc in eodem sermone significari, alterum a sancto Doctore compositum fuisse de *Verbo secunda Trinitatis persona*. Ephræmi verba plana sunt apud Vossium tom. 3. pag. 104. & in nostra editione pag. 127. „ Et quoniam prævidit *Pater*, nihil eorum „ quæ fecit, ipsum capere posse, produxit „ Filium sine principio ex substantia sua,

„ Sic

„ & Spiritum ſanctum ; non ex neceſſita- A
„ te , vel cauſa aliqua , ἥπερ εἴπομεν , σχημα-
„ τίζοντες τὸν λόγον , ſicut diximus , quum
„ verbum adumbraremus (vel , *quum de*
„ *verbo ageremus* :) ut divinitatis ipſius
„ (vel , ut habet Voſſius , *bonitatis*
„ *ipſius* ,) plenitudo demonſtraretur „ Ara-
bicus Interpres : ﻭﻫﻮ ﻟﻴﺲ ﻣﻦ ﺍﻟﺒﻨﻴﻦ ﻭﻟﺪ ﻟﻢ
ﻭﻫﻮ ﻣﻦ ﺍﻟﻤﻮﻟﻮﺩﻳﻦ ﻫﻮ ﻣﻦ ﻣﺼﻨﻮﻉ B
ﻭﻫﻮ ﻣﻦ ﻣﺨﻠﻮﻕ : ﻭﻟﻢ ﻳﻜﻦ ﻣﻦ ﻏﻴﺮ
ﻭﺟﻮﺩ ﺍﻟﻜﻞ ﻗﺒﻞ ﺍﻟﻜﻞ : ﻭﻟﻢ ﻳﻜﻦ ﻣﻦ
ﺍﻟﻜﻞ ﻭﻫﻮ ﻗﺒﻞ ﺍﻟﻜﻞ : ﻭﻟﻢ ﻳﻜﻦ ﻣﻦ
ﺍﻟﻜﻞ ﻭﻫﻮ ﻗﺒﻞ ﺍﻟﻜﻞ : ﻭﻟﻢ ﻳﻜﻦ ﻣﻦ
ﺍﻟﻜﻞ ﻭﻫﻮ ﻗﺒﻞ ﺍﻟﻜﻞ .
„ Et quoniam prævidit , nihil eorum quæ
„ ſunt genita , ipſum capere aut ferre poſ-
„ ſe , produxit ex ſubſtantia ſua , produ- C
„ ctione principii experte , Filium & Spi-
„ ritum ſanctum , non ex neceſſitate , ne-
„ que ex cauſa , quemadmodum ante dixi-
„ mus , ſermonem adumbrantes , ut boni-
„ tatis ipſius plenitudo ſuſciperetur „ Hic ,
ut vides , non de Verbo Patris æterni Fi-
lio ſermo eſt ; ſed vult Ephræmus , iſtiuſ-
modi materiam a ſe paulo ante tractatam D
fuiſſe , vel ſaltem adumbratam . Lege ipſum ,
de quo agimus , ſermonem , ab iis verbis
p. 123. *Anxius igitur & multis lacrymis*
perfuſus inde abii , & dilucide tibi apparebit ,
de Deo rerum omnium providentiam ha-
bente , deque ſanctiſſimæ Triadis perſonis
Ephræmum non pauca antea diſſeruiſſe .

Jam pene finieram ; quum ecce video E
Kohlium in Ephræmianam Confeſſionem
ultimum telum jacientem . „ Omnium cla-
„ riſſimum , inquit , νοθείας argumentum
„ eſt , de proceſſione Spiritus ſancti a ſolo
„ Patre ſententiam apertis hic verbis pro-
„ pugnari : quæ quum longe recentioris ſit
„ ætatis , quam ut Ephræmum vel aucto- F
„ rem vel aſſeclam habere queat : dubita-
„ tionem vix habet , quin a recentiori
„ quodam Græco hoc ſcriptum compila-
„ tum ſit . „ Bene habet hucuſque : iſthæc
optimi eſt critici argumentatio : verùm qui-
bus id rationibus oſtendit Kohlius ? Audia-
mus . „ A ſolo autem Patre , *ſubjungit* ,
„ Spiritus ſancti proceſſio his verbis propo-
„ ponitur : *Et quoniam prævidit , nihil ho-*
rum quæ fecit , ipſum capere poſſe : produ-
„ *xit Filium ſine principio ex ſubſtantia ſua ,*
„ *& Spiritum ſanctum non ex neceſſitate .*
„ Idem paulo apertius . *Cæterum Spiritus*
„ *ſanctus non genitus eſt , ſed proceſſit ex*
„ *ſubſtantia Patris , non imperfectus , neque*
„ *promiſcuus* . Itemque poſtea : *Aliumque*
„ *Pater conſortem volens , non quem genuit ,*
„ *ſed produxit , Spiritum ſanctum ex ſub-*
„ *ſtantia ſua* . En diſertam proceſſionis Spi-
„ ritus ſancti a ſolo Patre aſſertionem .
„ Quibus illud p. 604. accedit : *Pater ergo*
„ *neque tempore indiguit in generatione Ver-*
„ *bi , neque ullo temporis intervallo poſt Ver-*
„ *bum produxit Spiritum ſanctum* . „ Dedecet
plane doctum & ingenuum virum , uti
eſt Kohlius , tam abhorrens a rectæ ratio- C
cinationis regulis hujuſmodi ratiocinatio : per-
inde acſi non eodem argumento ſacroſan-
ctum Joannis Evangelium dici poſſit *à re-*
centiori quodam Græco compilatum , eo quod
de proceſſione Spiritus ſancti eadem ſit in
illo ſententia , eadem verba : *Cùm autem*
venerit Paraclitus , quem ego mittam vobis à
Patre , Spiritum veritatis , qui à Patre pro- D
cedit : Joan. 15. 26. quod tamen quis niſi
emotæ mentis dixerit ? Hanc ipſam calum-
niam inferret Kohlius ſcriptis ſanctorum
Patrum Athanaſii , Gregorii , Baſilii , Chry-
ſoſtomi , Epiphanii , qui juxta Euangelicam
veritatem de Spiritu ſancto hoc abſolute
pronunciant , ipſum ſcilicet *a Patre procede-*
re . Si autem ex mente Kohlii , idem eſt
dicere , *a Patre procedit* , ac dicere , *a ſolo*
Patre procedit ; ipſe viderit , an non græ-
cizet , hoc eſt , a Lutherana ad ſchiſmati-
cam Græculorum ſectam tranſeat , in qua
tamen futiles iſtæ ratiunculæ nunquam evin-
cent , Ephræmianos ſermones recentioris
cujuſdam fœtum eſſe , eo quod Spiritus ſan-
ctus in iis dicatur *a Patre procedere* . Et vi-
det quidem ipſe , nec diſſimulat , aliud eſſe ,
a Patre procedit , aliud , *a ſolo Patre proce-*
dit : illud primum , Euangelii oraculum eſſe ,
& Patrum omnium antiquorum commune
effatum : hoc poſterius a Photio atque re-
centioribus ſectariis poſt octavum tandem
ſeculum uſurpari ceptum . Nec tamen vi-
ctas dat manus , ſed pergit male jactis fun-

damentis

damentis pejorem ſuperſtruere molem : *Obvertet hic aliquis*, inquiens, *tritum illud philoſophorum dictum : poſito uno non excludi alterum. Verum quis non videt, in omnibus locutionibus Filium a productione Spiritus ſancti hic excludi* ? Imo quis hoc videt, niſi qui oculos non habet ? qui proinde ſomniando illud videre ſibi videtur, quod nuſquam locorum eſt.

V. *De Teſtamento Sancti Ephræm.*

Hactenus de Ephræmi Confeſſione. Ad Teſtamentum ejuſdem venio. Ex quatuor capitibus, ſcripti hujus veritatem ſuſpectam reddere, vel falſitatem potius demonſtrare conatur Kohlius p. 353. *Ac primum quidem ex eo*, inquit, *quod genus dicendi*, „ *ipſeque ſtylus, ac totius orationis per* „ *totum ſcriptum compages, Ephræmiano* „ *ſtylo neutiquam conſona ac conformis* „ *eſt*.„ Hoc nimirum ipſe affirmat : ſed negant Natalis ab Alexandro, Tillemontius, Dupinius : negat quiſquis hoc ſcriptum, ſaltem ut ex Syriaco textu a nobis eſt editum, cum cæteris genuinis Ephræmi operibus conferet : negat denique qui Encomium S. Gregorii Nyſſeni leget, Teſtamentum Ephræmi his verbis connotantis, in Prolegomenis tom. 1 p. XVII. „ In „ cælum ergo jam perrecturus Sanctus hic „ vir, iis, qui tunc aderant, mandabat, „ ne pretioſo cum veſtimento corpus ſuum „ ſepelirent. Et ſi quis amantior patris tale quidpiam cogitaſſet, aut præparaſſet, „ id ne exequeretur, ſed conſilio in melius „ commutato, hoc ipſum quod ſepulturæ „ cohoneſtandæ decreviſſet, pauperibus impertiretur. *Et paucis interjectis*. Quo quidem demonſtrato miraculo, quum jam „ vitæ finis immineret, eos qui tunc aderant, multis piis commonitionibus ad virtutis ſtudium atque amorem cohortatus, „ ut poſtrema ejus declarant verba, ad tranquillum æterni regni portum feliciter emigravit.„ Nec aliunde, ut puto, niſi ex Teſtamento, Sozomenus nomina diſcipulorum Ephræmi recenſet lib. 3. hiſt. Eccleſ. cap. 16 quum ait : „ Dicitur porro multos habuiſſe diſcipulos qui doctrinam ejus „ ſtudioſe æmulati ſunt. Inter quos nobiliſſimi fuerunt Abba, Zenobius, Abraham, Maras, atque Simeones, quibus „ Syri, & quicumque apud Syros exquiſitioris doctrinæ ſtudioſi fuerunt, magnopere gloriantur. Non ſecus Paulonam, „ & Aranad eloquentiæ cauſa celebrant ; „ eos tamen a vera fidei doctrina aberraſſe „ dicunt.„ Obſcuritatis & incohærentiæ indicia, quæ Kohlius congerit, ad Græcum interpretem ſunt referenda : nam in textu Syriaco omnia clara ſunt & perſpicua.

Alterum Kohlii argumentum. *Multa*, inquit, *continet hoc ſcriptum, quæ in* „ *Ephræm prudentiam, gravitatem, or-* „ *thodoxam*, ταπεινοφροσύνην, *pietatem* „ *denique cum firma in Deum fiducia con-* „ *junctam minime conveniunt*.„ Si quæras, quæ tandem hæc ſint ; ineptias multas pro modulo ſuo coacervat. In primis, *quod indefeſſum ſuum in ſacris tuendis ſtudium dilucide declaraturus, cani ſe paſtoritio ipſum comparat*. Proh delicatum hominis ingenium ! quid rigidus iſte cenſor de Chriſto ipſo dicturus eſſet, *Gallinæ* ſeipſum comparanti, Matth. 23. 37. ? „ *Quoties volui* „ *congregare filios tuos, quemadmodum* „ *gallina congregat pullos ſuos ſub alas*, „ *& noluiſti* ?„ Quid de Moyſe, qui Deum aquilæ ſimilem deſcribit Deuteron. 32. 11. „ *Sicut aquila provocans ad volan-* „ *dum pullos ſuos, & ſuper eos volitans,* „ *expandit alas ſuas & aſſumpſit eum*.„ Quid denique de Davide, qui ſe *canem & pulicem* vocat, 1. Reg. 24. 15. „ *Quem* „ *perſequeris ? canem mortuum perſequeris* „ *& pulicem unum*.„

Pergit, Ephræmianum Teſtamentum Ephræmo indignum declarare : „ quid imprudentius, *inquiens*, „ quam tot tantiſque diris „ eos devovere, qui vel ſub altari, vel alio „ templi loco mortuum ipſius corpus collocaverit ?„ At ego contra repono : quid magis dignum Ephræmi humilitate, quàm ſe indignum iis honoribus judicare, qui ſanctis viris poſt obitum a fidelium pietate deferebantur, quorum præcipuus erat, ut in templo vel ſub altari tumularentur. Hic enim illius ſeculi mos erat, hæc conſuetudo, ut martyrum vel confeſſorum inſignium corpora a chriſtianis raperentur, atque ita in templo hono-

honorificè conderentur, ſicut ſibi fieri præ A ſumma animi demiſſione Ephræmus vetabat : ex pannis inſuper, ex cineribus, vel ex oſſibus eorum, quidquid in manus venire poterat, religionis ergo, certatim tollebatur, atque ad averruncanda, præſidio ſanctorum, & corporis & animi mala ferventi cum fide conſervabatur. Id verò non negaverit, niſi qui ſit eccleſiaſticæ hiſtoriæ prorſus ignarus, aut Hagiomachorum furo- B re abreptus, ſanctorum Patrum noſtrorum primi, ſecundi, tertii, quarti, aliorumque deinceps ſeculorum ſcripta & facta in dubium vocare ; vel omnino repudiare auſit. Ac proinde contra ipſum Kohlium retorquetur argumentum illud, quod ex Caveo pag. 358. profert: „ Fabulæ inanes, nu-
„ gæque ineptiſſimæ, ab ævo Apoſtolico,
„ vel ſcriptoris alicujus antiqui ingenio &
„ gravitate abhorrentes, librum quo con-
„ tinentur, cujuſcumque tandem nomen
„ gerat, ſuppoſititium eſſe, clamant, ſal-
„ tem juſtam de eo dubitandi rationem ex-
„ hibent. „ Neque ab ævo Ephræmi, neque ab ejus ingenio & gravitate abhorret, quod ab Edeſſenis ſub divini judicii interminatione petierit, ne in templo vel ſub altari, ſanctorum inſtar, cadaver ſuum tumularetur, aut quidquam ex ipſius pannis, reliquiarum loco, tolleretur.

„ Judicium in auctore Teſtamenti requi-
„ rit Kohlius, quod tantis ſe juramentis
„ adſtringit, deorumque ac hominum fidem
„ teſtatur, ſe nunquam a vera fide vel la-
„ tum unguem declinaſſe, quum nemo un- E
„ quam auditorum, quos in hoc ſcripto
„ præcipue alloquitur, de eo dubitaſſet. „ Ego verò judicium in Kohlio requiro, quod Ephræmianas hujuſmodi obteſtationes ad eum tantummodo finem directas putat, ut auditoribus perſuaderet, ſe a recta fide numquam receſſiſſe. Hoc enim jam perſuaſum erat omnibus, de hoc nemo dubitabat. F Verùm alia Ephræmi mens fuit, quam Kohlius intelligit. Volebat, ut Edeſſeni ab omni hæreſi ſibi caverent, ſuoque exemplo intemeratam orthodoxam fidem ſervarent : atque adeo ſuos obteſtabatur diſcipulos :
„ In mea permanete doctrina, diſcipuli mei,
„ & a mea ne deſciſcatis fide .... verba
„ mea veſtris inſculpite cordibus, meique
„ memores eſtote. Futurum eſt enim, ut
„ perverſi homines poſt me ad vos veniant,
„ ovium quidem indumentis veſtiti, ſed
„ qui ſunt intrinſecus lupi rapaces. „ Et alia id genus multa, quibus hæreticorum doctrinam & conſortium vitare præcipit.

„ Pietate Ephræmi indigna, *inquit*, illa eſt
„ oratio, qua mortem inſtantem reformi-
„ dans, deprecanſque ait: *Hei mihi quoniam*
„ *laquei mortis prævenerunt me ! heu quo-*
„ *niam dies vitæ defecerunt* ! hiccine chri-
„ ſtiano homine, ne dicam tam ſancto vi-
„ ro, qualis Ephræmus erat, dignus ſer-
„ mo eſt ? ſiccine in Chriſtum Salvatorem
„ pie credentes ſe gerere, ſic ſe itineri ad
„ cælum accingere morientes ſolent ? „ C Quanta Kohlii in Deum fiducia ! Chriſtum ſcilicet firmiſſime credit eſſe hominum redemtorem : ſed neſcio, utrum eadem firmitate credat eumdem eſſe operum bonorum & malorum ſeverum judicem. Ephræmus certe qui quum firmis eſſet viribus, extremum Judicii diem ſemper præ oculis habebat, nec ſine lacrymis unquam mente re- D colere poterat, jam jam adventanti Judici occurſurus, non eſt mirum, cur tantopere exhorreſcat : mirum tamen eſt, quod Kohlius religioſiſſimum hujuſmodi Ephræmi horrorem, ad verba plane deſperantis referat.

A nugis ad hæretica dogmata tranſit Kohlius. „ Doctrinæ, *inquit*, qua Ephræmus im-
„ butus erat, ſaniori in primis hoc repu-
„ gnans deprehenditur, quod pro ſe ali-
„ quando defuncto, preces fieri, oblatio-
„ neſque inſtitui efflagitat. In vita quidem
„ dum eſſet, amicos & auditores ſæpe ſuos,
„ ut preces precibus ſuis jungant, Deum-
„ que ſibi eo propenſiorem reddant conci-
„ lientque rogat. Viventium autem pro
„ defunctis preces Ephræmus nuſquam in
„ ſcriptis licitas eſſe dixit, ne dum ſibi ipſi
„ expetiit. Has & in vanum fieri putaſſe,
„ manifeſte paſſim indicat, ut in ſermone
„ Tom. 1. verſion. Voſſii pag. 69. *Præ-*
„ *veniant me*, inquit, *commiſerationes Dei*
„ *veſtra deprecatione, antequam protrahar*
„ *una cum operantibus iniquitatem*. Quibus

„ verbis quid aliud ſignificatum vult, quàm
„ poſt mortem nullum precibus relictum
„ eſſe locum. Hinc poſt mortem etiam pœ-
„ nitentiam agere non licere tam ſæpe com-
„ monet. Nec eſt quod putes a ſeculi ſui
„ contagio labem fortaſſe aliquam traxiſſe
„ noſtrum. Eo enim, quo Ephræmus vi-
„ vebat ſeculo, nondum hæc peſtis inva-
„ luerat, hominumque animos occupaverat;
„ ſed multo hæc poſtea opinio, quatenus
„ Scripturæ ſacræ protinus eſt contraria,
„ foveri in Eccleſia, publiceque defendi cæ-
„ pit.„ Longior fortaſſe fui, quam oportebat, in recitandis hujuſmodi Kohlii ineptiis. Sed quia tum ipſe, tum Rivetus non aliam ob cauſam videntur rejicere Ephræmi Teſtamentum, quàm quod ibi ſanctus Doctor petit pro ſe defuncto orari per vivos, & quid quantumque vivorum ſuffragia pro defunctis valeant, oſtendit: idcirco neceſſarium duxi nihil eorum omittere, quæ illi in ſui erroris defenſionem producunt. Quam verò inſulſe ex eo arguant, viventium pro defunctis preces ab Ephræmo interdictas, quod is in vita dum eſſet, amicos rogaverat, ut pro ſe orarent; nemo non videt. An non, mi Kohli, potuit Ephræmus utrumque expetere, ut & pro ſe vivo, & pro ſe defuncto orarent? Sed, inquit Kohlius, poterat quidem Ephræmus utrumque ſcribere; ſed non ſcripſit: non ſcripſit autem, quia Ephræmiano ævo nondum peſtis illa invaluerat, ut viventes pro defunctis preces oblationeſque offerrent. Undenam verò habet Kohlius, quod Ephræmus id non ſcripſerit, niſi quia hoc Ephræmi ſcriptum ipſe negat? & ipſe quidem negat, quum Græci omnes Syrique affirment. Cui porrò credendum magis? Kohlio neganti, an Syris Græciſque affirmantibus? non aliunde, ut puto, cauſa eſt definienda, quàm ex Ephræmo ipſo, & ex ævi illius Patribus. Ephræm itaque in medium prodeat, & ſuorum ipſe ſcriptorum defenſionem ſuſcipiat. Is, Ebedieſu Sobenſi teſte in Catologo Librorum Syrorum cap. 52. (Tom. 3. Bibl. Orient. pag. 62.) multas compoſuit Odas, quæ de Defunctis inſcribuntur: ܡܐܡܪܐ ܕܫܒܚܐ ܘܬܫܒ̈ܚܬܐ *cantuſque omnes Defunctorum*.

A Exſtant Syriacè in vetuſſimo codice Nitrienſi XVI. exarato anno Chriſti 823. & in altero Nitrienſi XVII. de quibus Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 132. & 567. prodiere autem Syriace & Latine, interprete cl. viro P. Petro Benedicto Tom. 3. operum Ephræmi Syro-Latinorum a p. 225. hoc præfixo Titulo: ܡܐܡܪܐ ܕܫܒܚܐ ܘܬܫܒ̈ܚܬܐ
B ܕܡܪܢ ܐܦܪܝܡ ܣܘܪܝܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܡܐܡܪ̈ܐ ܘܬܫܒ̈ܚܬܐ *Sancti Patris noſtri Ephræmi Syri Necroſima, ſeu Funebres Canones*. In his ſive Odis, ſive cantibus, aut canonibus Defunctorum, infinitæ propemodum Ephræmi ſententiæ occurrunt, quibus, non ſecus atque in Teſtamento, frequenter inculcat S. Doctor, orthodoxam veritatem propugnans adverſus
C Aëtium (ſuppreſſo licet hæretici nomine) docentem, non eſſe pro defunctis orandum (ut S. Epiphanius hæreſ. 75. & S. Auguſtinus hæreſ. 53. tradunt:) mortuos ſcilicet viventium precibus & oblationibus juvari. Ex multis pauca ſeligemus. Canone V. pag. 231. Epiſcopum defunctum inducit ita loquentem: ܐܚܝܢ ܚܒܝܒܝ ܕܐܢ ܐܬ̈ܐ ܠܟܘܢ
ܠܡܨܠܝ ܒܥܕ ܢܦܫܝ ܕܐܢ ܐܬ̈ܐ ܠܟܘܢ ܠܡܨܠܝ
D ܒܥܕ ܢܦܫ̈ܟܘܢ ܘܐܦ ܒܥܕ ܟܠ ܥܡܐ ܕܐܢ ܐܬ̈ܐ
ܠܟܘܢ ܠܡܨܠܝ ܒܥܕ ܢܦܫ̈ܟܘܢ ܘܐܦ ܒܥܕ ܟܠ ܥܡܐ
„ Vos autem, cariſſimi, obſecro, ut pro
„ me oretis: oratio namque multorum,
„ ſi ex caritate fiat, admodum efficax eſt:
„ & communes populi preces, Dominum
„ populi non mediocriter movent. Ca-
E „ none XI. pag. 236. de Presbytero:
ܟܕ ܡܬܩܪܒ ܩܘܪܒܢܐ ܘܩܐ
ܡܕܡ ܢܦܫܗ ܘܡܕܡ ܕܐܝܬ ܠܗ ܒܥܠ
ܕܚܝܠܐ ܠܡܨܠܝ ܒܥܕ ܢܦ̈ܫܐ ܕܐܬ̈ܝ
ܠܗ ܠܐ ܡܢ ܟܠ ܥܡܐ ܕܐܢ ܐܬ̈ܐ
ܠܡܨܠܝ ܒܥܕ ܢܦ̈ܫܐ ܕܐܬ̈ܝ ܠܗ ܠܐ
ܡܢ ܟܠ ܥܡܐ ܕܐܢ ܐܬ̈ܐ ܠܡܨܠܝ
„ Obteſtor vos per Deum, ſodales & fra-
„ tres, ut quum in ſacro miniſterio con-
F „ tigerit conſiſtere pſallentium choros, mei
„ memineritis: veſtra mihi oratio ſubve-
„ niat, oculiſque meis aſperſum tergat pul-
„ verem, & ſurgam, & mortuorum ſu-
„ ſcitatori gratias agam.„ Ibid. pag. 239.
ܟܕ ܩܡ ܩܘܪܒܢܐ ܡܬܩܪܒ ܐܢܐ
ܒܥܠ ܡܕܡ ܕܐܝܬ ܠܗ ܒܥܠ ܕܚܝܠܐ
ܠܡܨܠܝ ܒܥܕ ܢܦ̈ܫܐ ܕܐܬ̈ܝ ܠܗ ܠܐ
ܡܢ ܟܠ ܥܡܐ ܕܐܢ ܐܬ̈ܐ ܠܡܨܠܝ

ܘܠܘܟܝ ܐܦ ܫܒܩ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܐܚܝ ܘܚܒܝ ܘܟܠ ܕܡܬܟܢܫܝܢ ܒܥܕܬܐ ܘܒܟܝܢ ܘܒܨܠܘ ܡܢ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܕܫܕܪ ܠܟܘܢ ܕܡܐ ܕܐܬܟܢܫܬܘܢ ܠܨܠܘ ܬܗܘܐ ܠܟܘܢ ܦܘܪܩܢ ܒܝܘܡ ܡܝܬܬܗ ܘܒܪܚܡܘܗܝ ܕܠܝ ܢܫܪܐ ܥܠ ܟܠܗܘܢ ܐܢ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܐܢܐ ܕܐܦ ܠܟܘܢ ܢܗܘܐ ܐܝܟ ܕܠܐ ܬܬܟܠ ܒܗ ܐܢܫ ܠܡܫܒܩ ܠܝ ܒܗ ܐܠܐ ܒܡܫܝܚܐ ܒܠܚܘܕܘܗܝ ܐܡܝܢ

„ Jamque iterum oro vos, fratres & ami-
„ ci, voſque omnes, qui Eccleſiam fre-
„ quentatis, lacrymanſque precor, perque
„ Deum obteſtor, qui me a vobis diſce-
„ dere juſſit, ut quum ad preces peragen-
„ das conveneritis, mei memoriam habea-
„ tis, Dominum obſecrantes, ut in die
„ adventus ſui miſereatur mei, proque ſua
„ clementia mihi quæcumque coram eo ad-
„ miſi peccata, remittat. Canone XVI.
„ pag. 261. in Funere monachi : ܒܪ̈ܝܟ ܐܢ ܐܒܐ ܕܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܕܐܦ ܥܠ ܥܒܕܐ ܗܢܐ ܕܫܕܪܬ ܠܟ ܢܣܒ ܠܗ ܪܘܚ ܬܒܪ̈ܝܬܐ ܘܢܫܪܐ ܠܗ ܚܛܗ̈ܐ ܘܥܘܠ̈ܐ ܕܥܒܕ ܒܥܠܡܐ ܗܢܐ ܘܢܗܘܐ ܠܗ ܡܢ ܩܕܡ ܟܘܪܣܝܟ ܕܝܢܐ ܕܫܪܪܐ ܘܬܫܪܝ ܠܗ ܡܢ ܟܠ

Liturgias abjiciant, aut veritati tot copiis vallatæ cedant & manus dent: alioquin eo, quo amentes, loco habendi, ac deferendi erunt.

VI. *De Sermone S. Ephræm de vita monastica qui incipit, dolor me compellit dicere*

A Testamento progreditur Kohlius ad sermonem Ephræmianum *de vita religiosa & monastica*; cujus initium, *Labor & dolor me ad loquendum compellunt*. Hunc ipse pag. 289. *adulterinum vocat*, & *Tillemontio ipsi suspectum visum*. Tametsi Tillemontius tom 8. edit. Parisien. 1713. p. 756. non de ejus germanitate dubium movet, sed tantummodo asserit, sententiam quandam in eo haberi, *qui en apparence ne soit pas si favorable a la grace: mais il seroit aisè de l' expliquer: quæ, ut videtur, divinæ gratiæ non multum favet: facili tamen negotio posset explicari*. Quibus verbis tantum abest, ut Tillemontius hunc sermonem pro suspecto habeat, ut potius de illo dubium nullum moveat, sed æque eum genuinum judicet ac antecedentem sermonem, qui ad Imitationem Proverbiorum inscribitur. Prodiit hic sermo *Latinè* quidem anonymo Interprete cod. Vat. 650. pag. 139. cod. Vat 5051 pag. 53. & cod Vat. 6443. pag 274. Nova insuper donatus versione per Ambrosium Camaldulensem serm. 4. & per Vossium Tom. 3. pag. 34. *Græce* verò in edit. Oxonien. pag. 28. *Græce* autem & *Latine* in edit. nostra Tom. 1. pag 40. Extat *Græce* manu exaratus in codicibus, Vat. 439. pag. 242. Vat. 1524. pag. 55. Vat. 1815. pag 1. Alex. 8. pag. 74. Alex. 16. pag. 180. Clement. 62. pag. 156. Basilian. 69. pag. 26. Basil. 113. pag. 1. Laudin. 97. & 99. Barberin. 31. pag. 218. Coislin. 59. pag 211. Coisl. 381. pag. 4. Medic. Laur. 27. Venet. S. Marci serm. 38. Passion. serm. 93. Fragmenta ejusdem sermonis exstant *Græce* in cod. Veneto S. Marci 52. serm. 18. 19. 20. 21. & in cod. Græco Moscuensi serm. 1. Denique habetur *Arabice* serm. 5. Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 150. Maxime vellem, ut exprimeret Kohlius, quodnam in hoc sermone vitium ipse deprehenderit: ad ea enim omnia, quæ objici possent, ex indubitata antiquiorum seculo nono codicum fide facilis responsio redderetur. Sed quoniam Tillemontius in suis ad hunc ipsum sermonem observationibus, memoratum a S. Ephræmo Terræmotum, solis Eclypsim, Persarum in Romani Imperii terras irruptionem ad Constantii seu Valentis tempora refert, videamus primum, quæ sint Ephræmi verba; deinde quo pacto ejusdem Tillemontii sententia cum Syrorum Græcorumque annalibus conciliari queat. In Græcis exemplaribus, quæ supra a nobis laudata sunt, apud Vossium Tomo 3. pag. 36. & in nostra editione Tom. 1. pag 42. sanctus Doctor hæc tria tunc contigisse affirmat, dum hæc ipse scriberet. *Terra*, inquit, *contremiscens à facie Domini ad nostrum terrorem sub pedibus nostris commovetur: & nos ne sic quidem timore concutimur. Urbes terræmotibus absorptæ sunt, & loca à facie iræ Domini desolata sunt: & neque sic terrore corripimur. Sol jam semel & iterum super nos meridianis horis obscuratus est: & neque sic corde expavescimus. Persarum bella, ac diversarum gentium barbararum commota sunt, nostramque provinciam devastarunt, ut nos Deum timentes, pœnitentiam agamus, quum pœnitentia nobis opus sit non paucorum dumtaxat dierum aut mensium, sed annorum ac temporum multorum: & ne sic quidem converti volumus*. Baronius hæc Ephræmi verba recitat ad annum Christi 340. Constantii 4. quo multas Orientis urbes terræmotu horribili concidisse narrant S. Hieronymus in chronico, Orosius lib. 7. cap. 29. Socrates lib. 2. cap. 7. & Sozomenus lib 3. cap. 5. Verùm de illo terræmotu loqui non potuit Ephræmus, tum quia adhuc adolescens erat, atque adeo docendi, scribendique munus nondum susceperat: nam eodem Baronio teste, quum S. Jacobus Nisibenus anno 338. ad superos migravit, Ephræmus ipsius discipulus nondum ad virilem ætatem pervenerat: tum etiam, quia eodem anno quo terræmotus contigit, Persarum etiam irruptionem in ditionem Romanorum accidisse docet S Ephræmus: anno vero 340. Persæ cum Romanis pacem colebant: postquam scilicet, soluta anno 338. Nisibis obsidione, ad sua regressi sunt. His ergo rationibus motus

Tille-

Tillemontius, Terræmotum, Perſarumque in Meſopotamiam irruptionem, de quibus mentionem hic facit Ephræmus, ad alium Conſtantii annum, vel ſaltem ad tempora Valentis differt, in hæc verba Tom. 8. de S. Ephræm cap 22. „ Hæc referre oportet „ ad tempora Conſtantii, ſub quo excurſiones Perſarum in Meſopotamiam frequentes fuere. Videntur nihilominus illi „ etiam ſub Valente anno 373. in eaſdem „ terras invaſiſſe. „ Et priorem quidem opinionem, citata in margine *Ammiani Marcellini lib. 29. pag.* 383. auctoritate confirmare nititur; poſteriorem autem ſententiam, ſuis in Valentem Imperatorem notis §. 12. Atqui ſi citatum Ammiani locum cum notis Tillemontii conferamus, utrobique deprehendemus non de terræmotu aut excurſione illa mentionem fieri, quæ ſub Conſtantio accidit; ſed de Perſarum tantummodo invaſione in terras Romani Imperii, quam Baronius ad annum Chriſti 371. & Pagius ad annum ſequentem refert. Quamobrem humanum quid paſſus eſt in hiſce obſervationibus vir cæteroquin diligentiſſimus & mihi nunquàm ſine laude commemorandus, dum unum Ammiani locum pro alio uſurpavit. Nam Ammianus, non libro 29. neque ſub Valente, ſed libro 17. & ſub Conſtantio, tùm terræmotum, tùm Perſarum excurſionem diſerte commemorat: idque factum *Datiano* & *Cereali Coſſ.* pag. 94. narrat, hoc eſt, anno Chriſti 358. de quorum conſulatu hæc Pagius: „ Coſſ. Neratius Cereales, & Datianus. De Datiano legendus „ Valeſius in notis ad lib. 2. Socratis cap. 39. „ qui plura de eo ex Libanio habet. „ Legendus idem Valeſius in notis ad laudatum Ammiani locum, ubi primum quidem de pace inter Conſtantium Imp. & Saporem Perſarum regem facta pag. 138 hæc habet: „ Ejus legationis meminit Idatius in Faſtis: „ *Datiano & Cereali Coſſ. introierunt Conſtantinopolim legati Perſarum die VII. Kal.* „ *martias*. De eadem legatione loquitur „ etiam Themiſtius in Orat. 13. in laudem „ Conſtantii: *Adhuc in ſtativis Galliae reſidens, Perſas ad poſcendam pacem compellit. Et nuper Antiochiae caduceatores „ vidi a Suſis & Ecbatanis miſſos cum literis byſſo candida involutis, quibus petebatur à Præfecto* Muſoniano, *ut fœdus „ cum Imperatore Perſis impetraret.* „ Deinde pag. 141. terræmotum ex eodem Ammiano deſcribit, quo Nicodemia corruit. „ Die IX. Cal Septembrium. Conſentit „ Idacius in Faſtis: *Datiano & Cereale Coſſ.* „ *Ipſo anno terræmotus factus, ita ut civitas „ Nicomedienſium funditus verſaretur die IX. „ Cal. Sept. aliæ vero centum quinquaginta civitates partibus vexatæ ſunt.* Et Aurelius „ Victor in Marco. *Aſiæque*, ait, *Epheſus „ ac Bithyniæ Nicomedia conſtratæ terræmotu, æque ac noſtra ætate Nicomedia Cereali „ conſule.* Præterea Socrates in lib. 2. cap 31. „ hiſt. Eccl ait Conſtantium, qui initio „ quidem juſſerat Concilium Epiſcoporum „ Nicomediæ fieri, auditâ clade Nicomediæ, „ Seleuciam Iſauriæ Concilii ſedem conſtituiſſe: additque, τῦτο ὃ γέγονε Δαλιανῦ „ καὶ Κερεαλίυ περὶ τ ὀγδόην εἰκάδα τ ἀυγύςυ μηνός, ideſt, IX. Kal. Sept. non „ V., ut male vertit Interpres, qui formam loquendi Atticam eſſe non advertit. Exſtat etiamnum Libanii Monodia de hac „ Nicomediæ ruina: quam Ephræm etiam „ Diaconus elegiaco carmine planxerat, teſte „ Gennadio, & Marcellino Comite in chronico. „ Hucuſque Valeſius. Non eſt igitur, cur de alio terræmotu, deque alia Perſarum excurſione loquutum eſſe Ephræmum ſuſpicemur. Adeo clara ſunt omnia, ut permirum videatur, doctiſſimos viros verba Ephræmi ad alia tempora contorſiſſe. Ammiano, Idatio, Socrati, Aurelio Victori, conſentiunt Syri ſcriptores, qui & Nicomediæ ruinam, & Ephræmi de ipſa carmen laudant. Auctor chronici Edeſſeni. ܒܫܢܬ ܫܡܢ ܡܐܐ ܘܫܒܥܝܢ ܠܐܓܪܐ ܕܢܝܩܘܡܝܕܝܐ. „ *Anno* Græcorum *ſexcenteſimo ſeptuageſimo corruit Nicodemia*. Dionyſius Jacobitarum Patriarcha ad eundem annum. „ ܘܒܗܝ ܫܢܬܐ ܐܬܗܦܟ ܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܢܝܩܘܡܝܕܝܐ ܘܐܬܐ ܠܐܪܥܐ ܘܡܛܠ ܗܢܐ ܐܬܟܢܫܘ ܒܢܝܩܘܡܝܕܝܐ ܟܠ ܡܕܝܢܚܐ : ܘܐܬܐ ܠܐܪܥܐ ܘܡܛܠ ܗܢܐ ܐܬܟܢܫܘ ܒܢܝܩܘܡܝܕܝܐ ܟܠ ܡܕܝܢܚܐ ܕܡܥܪܒܐ ܘܡܕܝܢܬ ܐܦ ܠܒܢܝܐ ܕܫܠܝܚ ܡܢ ܡܕܝܢܚܐ ܕܡܕܢܚܐ „ Orientales verò Nicomediæ convenerunt:

„ runt : quæ quum ex ingenti terræmotu
„ corruiſſet , incolaſque oppreſſiſſet , in
„ Seleuciam Iſauriæ urbem ſeſe contule-
„ runt , ubi Synodum tenuere . „ Annus
ille Græcorum reſpondet anno Chriſti 359.
quo Seleucienſis Synodus poſt Nicomediæ
ruinam habita *Euſebio & Hypatio Coſſ.* ,
teſte Socrate lib 2. cap. 31. non tamen
eo anno , ſed antecedenti contigit terræmo-
tus circa finem Auguſti , ut ex ante dictis
patet . Porrò de Nicomediæ lapſu , præ-
ter hunc Ephræmi ſermonem , exſtat alter ,
cujus meminit Gennadius cap. 66 ex quo
etiam fragmentum citat Philoxenus Hiera-
politanus in lib. de Uno ex Trinitate in-
carnato & paſſo fol. 132. Vide Biblioth.
Orient. Tom. 1. pag. 56. De initio vero
Belli Perſici , hæc notat Pagius ad Conſu-
latum Datiani & Cerealis , ideſt , ad an-
num 358. *His Coſſ. introierunt Conſtanti-
nopolim Legati Perſarum die VII. Kal. Mart.
Ab hoc anno Perſici motus initium repeten-
dum , dicit Gothofredus in chronologia codi-
cis Theodoſiani .*

Interim notandus alter Tillemontii lapſus,
qui Tom. 8. de S. Ephræm art. 8. pag.
278. obitum S. Jacobi Epiſcopi Niſibeni
& obſidionem urbis Niſibis à Sapore Perſa-
rum Rege irrito conatu tentatam conſignat
ad annum Chriſti 350. *Morabatur* , inquit ,
*adhuc Ephræmus Niſibi , quo tempore Sapores
Perſarum Rex eam urbem arcta ac celebri
obſidione cingebat anno 350. idemque* Ephræ-
mus *ſanctum Jacobum rogavit , ut mœnia
conſcenderet , & exſecrationis tela in hoſtes
conjiceret. Si quis dandus eſt conjecturis lo-
cus , credi poſſet , mortem S. Jacobi , quæ
videtur eodem anno 350. contigiſſe , occaſio-
nem præbuiſſe ſancto Ephraemo patriam deſe-
rendi , ubi tanti viri ſanctitas ipſum ad eam
diem detinuerat.* Hæc Tillemontio ut homini
exciderunt. Nam certum eſt , Niſibin anno
Chriſti 337. exeunte , vel anno 338. ineun-
te à Sapore obſeſſam , & S. Jacobum pau-
cis poſt ſolutam illam obſidionem diebus
ad ſuperos migraſſe. Vide quæ à nobis no-
tata ſunt Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 17.
18. & 395. ubi ex chronico Edeſſeno &
ex Dionyſii annalibus oſtenſum eſt , S. Ja-
cobum Niſibis Epiſcopum anno Græcorum
649. Chriſti 338. obiiſſe . Tillemontium
in errorem induxit altera Niſibis obſidio ,
quæ anno 350. accidit , *Sergio & Nigri-
niano Coſſ.* ut legitur in chronico Alexan-
drino. Sed duodecim annis ante hanc obſi-
dionem S. Jacobus jam ad cælum migraverat.

Ad primam potius , quām ad hanc
ſecundam Niſibis obſidionem referenda exi-
ſtimo quæ in vita S. Ephræmi Tom. 1.
Bibl. Orient. pag. 50. de ſcriptis ab ipſo
carminibus *de urbe Niſibi , de S. Jacobo , de
Conſtantino Imperatore , de calamitatibus ſui
temporis ab irato Deo ad mortalium cor-
reptionem immiſſis : deque captivitate & ex-
cidio pagorum atque monaſteriorum ſuburba-
norum ejuſdem urbis* , dicuntur : Primæ
enim , non ſecundæ obſidioni interfuit Ephræ-
mus : cui etiam , quum S. Jacobum &
Conſtantinum Imperatorem conjungit , per-
ſpicue videtur ſignificare , poſt Conſtanti-
ni obitum ſuperſtite adhuc S. Jacobo Niſi-
beno Epiſcopo , calamitates illas , quas enar-
rat , tam urbi , quam ſuburbanis pagis &
monaſteriis accidiſſe . Utinam exſtaret opus
tam inſigne , quemadmodum & aliud à
Philoxeno laudatum Tom. 1. Bibl. Orient.
pag. 56. cui titulus : ܩܕܝܫܐ ܘܫܗܕ̈ܐ ܕܢܨܝܒܝܢ
Tomus martyrum Niſibenorum : ex iis enim Eccleſiaſticam eorum
temporum Meſopotamiæ hiſtoriam accura-
tius haurire nobis liceret .

Arabicus Interpres Græci cujuſdam ex-
emplaris fidem ſequutus , ex hoc ſermone
illa omittit , quæ nos in noſtra editione
Tom. 1. à pag 41. ad pag. 43. inter duos
aſteriſcos incluſimus , ab iis verbis : τὸ κα-
τα πέτασμα τοῦ ναοῦ μηδὲν ἁμαρτήσας , *Velum
Templi quum nihil peccaſſet* : uſque ad illud :
διὸ δὴ καθαρίσωμεν ἑαυτοὺς ἀγαπητοί , *Emun-
demus igitur noſmetipſos dilectiſſimi* . Hæc
eadem deſunt etiam in editione Oxonienſi
pag. 29. in qua poſt illa verba , καὶ ἡμεῖς
ἀπὸ τοῦ σκότους τῆς κακίας ἡμῶν οὐ θέλομεν
μεταβληθῆναι , *& nos ex malitiae noſtrae
tenebris converti nolumus* , ſtatim ſubjungi-
tur , καθαρίσωμεν ἑαυτοὺς ἀγαπητοί , *emun-
demus nos ipſos , cariſſimi* , nulla facta ter-
ræmotus , Eclypſeos ſolis , & Perſarum
excur-

excursionis mentione. Oxonienſibus codicibus Græcis conſonant Vaticani 1524. pag. 55. a tergo lin. 27. & cod. 1815. pag. 2. lin. 20 necnon codex Alexandrinus 16. p. 75. a tergo col. 2. lin. 28. Habentur tamen in Græco cod. Vat. 439. pag. 244. lin. 4. & in Græco cod. 14. pag. 157 lin. 12. qui olim ad Bibliothecam Patriarchæ Alexandrini Græcorum pertinebat, & ab Abrahamo Maſſad in Vaticanam translatus fuit, ut Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 598. & 604. notavi. Exſtant denique in Latinis antiquis verſionibus, quæ Ambroſii & Voſſii ætatem anteceſſere, quemadmodum patet ex codicibus Vaticanis mss. 5051. pag. 53. & 6443. pag. 275. Nec dubium, quin eadem verba repræſentarentur in Græcis mss. codicibus, ex quibus Ambroſius ipſe & Voſſius Latinas ſuas interpretationes adornarunt: nam a veri ſpecie abhorret utrumque Interpretem id Latine edidiſſe, quod a Græcis exemplaribus omnino abeſſet. Hæc igitur, quæ hactenus produxi, non id tantum quod intendo probant; ſed præterea docent, Græca exemplaria, quod in principio dixeram, nequaquam ſibi conſentire.

Inter adulterinos recenſet Kohlius p. 239. ſermonem Ephræmianum, hoc eſt Encomium εἰς πατέρας τελειωθέντας, *in Patres Defunctos*. Incipit: τὴν καρδίαν μου ἀλγῶ, συμπαθήσατέ μοι, ἀδελφοί: *Cor mihi dolet: compatimini mihi, fratres*. Prodiit *Latine* per Ambroſium ſerm. 7. & Voſſium Tom. 3. pag. 269. *Græce* in edit. Oxon. pag. 119. *Græce & Latine* in noſtra edit. Tom. 1. pag. 172. Exſtat autem manu exaratus *Græce* quidem in codicibus Vaticanis 439. pag. 145. & 441. pag. 2. Palatino 269. pag. 44. Alexandrino 42. pag. 163. Clementino 62. pag. 229. Paſſioneo ſerm. 106. Veneto S. Marci ſerm. 48. Vindobonen. 31. pag. 362. Barberino 31. pag. 256. Coislin. 60. pag. 1. & 385. pag. 107. Otthoboniano 1. pag. 157. & 2. pag. 45. Medic. Laurent. 37. *Slavonice* ſerm. 113. *Arabice* ſerm. 14. Tom. 1. Bibl Orient. pag. 152. Huic ſermoni in omnibus quos modo laudavi codicibus ſubjunguntur tres alii ejuſdem argumenti, *in Patres* ſcilicet *Defunctos*, quorum primus incipit, ἐν ταύτῃ ἡμέρᾳ τῇ πρώτῃ καὶ εὐσήμῳ. *In hoc die primo atque inſigni*: alter, νικηθεὶς δὲ κατὰ κράτος ὁ πονηρὸς διάβολος, *vi porro victus ſceleſtus diabolus*: Tertius, εἰδότες οὖν ἀδελφοὶ τὴν ἀσθένειαν αὐτοῦ, *cognita igitur, fratres, infirmitate ipſius*. Et hic quidem tertius ſermo in Græcis codicibus, *metro heptaſyllabo* compoſitus dicitur; alter vero, qui præcedit, *tetraſyllabo*. At in Arabica verſione tres iſti poſtremi ſermones continuata oratione, hoc unico titulo comprehenduntur: ...

„ Sermo XV. item de Patribus defunctis. „ In hoc die primo & inſigni, myſteriâ „ unigeniti Filii glorioſe celebremus „ ubi poſt illa verba: ... „ Quoniam ad tranquil- „ lum portum perveniſtis, factique eſtis „ regis magni cohæredes. „ Sine ulla interruptione ſequitur: ... „ Vi porro devictus Inimicus, ſedens, „ cum ejulatu dicit: væ mihi infelici. „ Et poſt illa verba: ... „ Sed ego in eo- „ rum perditione gaudeo, ut ſocios illos „ in igne inextinguibili habeam: „ ſubjungitur: ... nos igitur, ... „ cariſſimi, cognita ipſius infirmitate, at- „ tendamus nobis ipſis, Patres imitando. „ Etſi autem in Arabica verſione hæc ſint ita conjuncta, ut unum ſermonem efficiant; nullus tamen dubito, quin Græcus Interpres illa, ut a nobis Tom. 1. pag. 175. 181. & 182. ſunt edita, e Syriaco textu diviſim expreſſerit. Nam ſanctum Ephræmum in concinnândis iis carminibus, quæ *de Defunctis* inſcribuntur, *tetraſyllabo* & *hepta-*

heptasyllabo metris usum fuisse, liquet ex iis, quæ Tom. 3. Syriaco & Latino nunc prodeunt è Nitriensibus codicibus. Vide quæ in hanc rem Tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 61. notavi de multiplici metrorum genere, quod S. Ephræmus usurpavit, modorum compositionem a Bardesane & Harmonio mutuatus.

Laudat hunc sermonem tamquam Ephræmo dignum Tillemontius Tom. 8. art. 15. & in notis ad S. Ephræm pag 758 in hæc verba: „ Jam diximus art. 15. de „ eleganti elogio, quo ille Pastores Mesopotamiæ exornat. Qui hunc antecedit „ sermo non minus videtur ipso dignissimus, suoque se ipse nomine in illo appellat. Est nimirum vivida ad pœnitentiam adhortatio. Duo porro poëmata, „ quæ elogium Pastorum sequuntur, videntur esse continuatio aut hujus ipsius „ elogii, quod tamen suo fine clauditur, „ & propriam habet glorificationem; aut „ certe alterius similis in sanctos encomii, „ qui glorioſum de diabolo triumphum reportarunt. „ Qui verò fuerint *Mesopotamiæ Pastores*, idem Tillemontius ex Sozomeno lib. 6. cap. 33. fusius exponit pag 292. Eremicolæ nimirùm, qui per montes vagantes, instar pascentium pecorum, herbas comedebant. Verba Sozomeni hæc sunt. „ Istos porro vulgo „ Boscos, ideſt, Pascentes vocabant, qui „ philosophandi genus tunc primum invexerant. Sic autem eos appellant, propterea quod nec domicilia habent ulla, „ nec pane aut obsonio vescuntur, nec „ vinum bibunt: sed in montibus degentes, Deum perpetuo celebrant, orationibus & hymnis juxta Ecclesiæ ritum „ vacantes. Quumque vescendi tempus advenerit, singuli falce arrepta per montem vagantes, instar pascentium pecorum herbas comedunt. „ Hinc Græcis Βοσκοὶ, ideſt, *Pascentes*, dicti: quorum institutum & origo *apud Nisibenos fuit circa montem, qui Sigoron dicitur*; auctores verò ab eodem Sozomeno laudantur Batthæus, Eusebius, Barges, Halas, & Abbo, & Lazarus qui fuit Episcopus, Abdaleus item, & Zeno, & Senex Heliodorus. Hoc respicit Ephræmus in isto sermone, dum ait Tom 1. nostræ editionis pag. 178. „ In speluncis & rupibus habitant, tamquam in cubiculis. „ Montes porro & colles, quos in circuitu „ habent, non serus ac muros excelsos „ amant atque desiderant. Mensa ipsis est „ omnis terra, & montes: cœna autem „ ac prandium, herbæ silvestres atque „ agrestes. Præcipuus ipsorum potus est „ aqua ex rivis: vinum autem similiter „ ex cavernis ac foraminibus. Ecclesias „ habent suas ipsi linguas, per quas jugiter suas preces peragunt. Per duodecim „ horas, quas dies continet, continua est „ ipsis ad Dominum precatio. Gloria, „ quam in montibus & speluncis concinunt, est sacrificium acceptabile, quod „ Deo offerunt. Ipsi sibi sunt Sacerdotes, „ & nostros suis precibus morbos curant „ ac sanant: nam deprecatores atque intercessores nostri perpetuo sunt. Non „ sapiunt alta, neque primas cathedras requirunt: gloria quippe eis est humilitas, „ imitatores Christi facti, qui propter nos „ miseros factus est pauper. Non sibi requiem aliquam in mundo tribuunt: quoniam ibi solatium atque refectionem recipiunt. Reddamur & nos similis illis, „ qui in montibus habitant, & pariter vitæ illorum instituti participes. Oberrant „ hi cum bestiis ferarum instar: & tamquam volucres in montibus volitant. „ Velut cervi cum feris animantibus pascuntur: mensa autem eorum semper parata est: nam gramina & herbas semper hi comedunt. Tamquam lucernæ „ ipsi resplendent, errantes in montibus. „ Quæ verba placet hic ex Arabico Interprete describere, ut quanta fuerit priscis etiam temporibus & codicum & interpretum diversitas magis, magisque manifestum reddatur.

معهدا الهدي اذ ملحوف الجلدة
داهم في الصحاب الصديقة. معادة
لهم مدينة داهة الاذ ملجالا.
وبكر حماهم على السهايل الحنية.
معاهم الذين الصدا هي الموية
والصاب الرحمة. معادة لهم مدامو
الالهم

ﻟﻠﺠﻬﻞ ﺍﻟﺬﻱ ﻓﻴﻬﺎ ﻣﺤﺪﻗﻮﻥ ﻭﻣﺴﺘﺮﻭﻥ ﻭﻣﺘﻨﻌﻤﻮﻥ ﻭﻣﺘﺮﻓﻬﻮﻥ ﻭﻣﺘﺒﺨﺘﺮﻭﻥ ﻭﻣﺘﺰﻳﻨﻮﻥ ﻭﻣﺘﺒﺮﺟﻮﻥ ﻭﻣﺘﺼﻨﻌﻮﻥ ﻭﻣﺘﺠﻤﻠﻮﻥ ﻭﻣﺘﺸﺒﻬﻮﻥ ﻭﻣﺘﺸﺒﻬﻮﻥ ﻭﻣﺘﺸﺒﻬ

ﻟﻠﻬﺒﻮﺳﻴﻦ ﻫﻢ ﺍﻟﻬﺎﺭﺑﻮﻥ
ﺍﻟﻤﻮﻫﻮﻣﻴﻦ ﻭﺍﻟﻬﺎﺋﻤﻮﻥ .

Alii ſimiliter ſui conſilii complacentia decepti ſunt, & *inani gloria elati*, *laudem ab auſcultantibus captarunt*, *ut nimirum in deſerto oberrantes fierent*.

Utcumque tamen vocitentur, ſive Βοσκοὶ, *paſtores*, ſive ﻫﺎﺋﻤﻮﻥ *in deſerto oberrantes*, certum eſt illos a prima quidem origine ſummis laudibus exornatos fuiſſe, quemadmodum ex allato Sozomeni loco planum fit, & S. Ephræmus in ſermone de Patribus defunctis confirmat. Sed quum poſtea hoc idem vitæ genus alii colere inciperent, propriis abducti conſiliis, neque menſuram neque modum ſervantes, ſed illud vel unicè, vel præcipuè procurantes, ut abſoluti a ſeniorum jugo, exercendi voluntates ſuas haberent libertatem: tum verò in eos vehementiſſimè, nec ſine jure invecti ſunt quòtquot de aſceticis rebus ſcripſere, & in primis S. Hieronymus ad Euſtochium de virginitate ſervanda, Joannes Caſſianus collat. 18. cap. 7. & S. Benedictus in Regula cap. 1. & alii, qui illos *Remoboth*, *Sarabaitas*, *circumcelliones* & *in gyrum vagantes* appellant, quibus nimirum nulla certa ſedes, ſed modo huc, modo illuc evagandi perpetua libido. Hujuſmodi eremicolas acriter reprehendit & Ephræmus in ſermone quem ſupra laudavi, ad Joannem Monachum; quod ſcilicet „ contumacia „ atque temeritate cogitationum ducti, in „ terram infructuoſam & inaquoſam pro„ greſſi, violentam ſibi ipſis mortem in„ ferrent; aut ſub obedientia vivere no„ lentes, unanimitatemque in miniſtrando „ recuſantes, in idem ſe periculum conji„ cerent. Unumquemque enim debere pro„ prio ſe metiri modulo, & proximo in „ caritate Dei humiliari: & quamvis ex„ iſtimet ſe perfectam adeptum eſſe virtu„ tem, & paſſionibus ſuperiorem evaſiſſe, „ ne ſic quidem ſibi ipſi confidere, ſed „ omnia cum conſilio ſeniorum eſſe pera„ genda.„ Quibus verbis ſicut illos laudat, qui primi hoc philoſophandi genus invexerant; ita recentiores alios redarguit, qui quum non iiſdem præditi eſſent virtutibus, inde ordiri audebant, ubi deſinendum fuerat: conſtans enim Patrum diſciplina erat, non prius vitam eremiticam aggredi oportere, quàm quis certos annos in cœnobio tranſegiſſet. Id exemplis ſanctorum Macarii & Antonii confirmat Ephræmus: non licere ſcilicet propriis abduci cogitationibus atque conſiliis, neque propriis fidendum eſſe viribus: ſed veſtigiis præceptiſque ſanctorum Patrum ſedulo inſiſtendum, nec ab illis deflectendum.

Atque hic notandum eſt, aliter citari ab Ephræmo factum Antonii, & aliter factum Macarii. De Macario ſiquidem, tamquam de vivente (non enim obiit ante annum Chriſti 390 ut recte Tillemontius oſtendit Tom. 8. pag. 619. & 809. atque adeo ipſi Ephræmo ſupervixit:) ſic ait: „ De Ab„ bate Macario narratur, quod ſic diceret: „ Conſidens, *inquit*, in cella mea, exerce„ bar ut monachus, dum interim mihi mo„ leſtiam cogitationes exhibebant, dicen„ tes: Abi in interiorem eremum: Et reliqua Arabice: ﻭﻗﺎﻝ ﺍﻟﺸﻴﺦ ﻫﺬﺍ ﺍﻟﻜﻼﻡ ﻭﻫﻮ ﺟﺎﻟﺲ ﻓﻲ ﻣﻐﺎﺭﺗﻪ ﻭﻫﻮ ﻳﺼﻨﻊ ﺷﻐﻠﻪ ﻭﻳﻘﻮﻝ ﻟﻨﻔﺴﻪ ﻭﻫﻲ ﺗﻘﻮﻝ ﻟﻪ ﺍﻣﺾ ﺇﻟﻰ ﺍﻟﺒﺮﻳﺔ ﺍﻟﺪﺍﺧﻠﻴﺔ „ Oſtendamus itaque, „ nihil temere vel inconſiderate ſanctos Pa„ tres egiſſe. De Macario monacho narra„ tur, quod ſic diceret: dum in cella mea „ in Scete conſiderem, cogitationes mihi „ moleſtiam exhibuere, dicentes: abi in „ interiorem eremum.„ De ſancto vero Antonio tamquam de eo, qui in cœlum jam migraverat, loquitur, dum ait: „ Et „ cur non oculos demittimus in vitam Ab„ batis Antonii, & ipſum cuncta ex divi„ na egiſſe revelatione comperiemus. Ve„ rumtamen ipſe quoque nonne in mona„ ſterio vivebat? nonne indumentis utebatur? nonne pane veſcebatur? nonne pro„ priis manibus laborabat? nonne diſcipu„ los habebat, qui quidem etiam mortuum „ ipſum deflebant, ac ſepeliebant? Arabi„ cus interpres: ﻭﻗﺎﻝ ﺍﻟﺸﻴﺦ ﻫﺬﺍ ﺍﻟﻜﻼﻡ

ﻣﺤﻨﻮﻩ ﻟﻬﺪﻣﻮ ﻟﻜﻨﻮﻫﺪ ﻫﺪﻳﻪ
ﻳﺤﺪﻳﻼ ﻫﻠﻪ ﻫﺪﻟﻪ ﻫﻢ ﻫﻤﻬﻼ
ﻟﻠﻮﻫﺪ . ﻟﻬﻢ ﻣﻬﻠﻪ ﻫﻮ ﻫﻮﻫﺪ . ﻫ ﻫﻼ
ﻫﻤﻬﻼ ﻟﻬﻤﻼﻫﻮ . ﻫ ﻫﻼ ﻫﻼ
ﻫﻮﻫﺪ . ﻫ ﻫﻼ ﻫﻤﻼ ﻫﻮﻫﻪ .
ﻫﻼ ﻫﻤﻬﻢ ﻟﻠﻤﻬﻪ ﻫﻬﻤﻪ
. ﻫﻼﻫﻼ ﻫﻮﻫﻪ ,, Quodſi vitam
,, Antonii monachi conſideremus, compe-
,, riemus utique ipſum cuncta ex divina re-
,, velatione egiſſe. Nonne enim in mona-
,, ſterio degebat? nonne pane veſcebatur?
,, nonne propriis manibus laborabat? non-
,, ne diſcipulos habebat, qui ipſum mor-
,, tuum pannis involventes, ſepelierunt?,,
Atqui S. Antonius monachorum pater ex hac vita ad ſuperos evolavit anno Chriſti 356. Tillemontio teſte Tom. 7. pag. 131. Itaque hic ſermo â S. Ephræmo neque ante annum 356. quo S. Antonius obiit, eſt compoſitus, neque poſt annum 372. quo idem Ephræmus, poſtquam ægyptiacam eremum, (ut in ejus vita Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 40. narratur,) una cum comite & interprete luſtraverat, Cæſaream Cappadociæ profectus eſt, S. Baſilii Magni colloquio fruiturus. Sic enim omnia conſtant, & quæ de monachis Boſchis, & quæ de SS. Antonio & Macario referuntur: ea ſcilicet a S. Ephræmo tum in Meſopotamia, tum in Ægypto circa annum 370. viſu vel auditu excepta fuiſſe.

X. *Ennio S. Baum gnũ, in XL. rty-*

Et Ephrænum quidem Cæſaream Cappadociæ divino ductum ſpiritu petiviſſe, *ut ipſum ibi os Eccleſiæ, aureum ſcilicet illam doctrinæ luſciniam Baſilium videret atque cognoſceret*, non Syri tantum teſtantur, ſed etiam Græci ſcriptores: & in primis S. Gregorius Nyſſenus in ejuſdem S. Ephræmi encomio, quod in Arabicam linguam converſum, ſermonibus Ephræmianis ſubjici ſolet. Tum vero Ephræmus ex columba humero Baſilii dextero inſidente didicit, qualis & quantus Baſilius eſſet: & ex eadem columba inſtructus Baſilius, ſancti hujus Patris peregrinationem cognovit, eumque eſſe Ephræm illum Syrum. Peropportune igitur ambo mutua inter ſe ſpirituali conſuetudine fruiti ſunt, ita ut laborioſa illa peregrinatio ipſi Ephræmo inutilis non exſtiterit. Quippe qui ab eodem Baſilio edoctus, ſanctorum Quadraginta Martyrum, qui Sebaſtæ ſub Licinio paſſi ſunt, præclara geſta didicit, eoſque una cum Baſilio, in patriam reverſus, egregio exornavit encomio. Hoc Ephræmus ipſe teſtatur in iis, quas in Baſilium ſcripſit, laudibus: ubi poſtquam ex mutuo cum ſanctiſſimo illo Cæſareenſium Pontifice colloquio ſe mirum quantum profeciſſe dixiſſet: *Tunc*, inquit hoc Tom. pag. 293., *concepit venter meus prudentiam, ut pararet Quadraginta Martyrum laudes. Omnem enim tolerantiæ ipſorum modum meis adjunxit auribus egregius vir: quemadmodum ſcilicet elegerint mori pro Chriſto, quantaque pericula contemſerint, ut ipſum lucrifacerent; tum quot numero fuerint Sancti illi; reliquaque ad pietatem eorum pertinentia edixit.* Exſtat encomium Ephræmi in S. Baſilium Magnum *Græce* in mss. codicibus Vaticano 1633. pag. 81. Baſiliano 26. pag. 144. *Slavonice* pag. 292. Prodiit autem *Græce* in edit. Oxon. pag. 399. *Græce & Latine* per Cotelerium Tom. 3. monument. Eccl. Græcæ pag. 54. & in noſtra editione hoc Tom. 2. pag. 289. *Latine* tantum per Voſſium Tom. 3. pag. 225. Confer Acta Sanctorum Febr. pag. 51. & Tom. 2. Junii pag. 809. Baronium ad Martyrolog. Romanorum 14. Junii. Et Combefiſium in Bibliotheca concionatoria Tom. 7. pag. 41.

Baſilio adhuc ſuperſtite, hoc encomium ab Ephræmo ſcriptum eſſe, affirmant Bollandus Tom. 1. Febr. p. 51. & Fabricius Bibl. Græc. lib. 5. Negat Tillemontius to. 8. ad S. Ephræm not. 14. ubi ex ipſius Ephræmi verbis oſtendit, hunc ſanctum Patrem de Baſilio Magno tamquam de mortuo loqui: idque auctoritate Syriacæ ejuſdem Ephræmi vitæ confirmatur, quam Tom. 1. Biblioth. Orient. evulgavi. Ibi enim pag. 52. §. 29. de S. Baſilii Magni obitu, & laudibus ab Ephræmo compoſitis hæc habentur: *Ut vero beatus Ephræm de ſancti Baſilii obitu nuncium accepit, dici non poteſt, quam acerbo mœrore inde affectus fuerit, cogitans; ipſius oves tanti Paſtoris conſpectu orbatas fuiſſe: quamquam Paſtore ſuo nequaquam deſtitutas*

ſtitutas fuiſſe dicendum eſt, quando omnibus ille mortalibus precibus ſuis adeſt. Scriptis itaque in ejus laudem carminibus hymniſque, ſui doloris acerbitatem utcumque lenire conatus eſt. Non ſolum itaque Græce & Slavonice, ſed etiam *Syriace* encomium hujuſmodi exſtitiſſe, certum eſt: id quod recte colligit Tillemontius tom. 8. not. 13. ex charactere, ſeu ſcribendi modo a Græcis auctoribus prorſus diverſo.

Poſt Baſilii itaque obitum, qui anno Chriſti 378. contigit, Ephræmianum iſtud encomium exaratum fuit: cui idem Auctor & aliud ſubjunxit *in ſanctos Quadraginta Martyres Sebaſtenos*, qui ſub Licinio paſſi ſunt: de quo vide Surium, & Acta Sanctorum die 9. Martii. Fabricius Bibl. Græc. lib. 5. affirmat, encomium iſtud haberi in Bibliotheca Concionatoria Combefiſii Tom. 8. illudque ipſum eſſe, de quo Lambecius lib. 4. pag 74. Verum fallitur vir doctus: nam Combefiſius & Lambecius loc. cit. non hunc laudant Ephræmi ſermonem, qui incipit, εἰκόνα μαρτυρικὴν ἁγιογράψαι βούλομαι, *Imaginem ſanctorum Martyrum deſcribere cupio*; ſed alterum *in omnes Chriſti Martyres, qui per totum terrarum orbem paſſi ſunt*, cujus initium: φαιδρὰ καὶ ἐπέραστος ὑπάρχει ἁγίοις καὶ ἀνθρώποις, *Illuſtris & peramabilis eſt ſemper Angelis atque hominibus*: de quo vide editione m Voſſianam Colonienſem Tom. 3. pag. 740. & Romanam Tom. 3. p. 240. Græcam Oxonienſem pag. 411. & Græco-Latinam hoc Tom. 2. pag. 306. Primus autem ille in ſanctos Quadraginta Martyres Sebaſtenos, a Voſſio primum Latine editus eſt Tom. 3. pag. 230. & a nobis Græce & Latine hoc Tom. pag. 341. ex ms. cod. Vat. 679. pag. 34. Ephræmum vero eſſe hujus ſermonis Auctorem, perſpicuum fit, non modo ex iis, quæ ſupra de encomio in S. Baſilium notavi; ſed etiam ex ſequentibus verbis, quibus Syrus doctor & nomen ſuum exprimit, & quas antea promiſerat iſtorum martyrum laudes, ſe aggredi ſignificat. *Non enim*, inquit, pag. 341. *oblitus ſum mei promiſſi, quo vobis de egregiis pollicitus ſum victoribns, quando ea quæ ſancti ac fidelis ſunt Baſilii, electi viri Dei, enarrabam.* Et pag. 355. *Intercedite o Triumphatores Chriſti pro minimo ac miſerabili Ephræm, ut miſericordiam inveniam, Chriſtique gratia ſalvus fiam.*

Id ſcribendi genus, encomia videlicet in Sanctos texendi, Ephræmo familiare fuit. Nam in ejus vita, præter laudes Baſilii Magni & Martyrum Sebaſtenorum, de quibus ſupra dictum eſt, ſcripſiſſe etiam dicitur *de S. Jacobo Niſibeno*: *de Martyribus Niſibenis*; *de Martyribus Edeſſenis Samona, & Guria, & Abibo*: *de omnibus Chriſti Martyribus*: denique *de Edeſſenorum laudibus*, qui fortiter Juliano Imperatori reſtiterunt: Tom. 1. Bibl. Orient pag. 50. Philoxenus in libro *de uno ex Trinitate incarnato & paſſo*, citat fragmentum ex encomio S. Ephræmi in *Julianum Sabam*, Tom cit. pag. 56. & ex libro *de Martyribus Niſibenis*, ibid. Exſtat autem ſermo Ephræmianus *de Juliano monacho Græcè*, in cod. ms. Otthoboniano 1. pag 381. & Medic. Laurentiano 67. & 68. Initium: ἔτος ὁ ἄριστος τῶν ἀσκητῶν: *Arabice* Tom. 1. Bibl. Orient. pag 154. Incipit: ﻫﺬا ﻫﻮ ﺍﻟﻔﺎﺿﻞ ﺍﻟﻤﺤﺒﻮﺏ ﺍﻣﻴﺮ *Latine* demum prodiit per Voſſium To 3. pag. 264. Initium: *Optimus hic atque fortiſſimus inter pietatis pugiles.*

Habentur præterea *Græce* ſermones Ephræmiani *de Abraamio & Maria ejus nepte*: ἀδελφοί μου βούλομαι ὑμῖν διηγήσασθαι. *In Patres qui temporibus ſnis conſummati ſunt*, τὴν καρδίαν μου ἀλγῶ. Alius *in eoſdem*: ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ τῇ πρώτῃ. *In eos qui in Chriſto obdormierunt*, τί τοῦτο σήμερον. *In fratrem defunctum*, ὅταν ἀποταλῇ ἄγγελος. *In eos qui valedixerunt*, ὡς ὁ θεῖος νόμος. *In omnes Chriſti Martyres*, φαιδρὰ καὶ ἐπέραστος. *De laudibus ſanctorum Martyrum*. ἀσύνετος ἀμαθῆς. *In mulierem peccatricem & Phariſæum*, πολλῶν ὄντων. *In ſanctam Paraſceven, & in Latronem*, πρώην Γεβέννας *In SS. Petrum & Paulum Apoſtolos*, χαίρετε Χερσοῦ. Item in Sanctos veteris Teſtamenti videlicet, *in Noe, & de continentia*, ἀλλ' ἐπειδὴ ἁλίσκονταί τινες. *In Lot, & de ſecuritate*, ἐπειδὴ οἱ φιλήδονοι.

In

In Abraham & Isaac, ἀποικίζει ὁ θεὸς. *De laudibus Joseph Patriarchæ*, ὁ θεὸς τῷ Ἀβραάμ. *In Eliam prophetam*, & *in viduam Sareptanam*. ἡσυχίαν δότε. *In Danielem & tres pueros*. φέρε δή. Vossius Latinè edidit sermones Ephræmi, I. *In Jonam prophetam*, & de pœnitentia Ninivitarum, Init. *Jonas hebræus*. II. De laudibus sanctissimæ Virginis Deiparæ Mariæ, *Inviolata, integra*. III. Lamentationes ejusdem super passione Domini: *Stans juxta Crucem*. Demum *Arabice* habentur, I. Sermo *de muliere peccatrice*, Initium: ܐܚܐ ܐܢܫ̈ܐ ܩܕ̈ܝܫ̈ܐ ܘܚܙ̈ܝܢ ܐܝܟ ܣܓ̈ܝ ܚܣ̈ܕܗ ܕܐܠܗܐ ܥܠ ܚܛ̈ܝ̈ܐ *Fratres, audite, & videte, quanta sit Domini nostri Jesu erga peccatores dilectio* II. De Elia propheta, ܪܒ ܗܘ ܕܕܚܠ ܠܫܡܝܐ ܘܠܐ ܫܠܛ ܒܗ *magnus est qui timorem Dei possidet*.

Tillemontius in notis ad scripta Ephræmi, Tom. 8. pag. 757., indigna sancto doctore, adeoque spuria existimat, quæcumque nomen ejus præ se ferunt, *de Noe*, *de Abraham*, *de Lot*, *de Joseph*, *de Daniele*, *de Jona*, & *de Elia*. Eandem censuram fert in sermonem *de Transfiguratione Domini*, quem Ephræmo Antiocheno Patriarchæ potius adjudicat; & in sermones *de Passione Domini*, *de Cruce*, *de laudibus & threnis B. Virginis Mariæ*, *deque muliere peccatrice*: Elogium enim B. Virginis Deiparæ, ad monachum quendam Hierosolymitarum refert: cætera verò omnia, ab Ephræmi stylo prorsus abhorrere affirmat. Multis verbis opus non est, ut ostendatur, quàm immerito Tillemontius laudatos Ephræmi sermones rejiciat, quos in vetustissimis codicibus mss. *Græcis*, *Arabicis*, *Slavonicis* reperiri jam monui. Confer Tomum Secundum ac Tertium Syriaca Ephræmi scripta conplectentes, & plura deprehendes eorum quæ supra memorata sunt, in Syriaco textu repræsentari, quæ Græcus Interpres in compendium redigenda esse censuit.

Casimirus Oudinus Tom. 1. de Scriptor. Eccles. ex Lambecio lib. 5. Bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis pag. 143. observat, A Homiliam S. Ephræm *in mulierem Peccatricem*, quæ a nobis hoc Tom. pag. 297. edita est, mutilam esse & mancam. „ Exstat, *inquit*, hæc homilia etiam in cod. „ ms. Theologico Græco CXVI. num. 9. „ ut lib. 4. horum commentariorum pag. „ 69. videre est. Sed integris fere duobus „ foliis in principio mutila, incipitque ibi „ perperam ab his verbis, πολλῶν ὄντων „ ὁσίων καὶ ἀξίων τοῦ θεοῦ &c. Æque imperfecta eadem quoque exstat oratio inter „ opera S. Ephræm a Gerardo Vossio Tungrensi Præposito Latine edita, editionis „ Colonienſis Quentelianæ Tom. 3. pag. „ 711. ubi incipit hoc modo. *Inter multos* „ *viros sanctos & dignos Dei &c.* In hoc „ autem posteriori codice ms. Cæsareo non „ legitur simpliciter, πολλῶν ὄντων &c. Sed „ πολλῶν τίνων ὄντων: ita videlicet ut per „ insertam τίνων particulam, clare significetur verba illa non esse istius homiliæ „ principium: sed epilogum, sive clausulam simul exordii, & nexionem ejus cum „ ipsa subsequenti tractatione propositi thematis. „ Hæc eadem homilia, uti *Latine* per Vossium, *Græcè* in edit. Oxonienſi pag 405. & *Græco Latine* in nostra editione hoc Tom. 2 pag. 297. prodiit: sic habetur in mss. codicibus Græcis Vaticanis 438. 562. 564. 1216. 1633. 1641. Palat. 364. Basilianis 13. 87. Barberinis 248. 249. Ambrosian. 4. Passion. serm. 122. Quamobrem Lambecio quidem & Oudino libenter concedo, mancam hanc esse & mutilam homiliam: quod postea collatione cum Syriaco textu facta clarius demonstrabitur: verum eam *integris duobus foliis in principio mutilam esse*, *ibique perperam ab iis verbis incipere* πολλῶν ὄντων; id vero constanter nego: quidquid de codice Cæsaræo dicatur, cujus initium, πολλῶν τίνων ὄντων: nam a veri specie abhorret, codices omnes Græcos quotquot in Græcia inventi sunt, & in Europa servantur, ab uno eodemque exemplari descriptos fuisse, ex quo integra duo excidérint folia: nec vel unum nobis exemplar superfuisse, quod sacrilegam lacerantis manum evaserit. Quum igitur Græca exemplaria omnia adamussim conveniant, indicio est,

est, ita Græcum Interpretem ab initio ver- A tisse, quemadmodum in codicibus nostris legitur. Argumentum autem illud ex inserta in Cæsareo codice τοίνυν particula desumtum, adeo leve est, ut manuscriptorum omnium codicum fidem convellere non debeat. Hæc scilicet, & similia particularum, & integrarum etiam periodorum additamenta in amanuensium inscitiam vel incuriam sunt conjicienda.

Syriaca Ephræmi *in mulierem peccatricem* homilia integra prodit Tom. 3. pag. 387. Initium : ܐܝܟ ܐܢܬ ܗܘ ܡܪܝ ܕܒܪ ܐܢܫܐ ܘܐܠܗܐ ܕܟܠ ܒܪܢܫܐ ܘܐܠܗܐ ܕܟܠ ܐܢܫܐ ܘܒܪ ܐܢܫܐ ܕܟܠ ܐܠܗܐ *Magne medice, qui dolores & morbos humilis Adæ posterorum generis curatum advenisti, per effusas gratiæ tuæ miserationes*. Est autem quarta inter Paræneticos sancti Doctoris sermones, qui de *Pœnitentia* inscribuntur. Desinit p. 412. in hæc verba: ܐܦ ܐܢܬ ܗܟܝܠ ܥܒܕ ܠܡܪܝ ܕܟܠ ܒܪܢܫܐ ܘܐܠܗܐ ܕܟܠ ܐܢܫܐ ܘܒܪ ܐܢܫܐ ܕܟܠ ܐܠܗܐ ܘܐܢܬ ܗܘ ܡܪܝ ܕܟܠ ܒܪܢܫܐ ܘܐܠܗܐ ܕܟܠ ܐܢܫܐ ܘܒܪ ܐܢܫܐ ܕܟܠ ܐܠܗܐ ܘܐܦ ܐܢܬ ܗܘ

convertendum ſuſcipiunt, neque verbis neque ſententiis ubique inhæreant, ſed excerpta quædam deſcribentes, & novum quodammodo opus ipſi procudentes, non vereantur tamen ſub antiqui Auctoris nomine illud venditare. Quæcumque igitur ad nos hujuſmodi ſcripta perveniunt, poſt ſeculum duodecimum elucubrata, perinde ſe habere exiſtimanda ſunt, ac ſi nullam prorſus fidem mereantur, niſi ad autographum collata, perſpicuum fiat, illa cum Græco vel Syriaco textu convenire. Hunc in cenſum refero ſermones omnes Arabicos (exceptis illis duobus ſupra quinquaginta, jam olim è Græco converſis, de quibus Tom. 1. Bibl. Orient. a pag. 150. ad pag. 156.) qui Ephræmi nomen præferunt in codicibus noſtris Vaticanis.

Horum in numerum merito referuntur ſequentes ſermones, qui in cod. Beroœenſi 1. repræſentantur: videlicet, primo Sermo, cui titulus pag. 210. ... *Sermo ſancti Ephræm de morte, peccato & de pœntentia*. Initium. ...

„ Audite fratres: melius eſt mori, quàm in „ peccato vivere. Præſtat, arborem præcidi, „ quàm aridam manere. Optabilius eſt in„ firmo mori, quàm morbo torqueri. „ Hic, ut vides, nihil Ephræmo dignum: ſed opus videtur a recentiore quodam Jacobita conſarcinatum ex diverſis antiquorum Patrum male intellectis adhortationibus: quum enim totum ſermonem Arabicè ad populum dirigat, Syriacis identidem utitur auctoritatibus Scripturæ, Syrorumque Doctorum, quas ſtatim in Arabicum idioma convertit. Sic pag. 211. ex Pſalmo recitat. ...

„ Unum petii a Domino, & hoc requiro, „ ut habitem in domo ejus cunctis diebus vi„ tæ meæ. Et p. 212. ex Jacobo Sarugenſi. ...

„ Siquis a pane jejunans, verbo peccet, „ quid, quæſo, proficit? Ædificat enim, „ & deſtruit, & mercedem amittit. Jeju„ nans ille quidem, juſtificatur: ſed verba „ inique proferens, juſtitiam corrumpit. „ Venter quidem vacuus eſt. verum odor „ fœtet, nec Deo acceptus eſt.„ Ibidem ex Balæo Syro ſcriptore hoc teſtimonium profert: ...

„ Non eſt nobis a cibo jejunandum, & „ orandum: ſed ab ira & furore nos ipſos „ cohibeamus: & ſic mundum erit noſtrum „ jejunium, ita ut regno cæleſti digni efficia„ mur.„ Claudit denique hunc ſermonem, Sanctos invocans, quos inter, auctor Jacobita, hæreticos ſectæ ſuæ propugnatores recenſet, in hæc verba: ...

„ Detque vobis, oro, finem perfectum „ precibus Matris lucis & vitæ, domi„ næ Mariæ Dei genitricis: & orationi„ bus ſancti Ephræm Syri, & domini no„ ſtri ſancti Barſumæ, ferro induti: & „ ſancti Abæi, & ſancti Sabæi, & ſancti „ Abchai, & ſancti Sabbatii, & ſancti „ Dometii, & ſancti Theodoti, preci„ bus quinque millium & quingento„ rum ſanctorum, qui unà cum ſancto

„ Abæo

„ Abæo, Martyrum diademate in monte
„ Cyri coronati ſunt: & precibus ſancto-
„ rum Petri & Pauli, & Sancti Joannis
„ Baptiſtæ.

Secundo, Sermo, cui titulus pag. 222. ܡܡܡܪܐ ܥܠ ܡܪܢ ܡܪܝ ܐܠܝܐ ܢܒܝܐ ܘܐܣܪ ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܗܘ ܕܥܒܕ ܐܝܟ ܕܐܣܪ ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ. „ Sermo à S. religioſo Ephræmo habitus
„ in Eliam prophetam, quum cælum &
„ terram ligavit: „ ideſt, quum precibus
ſuis pluviam cohibuit, ne Samaritanas ter-
ras irrigaret. Initium: ܡܐ ܕܡܫܬܥܐ ܥܠ ܓܒܝܐ ܕܟܪܡܠ ܘܥܠ ܛܘܪܐ ܕܫܡܪܘܢ. ܗܐ ܡܫܬܥܐ ܥܠ ܓܒܝܐ ܕܟܪܡܠ ܘܥܠ ܛܘܪܐ ܕܫܡܪܘܢ. „ Explicit hiſtoria Eliæ prophetæ, deſcri-
„ pta manu humilis Ephræmi, qui nomi-
„ ne tenus eſt metropolita regionis Gar-
„ garenſium.

Quis non videt hæc omnia nebulonis Jacobitæ fœtum eſſe? Idem factum cernimus in commentariis, quæ Ephræmo tribuuntur, in *Geneſim & Exodum*. Quum enim ſanctus Doctor illa Syriace compoſuiſſet, uti prodiere Tom. 1. & ab antiquis Syrorum doctoribus citantur; eadem in Arabicum ſermonem recentiores Interpretes convertere volentes, tot ac tanta de ſuo addidere, ut præter Ephræmi nomen & aliquot ſententias, nihil ſit quod cum illo opere conſentiat. Exſtant hæc Arabica commentaria in cod. ms. Arabico LXXV. de quo Tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 629. & inter mss. codices Bodlejanæ cod. 5820. in mss. codd. Orientalibus Roberti Huntingtoni cod. 74. *Arabice literis Syriacis*. Item inter mss. codd. Eccleſiarum Hiberniæ, codd. 1251. 1252. in mss. Theologicis Narciſſi Dublinenſis Archiepiſcopi cod. 9. & cod. 10.

Inter laudatæ Bodlejanæ Bibliothecæ mss. codices exſtat ſermo inſcriptus: *Mar Ephræmi ſermo, ſeu homilia de S. Palkido, ejuſque uxore & duobus filiis*, Syriace in 8. Suſpectus eſt mihi, non ſecus ac alter Arabicus *de SS. Petro & Paulo*, de quo Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 156. nam, præter quam quod hujus nominis Sanctus apud Græcos, & Syros non alius occurrit, nili *Placidus* ſeu *Euſtachins* cum uxore Theopiſta ac duobus filiis; quidquid recentiores Syri metro Ephræmitico in Eccleſia canunt, non eſſe ipſi Ephræmo adſcribendum, niſi hoc aliunde conſtet, jam notavi Tom. 1. Bibl Orient. pag. 60. §. *Porro falluntur*.

Non eſt tamen negandum, etiam gemmas aliquando inter quiſquilias latere. Sunt enim nonnulli codices mss. Arabici, vel Arabicis ſeu Syriacis literis manu recentiori deſcripti, in quibus genuini Ephræmiani ſermones inter ſpurios & apocryphos habentur. Cujuſmodi eſt ſermo ille, cui titulus in cod. Beroœenſi 1. pag. 186. ܡܡܡܪܐ ܥܠ ܡܪܢ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܕܥܠ ܬܘܒܬܐ. *Sermo ſancti Ephræmi de pœnitentia*. Et in cod. Arab. Vat. 46. pag. 65. ܡܡܠܐ ܕܥܠ ܬܘܒܬܐ. *Sermo pertinens ad pœnitentiam*. Idem ſermo quartum locum occupat in cod. ms. Arabico 8. de quo Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 150. & pag. 622. Incipit autem. ܐܠܗܝ ܡܠ ܕܒܠܡ ܐܫܬܐ ܡܠ ܗܘ ܫܢܝܬܐ ܐܦܪܝܡ ܕܫܒܚ ܐܠܗܐ ܒܦܘܡ ܐܦܪܝܡ ܗܘ ܕܫܒܚ ܐܠܗܐ ܒܦܘܡ ܐܦܪܝܡ ܡ

„ Venite fratres, & dilecti mei: grex A
„ electe in Christo domino nostro, signate
„ signaculo sacri baptismatis. Venite, & ser-
„ monem animabus vestris salutarem audite.
„ Venite, fratres, negotiemur, donec hæc
„ duret celebritas, & vitam acquiramus
„ æternam. Implete oculos vestros lacry-
„ mis, & coram Domino adeste cum fle-
„ tu & planctu. Si enim oculi lacrymis
„ impleantur, tunc cordà ad pœnitentiam B
„ & resipiscentiam confugient. „ Consonat cum Græco sermone, qui prodiit Tom. 1. pag. 28. Initium: δεῦτε ἀγαπητοί. Sed Arabica interpretatio concisior est, & usque ad illa verba producitur, quæ in Græco habentur Tom. cit. pag. 32. καταλιπόντες οὖν τὰ τῶν ἐθνῶν ἔργα, μὴ γραφώμεν πάλιν εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ αὖτὰ πράξωμεν. „ Quapropter relictis gentilium operibus, C
„ non convertamur iterum retrorsum, ea-
„ demque agamus. „ Cætera, quæ usque ad pag. 40. Græcè leguntur, Arabicus Interpres omisit, eorumque loco epilogum composuit, cujus initium pag. 188.

وهذا هي محاربة الهنوه
معي لئلا الهبدم. هل الهنوه
هو لجنة هي مراءي الهطل.
الهنوه حذفوه للاهطل

„ Fugite pugnam luxuriæ, & ne capiami-
„ ni oblectamentis voluptatum. Nam lu-
„ xuria est omnium satanæ retium pessi-
„ mum. Luxuria est hominis offendicu-
„ lum. „ Vides, quanta sit amanuensium licentia qui Arabicè aliquid exscribunt: aut enim sermones mutilant, aut ex suo cere- E
bro confingunt.

In glorioſissimam Virginem Dei genitricem Mariam nonnullæ Ephræmianæ laudes *Latine* exstant: Aliæ *Græce* tantum: plures denique *Syriace*.

Latinæ sunt, anonymo prisco Interprete, quas postea Lipomanus, Sùrius, & Vossius edidere: videlicet, I. De sanctissimæ Dei matris laudibus: Initium: *Intemerata prorsusque pura, Virgo Deipara*. Lipom. Tom. 8. pag. 10. Sur. Tom. 6. p. 1. Voss. Tom. 3. pag. 207. II. Oratio ad sanctissimam Dei genitricem. Init. *Immaculata, impolluta, incorrupta, pudica, Vir-*

go Dei sponsa, Domina nostra. Lipom. Tom. 8. pag. 11. Sur. Tom. 6. pag. 2. Voss. Tom. 3. pag. 210. III. Lamentatio sanctissimæ Dei genitricis prope Crucem stantis. Init *Stans apud crucem purissima Virgo, Salvatoremque in ligno suspensum suspiciens*. Lipom. Tom. 8. pag. 14. Sur. Tom. 7. pag. 205. Voss. Tom. 3. pag. 198. Ex quibus autem codicibus Græcis an Syriacis hæ primum Precationes in Latinum conversæ fuerint, mihi non constat: neque illas Syriace, vel Græce reperire potui in tot ac tantis manuscriptis, quos in priori tomo & in hoc secundo recensui.

Liber Thocaræ seu Thecaræ monachi continet *Precationes octo ad Deum, & undecim ad B. Virginem*, quæ ex S. Ephræmi scriptis dicuntur collectæ. Eæ in codicibus Coislin. 312. a fol. 310. & Vatic. 1190. a fol. 1117. repræsentantur: suntque a nobis recensitæ in Prolegomenis ad priorem Tomum pag 136. & seq.

In codice Syriaco Nitriensi VII. qui anno Græcorum 834. Christi 523. est exaratus, inter Hymnos Ephræmianos DLII. de Ecclesia, tres exstant num. 35. 36. 37. qui Hevæ & Mariæ comparationem continent. Initium: لاولي
حوهما لاولي حوهما
مريم والهمتهما
حوهما: مثل حدا
ولهما. لمثل ونمهما

„ Ambæ sine noxa, ambæ simplices,
„ Maria & Heva, altera cum altera con-
„ feratur: Altera mortis nostræ causa fuit,
„ vitæ altera. „ Prodiere conjunctim To. 2. Syr. Lat. pag. 327.

Codex Nitriensis VIII. anno Græcorum 863. Christi 551. exaratus, quot de Christi nativitate sermones complectitur, tot habet de B. Mariæ Virginis laudibus cantica. Initium: وقد مهما سبوم
موم لهلحا قولا ولحما
وحو راهبالقدم هلكموه
قوهم حلوما حدوا.
حالحا لا مهمي ملبوا
لحدهما حو حالحو.

„ Gratissimus multoque jucundissimus ac-

„ cidit, Domine, Regibus, Sacerdotibus ac
„ Prophetis hodiernus dies : ipsorum si-
„ quidem prædictiones re præstitit, idem-
„ que confirmavit. Virgo Emmanuelem ho-
„ die in oppido Bethlehem peperit.„ Edi-
ti sunt Tom. 2. Syr. Lat. a pag. 396.

Et de his quidem sancti Ephræmi in Beatissimam Virginem Syriacis sermonibus, nemo, ut arbitror, dubium movebit : omnes enim Ephræmi stylo, ingenio, ætati consonant : idque sexti ineuntis christiani sæculi veneranda codicum manuscriptorum antiquitas confirmat : præterquam quod iidem de nativitate Christi sermones a Philoxeno Episcopo Hierapolitano citantur, qui circa annum Christi 512. scribebat. Vide Tom. 1. Biblioth. Orient. pag. 56.

Ejusdem germanitatis esse videntur Syriaci sermones *de B. Virgine*, *de sanctis Martyribus*, *de Pœnitentia*, *de Defunctis*, *deque nonnullis anni solemnitatibus*, qui in cod. Syr. Vat. X. pag. 122. hoc titulo prænotantur. ܡܫܚܠܐ ܘܡܐܡܪܐ ܕܫܒܚܐ ܘܣܗܕܐ ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܦܪܫܓ ܕܫܒܚ̈ܐ ܘܣܗ̈ܕ̈ܐ ܕܫܒ̈

„ ſurrectione, & de aſcenſione : præterea
„ de Martyribus, de Pœnitentia, & de
„ Defunctis : effecitque, ut Virgines illæ
„ ad Eccleſiam convenirent cunctis Domi-
„ ni ſolemnitatibus & Martyrum celebri-
„ tatibus atque diebus Dominicis. „ Scalas itaque hujuſmodi, ſeu Hymnos Ephræmianos de Dominicis myſteriis, de B. Virgine, de Martyribus, de Pœnitentia, deque Defunctis, quales in noſtro cod. Syr. Vat. X. deſcribuntur, pro genuinis haberi debere, Græcorum Syrorumque ſcriptorum teſtimonium convincit.

In eodem cod. Syr. Vat. X. pag. 40. inque omnibus Syrorum Jacobitarum Horologiis, ſeu officiis Ferialibus, tàm impreſſis, quàm manuſcriptis, *Ephræmiani hymni heptaſyllabi* exhibentur ejuſdem argumenti ac *Scalæ*, de quibus ſuprà : videlicet, *de B. Virgine*, *de Martyribus*, *de Pœnitentia*, *de Defunctis*. Horum primus p. 40. incipit : ܕܒܚܘܕܗ ܕܐܒܐ ܕܦܪܫ ܘܕܫܪܐ *Qui in ſinu Patris lates*. Sunt autem duodeviginti : quos antecedunt alii 60. auctore Jacobo Sarugenſi, & ſequuntur alii 7. qui Balæi nomen præſeferunt. Longus eſſem, ſi quotquot de B. Virgine, vel ſanctis Martyribus cantica ſeu carmina in eccleſiaſticis Syrorum libris occurrunt, de iis diſputationem hic inſtituere vellem, ſpuriorum ne, an genuinorum hymnorum in cenſum ſint referenda. Cæterum, quia non ſolum Græca in lucem edimus Ephræmi ſcripta, ſed etiam Syriaca ; de his quoque ſingillatim erit nobis ſuo loco diſſerendum.

Ex Bibliotheca Vaticana Idibus Febr. Anno Domini M. D C C XLIII.

EJUSDEM JOSEPHI SIMONII ASSEMANI

BIBLIOTHECÆ VATICANÆ PRIMI CUSTODIS

Ad Eñum ac Rñum Dominum

D. ANGELUM MARIAM QUIRINUM

S. R. E. CARD. BIBLIOTHECARIUM

In alterum Tomum Græcum & Latinum

OPERUM SANCTI EPHRAEM SYRI EPISTOLA.



I cui mirum videatur, tres Sermonum Ephræmianorum Tomos Latine dumtaxat editos, decem annorum ſpatio à Cl. viro Gerardo Voſſio fuiſſe elaboratos: primum enim anno Chriſti 1589. in lucem emiſit; alterum anno 1593. ac tertium anno 1597. abſolvit: non minus forſan accidet mirum, decem integros mihi effluxiſſe annos, ut hunc alterum editionis Græco-Latinæ Tomum publici juris facerem: tot enim præterierunt anni, ex quo, Te annuente, Cardinalis ampliſſime, Tomum primum ſanctiſſimi Syrorum Doctoris ac Prophetæ è Græco Latine redditum, notiſque & Prolegomenis illuſtratum evulgavi. Verum, (quæ ſumma tua humanitas eſt,) in bonam, ut ſpero, partem accipies, ſi non ita celeriter, ut deſiderium erat tuum, hic Tomus in publicam lucem prodiit: mihi enim tarditatis, vel certi potius conſilii editionem iſtam uſque ad præſentem diem differendi, cauſa fuit duplex: Altera quidem, quod ipſe dum alterum ac tertium Tomum pararem, à Summo Pontifice Clemente XII., totius Maroniticæ nationis rogatu, in Syriam ob Eccleſiaſtica quædam negotia, quemadmodum Tibi per literas fuſius ſignificaveram, navigare juſſus, cæpta interrumpere coactus ſum; & adhuc in iis negotiis expediendis etiam poſt meum in Urbem regreſ-

regreſſum occupatus eſſem, niſi Sanctiſſimi Patris BENEDICTI XIV. ſapientia & auctoritas nodum ſolviſſet: cui proinde cùm ob alia multa mihi collata beneficia plurimum me debere profiteor, tum etiam quod ab ingrato cauſarum ſtrepitu, in quem volens nolens incideram, ad jucundiſſimum iſtum Vaticanum ſeceſſum me revocavit, ubi libris de more evolvendis totus incumberem. Altera vero, ut locus interim daretur eruditiſſimo ſane, doctrinarumque omnium & linguarum genere præſtantiſſimo, ſed decrepitæ ætatis viro Petro Benedicto, Syro Maronitæ, Societatis Jeſu, commiſſum ſibi agellum excolendi: Syriaca nimirum ille ſancti Ephræmi Opera in Latinum ſermonem convertenda, dum ego Græcis operam darem, ſuſceperat: quod quidem munus a Te ſibi demandatum quantalibet diligentia exequutus, ad exitum tamen perducere nequivit: binos enim Tomos qua majori potuit elegantia edidit: ſed quum tertium & ultimum curaret, laboribus & annis confectus optimus ſenex, fatis ceſſit, imperfectum opus relinquens. Hæc Tibi etiam, Eminentiſſime Princeps, mens fuerat, hoc conſilium, ut ſcilicet utrinque opus urgeretur, quo tam ſplendida & luculenta à Te decreta editio citius lucem adſpiceret. Nec ſtimuli defuere ad id ſtrenue naviterque exequendum. Excitabat enim utrumque ad incumbendum in traditum à Te ſibi penſum ſedulitas ac vigilantia illa pene incredibilis, qua videbamus Te noctu diuque non ceſſare commentarios varia eruditione refertos conſcribere, omneſque & ſingulas diſciplinas ſic animo complecti, ſic calamo verſare, ut niſi doctiſſimis Epiſtolis in lucem emiſſis nullæ fere Tibi ſive perfecta valetudine utenti, ſive etiam in lectulo ob ægrotationem decumbenti prætereant hebdomades. Exemplis itaque tuis exſtimulatus, poſtquam Vir ille clariſſimus, gentilium meorum decus & ornamentum, & vivere & ſcribere deſiit, nil cunctandum ratus ſum, ut hic poſt editos ab illo Tomos ſtatim ſuccederet.

Quid vero à me in hac editione præſtitum ſit, paucis nunc indicabo. Jam in mea ad Te Epiſtola Tomo priori præfixa lectores monueram, Oxonienſis à nobis Editionis ordinem idcirco ſervari, quod ex plurimis Græcorum codicum, qui in Vaticana & alibi exſtant, exemplaribus nullum nobis obtigerit, quod plane cum altero conveniat ſive in diſpoſitione ac numero Sermonum, ſive in omnimoda titulorum, verborum, ſententiarumque conformitate. Hoc ipſum cernimus etiam in Latinis Ephræmianorum operum verſionibus, quarum neque ordo, neque tituli, neque verba ut plurimum conſentiunt. Atque hanc ob cauſam quum prior Tomus duos ſupra triginta priores Editionis Oxonienſis Sermones complectatur, in hoc ſecundo Tomo, quos eadem Editio à Sermone trigeſimo primo uſque ad ultimum repræſentat, eodem ordine edendos cenſuimus. Verùm, ut aliquot inſuper ſermones, aut fragmenta alicubi in noſtra Editione adderemus, hæc nos ratio movit: quia nimirum lacunas

bene

bene multas, quæ in Oxonienſi occurrunt, ſupplere, & excerpta alia, quæ ab Eduardo Thuuaites illius Editionis curatore omiſſa ſunt, quæque ad edita opuſcula ſpectare videbantur, ex vetuſtiſſimorum manuſcriptorum fide addere neceſſarium duximus.

Hinc poſt Sermonem, cujus initium in Editione Oxonienſi pag. 347. & in hoc Tomo pag. 192. ἀδελφοί μȣ φολόχρισοι, ſubjungitur à nobis pag. 209. alter, qui incipit: ἀγαπητοὶ, μηδὲν ϖροθυμησώμεθα πλέον τῆς ἀνυποκρίτȣ ἀγάπης. Hunc Latine ediderat Ambroſius Camaldulenſis: Græcè autem habetur pag. 455. in eadem Edit. Oxonienſi, & in Codd. mss. Vaticano 1774. Palatino 17. 269. Cæſareo Vindobonenſi 31. 38. 144. Baſiliano 17. Barberino 31. & Slavonice Serm. 103. pag. 234. Eundem evulgavit Voſſius, ſed non eodem ordine, neque continuata oratione: quæ enim apud Ambroſium & in laudatis Codicibus uno tenore habentur, ea ſeparatim & in diverſis Tomis in Voſſiana Editione leguntur: nimirum Tomo 1. Editionis Romanæ pag. 11. circa medium, ab illis verbis: *Reliquum eſt igitur, fratres, ut nihil prius antiquiuſque caritatis poſſeſſione habeamus*. Tom. 1. pag. 14. *Et hæc quidem, ac his plura de caritate*. Tom. 3. pag. 201. in eo Sermone, cujus initium: *Omnis celebritas*, ab iis verbis: *nos vero parvi pariter ac magni, viri & feminæ, chriſtiano more feſta dominica celebremus*. Tom. 3. pag. 202. in eodem Sermone, ab iis verbis: *At quæ poſt eam revelanda ſunt, cujuſmodi?* Tom. 1. pag. 198. *Interrogarunt Chriſto dilecti auditores: commemora nobis & reliqua, ut audiamus*. Denique Tom. 1. pag. 201. *In unum ne omnes ſupplicium &c. Varia tormentorum eſſe loca, ex Evangelio novimus*. Eaſdem fere Interrogationes & Reſponſiones ſeparatim ab illo Sermone exhibent nobis alii Codices manuſcripti Græci: quas proinde tamquam paulo diverſas ab editis hoc Tomo pag, 192. 212. & 253. ex Cod. Vat. 438. evulgandas cenſuimus pag. 377.

Sermonem illum, cui titulus, *de morbo linguæ & pravis affectibus*, quique in Editione Oxonienſi pag. 398. prodiit, tamquam mancum & mutilum ſupplevimus ex aliis mss. Codicibus Græcis hoc Tomo pag. 279. Incipit: ἐσπαρμέναι εἰσὶν αἱ ἀναπαύσεις πᾶσαι ἐν πάσῃ ἀνθρωπότητι. *Diverſæ in cunctis hominibus ſparſæ reperiuntur cupiditates*. Eum Latine ediderant Petrus Franciſcus Zinus Serm. 5. edit. Venetæ 1574. fol. 21. & Voſſius To. 1. p. 103. Exſtat autem Syriace, ſed longe locupletior, in Cod. Nitrienſi V. pag. 236. hoc titulo prænotatus ܥܠ ܡܕܡܪ ܒܥܠ ܕܡ *De correptione*: Incipit: ܡܢ ܕܡܬܟܠ ܠܗ ܕܢܬܟܠ ܒܗ ܘܢܬܟܠ ܠܗ ܕܢܬܟܠ ܒܗ ܕܠܐ ܢܬܟܠ ܒܗ ܡܢ ܕܡܬܟܠ ܠܗ *Qui arguit, oportet, ut ipſe reprehenſione careat*. Quæ vero ex Græco tranſtulimus, incipiunt in laudato Codice Nitrienſi pag. 239. ab iis verbis: ܘܡ ܕܡ ܠܟܠ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܐܬܪܥܝܢ ܕܠܐ ܐܝܬ ܒܗ ܕܠܐ ܐܝܬ ܒܗ ܕܠܐ ܐܝܬ ܒܗ ܕܠܐ ܐܝܬ ܒܗ ܕܠܐ ܐܝܬ ܒܗ ܕܠܐ ܐܝܬ ܒܗ ܕܠܐ ܐܝܬ ܒܗ ܕܠܐ ܐܝܬ ܒܗ ܕܠܐ ܐܝܬ ܒܗ ܕܠܐ ܐܝܬ ܒܗ ܕܠܐ ܐܝܬ ܒܗ ,, Omnes itaque in omnibus hominibus ſparſæ ſunt cupiditates, ut ,, unuſquiſque aliquod certamen habeat, in quo mentem exerceat. ,,

Quod

Quod argumento est, in Græcis etiam Codicibus neque dimidium hujus Sermonis exhiberi. Prodibit autem quamprimum Latine & Syriace in tertio Tomo, quem post cl. viri Petri Benedicti obitum, Stephanus Evodius, Apameæ in Syria Archiepiscopus, meus ex Sorore Nepos, jussu tuo, Princeps Eminentissime, adornandum suscepit.

Qui in Editione Oxoniensi pag. 419. *De Domina Sala* inscribitur, ad sanctum Ephræmum nullatenus pertinet, ut omnes norunt, sed ex Lausiacis Palladii desumtus est, quemadmodum & ipse Eduardus Thuuaites in notis observat. Hunc nos pag. 393 nequid ex Editione Oxoniensi desideretur, recudimus post illas Interrogationes & Responsiones, de quibus supra facta est mentio.

Fragmentum Sermonis, cujus initium in Editione Oxoniensi pag. 423. εἰς μάχην δυνατῶν, exstat in Sermone illo, qui incipit: πέρυσι μοι προσῆλθόν τινες, *Anno præterito ad me accessere quidam*. Hunc proinde integrum edimus pag. 411. ex codd. Vat. 441. & 442. & ex Codd. Alexandrinis 16. & 42.

Post fragmentum περὶ τοῦ ἐμφυσήματος, quod in Oxoniensi pag. 423. prodiit, alia quædam in Genesim subjungimus à pag. 323 ad pag. 326. ex Codd. Vaticanis 1520. 1657. & ex Cod. Alexandrino 7. Quin etiam excerpta addimus ex catenis Græcis in Scripturam, nimirum in Job, in Psalmum 93. in Transfigurationem Domini seu in Matthæum, & in nativitatem Domini, à pag. 424. ad pag. 427. quæ nobis suppeditarunt Codices Vaticani 251. 752. 1610. 1642. & Palatinus 230.

Sermonem *de octo cogitationibus* pag. 422. ex Cod. Cromuelliano imperfectum edidit Eduardus Thuuaites. Lacunas ejus supplemus hoc Tomo pag. 428. ex Cod. Vat. 375. & Palatino 91. simulque ostendimus, potiorem ejusdem Sermonis partem in illo contineri, qui *de Perfectione monachi* inscribitur, incipitque pag. 411. *Anno præterito*.

Testamentum Ephræmi, quod in Editione Oxoniensi pag. 365. Græce prodiit, cum Syriaco textu contulimus pag. 395. & variantes lectiones subjecimus pag. 433.

Denique post Sermonem, cui titulus περὶ πίστεως, initium, ὁ Κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, qui postremum locum in Edit. Oxoniensi occupat, ut justam in molem hic Tomus excresceret, à pag. 341. nonnullos Sermones subjunximus, qui tamem ad editos ab Eduardo Thuuaites aliqua ratione pertinerent: cujusmodi est *Encomium in sanctos Quadraginta Martyres*, quod Ephræmus ipse auditoribus pollicitus fuerat, quum laudes S. Basilii Magni hoc Tomo pag. 289. texeret. Sermo insuper inscriptus *de morum perversitate*, qui pag. 183. inter Quinquaginta illos Photio laudatos quadragesimum octavum locum tenet, separatim, ut apud Vossium, sic in nostra editione pag. 368. iterum ex mss. Codicum fide editur.

Hæc

Hæc igitur in iſta editione ſupplenda eſſe, vel addenda judicavimus. Quam editionem ſi Tibi, Eminentiſſime Princeps, ut ſpero, & opto, non ingratam accidiſſe intellexero, aliis ſancti Ephræmi operibus, quæ Græcè nunquam prodierunt, in tertio ac poſtremo Tomo in lucem emittendis manum admovebo.

Ex Bibliotheca Vaticana Kalendis Martii Anno Domini MDCCXLIII.



SANCTI



Cajetan Sebastian Conca inu. Io: Baptista Sintes sculp.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΕΦΡΑΙΜ ΤΟΥ ΣΥΡΟΥ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΒΙΟΝ ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΑΒΡΑΑΜΙΟΥ, ΚΑΙ ΤΗΣ ΑΝΕΨΙΑΣ ΑΥΤΟΥ ΜΑΡΙΑΣ.

SANCTI PATRIS NOSTRI EPHRAEM SYRI

IN VITAM BEATI ABRAAMII, ET NEPTIS EJUS MARIÆ.

Ἄ ΔΕΛΦΟΙ' μϰ, βϰλομαι ὑμῖν διηγήσαϑαι πολιτείαν καλὴν καὶ τελείαν ἀνδρὸς ϑαυμαςοῦ, ἥντινα ἀρξάμενος ϰ ἐπιτελέσας ἐδοξάϑη. Δειλαὶ γὰρ ἰςορῆσαι τ ϑαυμαςὴν ϰ φαιδρὰν μαρτυρίαν τ εἰκόνος τ ϑεοφιλοῦς ἀρετῆς αὐτ. Ἰδοὺ γὰρ ἡ μὲν πολιτεία τοῦ ἀνδρὸς καλὴ ϰ τελεία, ἐγὼ δὲ ἀϑενὴς ϰαὶ ἰδιώτης· ϰαὶ ἡ μὲν εἰκὼν τ ἀρετῆς φαιδρὰ ϰαὶ ϑαυμαςὴ, τὰ δὲ χρώματα ςυγνὰ ϰαὶ φοβερά. Ἀλλ' ὅμως εἰ ϰαὶ ἀϑενὴς ὢν ϰ ἰδιώτης, πολλὰ λέγω, εἰ ϰ ἐπαξίως μὴ καταλαμβάνω τὸ τέλειον, διηγοῦμαι οἷός τε εἰμὶ, μὴ ἐπιϰρύψω φράσαι τὰ περὶ τ δευτέρου Ἀβραάμ, τοῦ αὐτοῦ ὅςις ἐγένετο ἐν τοῖς χρόνοις ἡμῶν, ϰαὶ ἐπολιτεύσατο πολιτείαν ἐπὶ τ γῆς ἀγγελικὴν ϰαὶ οὐράνιον· ἐκτήσατο γὰρ ὡς ἀδάμας, ϰαὶ κατηξιώϑη τῆς ἐπουρανίου χάριτος. Ἐπειδὴ ἀπὸ νεότητος αὐτοῦ ἥγνισεν ἑαυτὸν ναὸν χωρεῖσαι τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ϰαὶ ἡτοίμασεν ἑαυτὸν σκεῦος ἅγιον, ἵνα ἐνοικήσῃ ὁ καλέσας Θεὸς ἐν αὐτῷ.

Οὗτος τοίνυν ὁ μακάριος γονεῖς εἶχε πλουσίους σφόδρα· ἠγάπων τε αὐτὸν ὑπὲρ μέτρον τ ἀνθρωπίνης φύσεως· ϰαὶ ἐμνηςεύσαντο αὐτὸν ἐν παιδόϑεν, προσδοκῶντες ἄγεσϑαι ἐν ἀξιώματι. Ὁ δὲ οὐϰ ἔϑελεν οὕτως. Ἀπὸ γὰρ νέας ἡλικίας τῆς ἐν-



RATRES mei, enarrare vobis volo pulchram perfectamque viri admirandi vitæ rationem: quam quidem ipse sic inchoavit, atque perfecit, ut gloriam promeruerit. Ceterum vereor admirabile atque illustre testimonium texere imaginis ejus Deo acceptæ virtutis. Ecce enim vita quidem ac conversatio viri bona & perfecta est: at ego infirmus & imperitus. Imago virtutis, luculenta & admiranda est: colores vero, tristes sunt ac horridi. Verumtamen quamvis imbecillis sim & imperitus sermone, perfectionemque illius digne comprehendere nequeam; tentabo tamen vel ex parte enarrare, qualiscumque sim, atque differere, licet insufficiens, de altero Abraamo, qui nostris exstitit temporibus, & angelicam cœlestemque vitam in terris duxit, possedit que patientiam, adamantis instar, & cœlestem meruit consequi gratiam. Et quoniam à juventute sua castum pudicumque se exhibuit, templum Spiritus sancti effectus est, & vas sanctum, ut in eo qui vocaverat ipsum Deus, suum domicilium habitationemque teneret.

Hic igitur beatus parentes habuit admodum divites: qui quum supra modum humanæ naturæ ipsum diligerent, desponsarunt ei puellam adhuc puero, exspectantes, ut ad dignitatem aliquam promoveretur. At hic longe aliter sentiens, ab ipsa mox ætate juvenili,

venili,eccleſias frequentare cœpit: & ſiquando ſacras Scripturas legi audiret, lubens aures accommodabat, & ſtudioſe in iis ſe exercebat, & meditabatur. Ceterum parentes ejus compellebant ipſum matrimonii vinculis obſtringi:quibus quum ille diu multumque obſtitiſſet, tandem tamen pudoris verecundia victus, acquieſcere ac conſentire cogitur. Celebratis ergo die ſeptimo nuptiis, ipſoque jam in thalamo cum ſponſa ſedente, ſubito tamquam lux quædam, divina gratia in corde ipſius refulſit: quam veluti ducem nactus atque ſequutus, illico domo exſiliens, e civitate egreſſus eſt. Duobus autem milliaribus procul inde cellulam quamdam vacuam invenit, in quam ingreſſus, magno ibi cum gaudio habitabat, lætoque corde Deum glorificabat.De quo ejus facto tam parentes ipſius,quàm cognati & vicini magno correpti ſunt ſtupore: egreſſique, beatum illum ubique requirebant. Quumque illum poſt decem & ſeptem dies in ea cella preces ad Deum fundentem inveniſſent, ad ejus aſpectum valde obſtupuerunt.Beatus autem ad eos: Quid, inquit,admiramini? Deum potius benigniſſimum collaudate, qui me a cœno iniquitatum mearum eripuit; & pro me orate,ut in finem uſque vitæ, jugum hoc,quod me licet indignum ſubire voluit Dominus, valeam ſuſtinere, vitamque meam beneplacitam ſecundum ipſius voluntatem inſtituere. Cui quum reſpondiſſent, Amen; hortatus ac deprecatus eſt ipſos, ne ſæpius ei moleſtiam prætextu viſitationis inferrent: tum oſtium cellulæ obſtruxit, ſeque ipſum intus recluſit, minima feneſtella relicta,per quam cibum acciperet. Illuſtrataque eſt mens ejus divina gratia, qua in dies in optimo vitæ inſtituto proficiebat, continentiamque magnam poſſidebat, ac vigiliis, planctui, humilitati atque caritati vacabat. Quumque ubivis locorum fama ejus percrebeſceret, cuncti audientes, ad eum viſendum, & ut ab eo juvarentur, undique confluebant. Datus enim eidem a Deo fuerat ſermo ſapientiæ & intelligentiæ: eratque opinio ac fama de ipſo inter parentes, lucidiſſimi luminaris inſtar refulgens. Accidit autem poſt decem annos a tempore renunciationis ſuæ, ut parentes ejus ex hac vita migrarent, quum magnam auri vim opeſque ei reliquiſſent. At ille rogavit amicum quemdam ſibi fidum, ut univerſa quæ ſibi obtigerant, in pauperes & orphanos diſtribueret, ne per ea ab orationibus avocaretur impediretur que. Quibus ſic actis, tranquilla mente, vacuoque curis animo remanſit. Illud quippe beati viri erat ſtudium, ut mentem nullis rebus terrenis obſtrictam haberet: atque ideo nihil ſuper terram, præter ſagum unum,

A συνηλικίαις ἐσχόλαζε, καὶ τῶν θείων Γραφῶν ἡδέως ἤκουε καὶ σὺν θυμῷ ἐμελέτα ἐν αὐταῖς. Οἱ γονεῖς ἀναγκάζον τῷ γάμῳ προσομιλῆσαι. αὐτὸς δὲ οὐχ ὅτως ἐβούλετο. συνοχληθεὶς δὲ πλειάκις ὑπ' αὐτῶν ἀπὸ πολλῆς αἰδοῦς συνεχέθη. Καὶ γινομένων τῶν γάμων τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ, καθημένου αὐτοῦ ἐν τῷ παστῷ μετὰ τῆς νύμφης, ἀφνιδίως, ὥσπερ τι φῶς, ἔλαμψεν ἡ χάρις εἰς τὴν καρδίαν αὐτοῦ. ἀποπηδήσας δὲ τοῦ οἴκου ἐξῆλθε. τύπος δὲ ὁδηγοῦ ἐγένετο αὐτῷ ὁ φῶς ἐκεῖνο. ᾧ κατακολουθῶν ἐξῆλθε τῆς πόλεως, καὶ ἀπὸ μιλίων δύο ἀρῶν κελλίον χολάζον, εἰσελθὼν ἥκησεν ἐν αὐτῷ μετὰ χαρᾶς μεγάλης, καὶ εὐφροσύνης καρδίας αὐτοῦ, δοξάζων τὸν Θεόν. Ἔκστασις δὲ ἔλαβε τοὺς γονεῖς αὐτοῦ σὺν τοῖς συγγενέσιν αὐτῶν περὶ τοῦ γεγονότος. Καὶ ἐξελθόντες πανταχοῦ, ἐζήτουν τὸν μακάριον. μετὰ δὲ ἡμέρας δέκα ἑπτὰ εὗρον αὐτὸν ἐν τῷ κελλίῳ προσευχόμενον τῷ Θεῷ, καὶ ἰδόντες αὐτὸν ἐθαύμασαν. Ὁ δὲ μακάριος εἶπε πρὸς αὐτούς, Τί θαυμάζετε; δοξάσατε μᾶλλον τὸν Θεὸν, τὸν φιλάνθρωπον, τὸν ῥυσάμενόν με ἀπὸ τοῦ βορβόρου τῶν ἀνομιῶν μου, καὶ εὔξασθε περὶ ἐμοῦ, ἵνα ἕως τέλους βαστάσω τὸν ζυγὸν, ὃν ὁ Κύριος κατηξίωσέ με ὑπελθεῖν τὸν ἀνάξιον, πολιτευσάμενός τε κατ' τὸ αὐτοῦ θέλημα ποιήσῃ εἰς ἐμέ. Οἱ δὲ ἀπειθέντες εἶπον· ἀμήν. Παρακάλεσέ τε αὐτούς, ἵνα μὴ συνεχῶς ὀχλῶσιν αὐτόν. καὶ ἀναῤῥάξας τὴν θύραν, ἔκλεισε καθ' αὐτοῦ, ἐάσας θυρίδα μικρὰν μόνην, δι' ἧς τὴν τροφὴν ἐδέχετο. Ἐφωτίσθη δὲ ἡ διάνοια αὐτοῦ ἕως τοῦ χάους, καὶ ἦν προκόπτων ἐν τῇ καλλίστῃ αὐτοῦ πολιτείᾳ, ἐγκράτειαν μεγάλην ἐκτήσατο, ἀγρυπνίαν τε καὶ κλαυθμὸν, ταπεινοφροσύνην καὶ ἀγάπην. Φήμη δὲ διέδραμεν περὶ αὐτοῦ πανταχοῦ, καὶ πάντες ἀκούσαντες ἤρχοντο πρὸς αὐτὸν θεάσασθαι αὐτὸν ἅμα καὶ ὠφεληθῆναι. ἐδόθη γὰρ αὐτῷ λόγος σοφίας καὶ συνέσεως, καὶ ἦν ἡ περὶ αὐτοῦ ἀκοή τε καὶ φήμη, καθάπερ φωστὴρ φωτεινὸς, σὺν τοῖς γονεῦσιν αὐτοῦ. Ἐτελεύτησαν δὲ οἱ γενεῖς αὐτοῦ μετὰ ἔτη δέκα τὸν αὐτὸν ἀποτάξασθαι, ἀφέντες αὐτῷ χρήματα καὶ χρυσίον πολύ. Ὁ δὲ παρεκάλεσέ τινα γνήσιον αὐτοῦ φίλον, ἐπὶ τῷ διαδοῦναι αὐτὰ πτωχοῖς τε καὶ ὀρφανοῖς πρὸς τὸ μὴ ἐμποδισθῆναι αὐτὸν ἀπὸ τῆς προσευχῆς. καὶ ὅτως ποιήσας ἔμεινεν ἀμέριμνος. Αὕτη γὰρ ἦν ἡ σπουδὴ τοῦ μακαρίου, ὅπως μὴ δεσμωθῇ ἡ διάνοια αὐτοῦ ἔν τινι γηΐνῳ πράγματι, καὶ διὰ τοῦτο ἐπὶ γῆς οὐδὲν ἐκτήσατο πλὴν σαγίου ἑνὸς

καὶ

καὶ τειχίνᾳ ὁμοίως ἄφῃ ἐφόρει· καὶ καυκίον ᾧ ἐν ἐκέκτητο, ὃν ᾧ ἐχέυετο. Μετὰ ᾧ πάντων τύτων ἐκτήσατο ταπεινοφροσύνῃ ὑπέρμετρον, καὶ ἀγάπῃ ὁμόῤῥοπον πρὸς πάντας· ὃ προετίμησε πλούσιον πτωχῦ, ὔτε μᾶλλον ἄρχοντα ἀρχομένῳ, ἀλλὰ πάντας ὁμοίως ἐτίμα. Οὐκ ἔλαβε πρόσωπον ἀνθρώπῳ, ὔτε ἐπετίμησέ ποτέ τινι ἰταμῶς, ἀλλ' ἦν ὁ λόγος αὐτῦ ἅλατι ἡρτυμένος μετ' ἀγάπης καὶ πραότητος. Τίς γὰρ ἀκούων τῆς καλλίστης αὐτῦ ἀποκρίσεως, ἐκορέννυτό ποτε τῆς ἐκ τῦ λόγυ αὐτῦ γλυκύτητος; Ἢ τίς θεωρῶν τὸ τίμιον καὶ ἀγγελοειδὲς πρόσωπόν ποτε ἐνεπίμπλατο; Εἰς πάντα ᾧ τὸν χρόνον τῆς ἀσκήσεως αὐτῦ, οὐκ ἤλαξε τὸν κανόνα, ἐπὶ πεντήκοντα χρόνων ἀσκήσας μετ' πάσης προθυμίας· ἀλλὰ ᾧ τῷ ἄπειρον προθυμίαν καὶ τὸν ἀγάπῳ, ἣν εἶχε πρὸς τὸν Χριστόν, ὥσπερ ὀλίγας ἡμέρας ἐλογίσθησαν αὐτῷ ἅπας ὁ χρόνος, καὶ ἀκόρεστος αὐτῷ ἐφάνη πᾶσα ἡ πολιτεία τῆς ἀσκήσεως.

Ἦν ᾧ ἐν τῇ πλησιοχῇ ἀπὸ τὸν πόλιν χωρίον μέγα σφόδρα, ἐν ᾧ ὑπῆρχον πάντες Ἕλληνες ἀπὸ μικρῦ ἕως μεγάλυ αὐτῶν. Οὓς ᾧ ἴσχυσεν ἐπιστρέψαι αὖθις, καίτοι πολλῶν καταξάντων Πρεσβυτέρων καὶ Διακόνων ἀπὸ τῆς Ἐπισκόπυ τῆς ἐκείσε· ὅμως οὓς ᾧ ἴσχυσεν αὐτὸς ἐπιστρέψαι ἀπὸ τῆς εἰδωλομανίας· ἀνεχώρυν τε πάντες ἄπρακτοι, μὴ δυνάμενοι ὑπενεγκεῖν τὴν θλῖψιν τῆς ὑπ' αὐτῶν ἐφεστώσης διωγμῦ. καὶ μοναχῶν ᾧ πλῆθος καὶ ἅπαξ, καὶ δὶς ἐπέῤῥιψαν αὐτοῖς, μηδὲν ἀνύσαντες πλέον εἰς τὸν τύτων ἐπιστροφήν. Μιᾷ ᾧ τῶν ἡμερῶν καθεζομένυ τῆς Ἐπισκόπυ, Φρόντος τῆς κλήρυ, εἶπε πρὸς αὐτὸς τῆς μακαρίυ μνησθεὶς ὁ ἐπίσκοπος· Οὐκ ἔγνω ἐγὼ ἐν τοῖς χρόνοις μυ τοιῦτον ἄνδρα τετελειωμένον, εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν κεκοσμημένον ἐν πᾶσιν οἷσπερ ἀγαπᾷ ὁ Θεὸς, ὡς τὸν Κύριν Ἀβραάμιον. ἀπεκρίθησαν ᾧ οἱ κληρικοὶ, καὶ εἶπον αὐτῷ· ὄντως δῆλός ἐστι τῆς Χριστῦ, καὶ τέλειος ἀσκητής. Ἔφη ᾧ πρὸς αὐτὸς ὁ Ἐπίσκοπος, Βύλομαι χειροτονῆσαι αὐτὸν εἰς τὸ τῶν Ἑλλήνων χωρίον. Ἀφ' ὧν γὰρ τῆς ὑπομονῆς αὐτῦ καὶ ἀγάπης δυνήσεται αὐτὸς ἐπιστρέψαι πρὸς τὸν Θεόν. Καὶ ἀναστὰς πᾶς χρῆμα σὺν τῷ κλήρῳ πᾶς ἐγίνετο πρὸς αὐτόν. ἐλθόντων ᾧ καὶ ἀσπασαμένων αὐτὸν, ἤρξατο πρὸς αὐτὸν ὁ Ἐπίσκοπος πρῶτ τὸ κώμης λέγειν, καὶ παρακαλεῖν αὐτὸν, ὅπως ἀπέλθῃ ἐκεῖ. Ὁ ᾧ ἀκύσας, θείλυπος ἐγένετο σφόδρα, καὶ φησι πρὸς τὸν Ἐπίσκοπον· συγχώρησόν μοι, Πάτερ, κλαῦσαι τὰς ἀνομίας μυ· ἐγὼ

A unum,& tunicam unam cilicinam, quam geſtabat, unumque catinum,ex quo edere ac bibere conſueverat, poſſidebat. Cum his vero omnibus humilitatem ſupra modum, & caritatem erga omnes parem ſibi vindicabat.Non divites pauperibus in honore præferebat, nec principem ſubdito; verum omnes æqualiter citra perſonarum acceptionem honorabat. Neque interdum quemquam durius increpabat; ſed erat ſermo ipſius ſale caritatis &
B manſuetudinis conditus. Nam quis pulcherrimas ejus reſponſiones audiens, ſatiari aliquando dulcedine eloquiorum ipſius potuit? aut quis vultum ejus venerabilem, aſpectumque angelicum quandoque intuens, non magis accenſus fuit ad ſæpius eum videndum? Toto porro tempore religioſæ ipſius exercitationis, canonem ſeu regulam ſemel arreptam non mutavit, ſed quinquaginta annorum ſpatio in eodem vitæ tenore cum omni
C alacritate ſe exercuit. Propter nimium autem amorem ac deſiderium, quo in Chriſtum ferebatur, omne temporis illius ævum quaſi dies paucos reputabat, nullaque ſatietate religioſi inſtituti ſui capi unquam poterat.

Erat vero non longe a civitate illa vicus valde magnus ac ſpatioſus, in quo cunctì pariter pagani a minimo uſque ad maximum degebant: quos nullus plane con-
D vertere poterat, quamvis multi Presbyteri & Diaconi ab Epiſcopo illius loci conſtituti fuiſſent: nemo tamen illos ab idololatria avertere valuerat; ſed omnes, qui id tentabant, re infecta ab iis recedebant, ob graviſſimam afflictionis moleſtiam, qua ab illis premebantur. Quumque turba nihilominus monachorum ſemel atque iterum illos adire tentaſſet, nihil omnino ſuper eorum converſione profecerunt. Quadam ergo die Epiſcopus ſedens cum Clericis ſuis,
E beatiſſimi hujus viri memor, dixit ad eos: Talem ego virum cunctis temporibus meis non novi, ita in omni opere bono perfectum, omnibuſque exornatum virtutibus, quas Deus diligit, ſicuti domnum Abraamium. Clerici autem reſpondentes, vere illum Chriſti famulum, monachumque perfectum eſſe affirmabant. Ad quos Epiſcopus: Volo, inquit, eum ad hunc paganorum vicum ordinare Presbyterum: patientia ſi-
F quidem & caritate ſua illos ad Deum convertere poterit. Et conſurgens e veſtigio, una cum Clero ad cellulam ejus contendit: quo quum perveniſſent, eumque ſalutaſſent, cœpit mox Epiſcopus de vico cum illo agere, ipſumque hortari atque rogare, ut iſtuc proficiſceretur. Quo ille audito,vehementer contriſtatus, ait ad Epiſcopum: Permitte mihi, obſecro, Pater, ut meas iniquitates deplan-

gam; neque ejuſmodi negotium mihi homini imperfecto & infirmo imponas. Ad quem denuo Epiſcopus : Chriſti, inquit, gratia idoneus es : quare noli te in hac obedientia cunctabundum exhibere. Cui vir beatus reſpondit : Rogo ſanctitatem tuam, ut tenuitatis meæ miſereatur, meque propria deflere mala permittat. Et ad eum Epiſcopus : Ecce, inquit, omnia reliquiſti, & mundum ac quæcumque in eo ſunt, odiſti, teque ipſum crucifixiſti. Verumtamen licet hæc cuncta recte perfeceris, obedientia tamen adhuc cares. Quæ quum ille audiret, illacrymans dixit : Quis ſum ego canis mortuus, & quæ eſt vita mea, quod talia de me cogitaſti ? cui Epiſcopus : ecce hic, inquit, reſidens, tuam dumtaxat ſalutem curas : illic vero divina adjuvante gratia plurimos ſalvare, & ad Deum convertere poteris. Perpende igitur tecum, unde ampliorem conſequi mercedem poſſis, hinc ne, an inde : utrum ſi teipſum ſolum ſalvaveris, an ſi plures alios tecum ad ſalutem adduxeris ? Beatus autem ille vir plorans dixit : Fiat voluntas Domini : attamen propter obedientiam proficiſcar. Eductum igitur illum ex ſua cellula, in civitatem adduxit, ibique per manus impoſitionem illum ordinavit, ac protinus cum gaudio comitantibus Clericis ad vicum deſtinavit. Quo dum beatus ſe conferret, precabatur in via Deum, dicens : Benigniſſime ac optime, reſpice imbecillitatem meam, & gratiam tuam in auxilium meum mitte, ut nomen ſanctum tuum glorificetur.

Perveniens vero ad vicum, conſpexit illos idololatriæ inſania vehementer eſſe detentos : quare ſuſpirans, flevit amare, ſublatiſque in cœlum oculis, dixit : Tu Domine, qui ſolus abſque peccato es, qui ſolus es miſericors, & ſolus clemens atque benignus, ne deſpicias opera manuum tuarum. Feſtinanterque miſit nuncium in civitatem ad quemdam cariſſimum amicum, ut pecunias ex patrimonio ſuo relictas ſibi mitteret. Quas quum accepiſſet, intra paucos dies exſtruxit eccleſiam, in qua aſſidue preces Deo offerebat, & ſic multis cum lacrymis orabat atque dicebat : Congrega, Domine, populum tuum diſperſum, & introduc eum in hoc templum tuum : oculoſque mentis ipſorum illumina, ut te ſolum verum Deum cognoſcant. Qua expleta precatione, confeſtim ab eccleſia egreſſus, contendit ad fanum gentilium : ubi abominationes eorum deſtruxit, & aras ſubvertit. Quod factum cernentes pagani illi, tamquam feræ agreſtes in eum irruerunt, multiſque verberibus laceratum, ex vico ejecerunt.

Ipſe

A ἐγὼ γὰρ ἀτελὴς καὶ ἀσθενὴς τῷ πράγματι ὑπάρχω. Καὶ πάλιν πρὸς αὐτὸν ὁ Ἐπίσκοπος· Διὰ τὴν χάριν τοῦ Χριστοῦ δυνατὸς εἶ, καὶ μὴ ὀκνήσῃς ταύτην τὴν ὑπακοὴν ποιῆσαι. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ μακάριος ἔφη· ἐλέησον τὴν ἐμὴν ἀτέλειαν, παρακαλῶ τὴν σὴν ὁσιότητα, ὅπως πενθήσω τὰ ἐμαυτοῦ κακά. Λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ Ἐπίσκοπος. Ἰδοὺ τὰ πάντα ἐγκατέλειπες, τὸν κόσμον καὶ τὰ

B ἐν αὐτῷ πάντα ἐμίσησας, καὶ ἑαυτὸν ἐσταύρωσας· ἀλλ' ὅμως ταῦτα πάντα κατορθώσας, ὑπακοὴν οὐκ ἔχεις. Ἀκούσας δὲ ταῦτα ἐδάκρυσε καὶ εἶπε· Τίς εἰμι ἐγὼ, ὁ κύων ὁ τεθνηκώς, καὶ τίς ἡ ζωή μου, ὅτι τοιαῦτα ἐλογίσω περὶ ἐμοῦ; Ἔφη δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ ἐπίσκοπος· ἰδοὺ ὧδε καθήμενος ἑαυτὸν μόνον σώζεις, ἐκεῖ δὲ πολλοὺς ἔχεις σῶσαι καὶ ἐπιστρέψαι

C πρὸς τὸν Θεόν. λόγισαι οὖν περὶ ἑαυτοῦ ποῖος μισθὸς πλείων, εἴτε ἢ ἐκεῖνος, εἰ σῶσαι ἑαυτὸν μόνον, ἢ τὸ μὴ ἑαυτοῦ καὶ πολλοὺς ἑτέρους; Οἱ δὲ μακάριος κλαίων εἶπε· τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου γενέσθω· πλὴν διὰ τὴν ὑπακοὴν ἐγὼ ἀπέρχομαι. Καὶ ἐξαγαγόντες αὐτὸν ἀπὸ τῆς κελλίου, ἤγαγον εἰς τὴν πόλιν· καὶ χειροτονήσας αὐτὸν

D προέπεμψε μετὰ χαρᾶς σὺν τῷ κλήρῳ. Ὁ δὲ μακάριος ἤυχετο ἐν τῇ ὁδῷ πρὸς τὸν Θεὸν, λέγων· Φιλάνθρωπε, ἀγαθὲ, ἴδε τὴν ἀσθένειάν μου, καὶ πέμψον τὴν χάριν σου εἰς τὴν βοήθειάν μου, ἵνα δοξασθῇ τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον.

Καὶ ἐλθὼν εἰς τὸ χωρίον, εἶδεν αὐτοὺς κατεχομένους τῇ μανίᾳ τῆς εἰδωλολατρείας, καὶ ξενάξας ἔκλαυσεν. ἐπάρας δὲ τὸ ὄμμα αὐτοῦ εἰς

E τὸν οὐρανὸν, εἶπεν· Ὁ μόνος ἀναμάρτητος, ὁ μόνος δυσπλαγχνος, ὁ μόνος φιλάνθρωπος, μὴ ὑπερίδῃς τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου. Καὶ ἀναβύσας ἔπεμψεν εἰς τὴν πόλιν πρός τινα γνήσιον αὐτοῦ φίλον, ἵνα τὰ καταλειφθέντα τῆς χρημάτων ἀποστείλῃ αὐτῷ. Καὶ ταῦτα δεξάμενος, εἰς ὀλίγας ἡμέρας, ᾠκοδόμησεν ἐκκλησίαν, καὶ ἀνήνεγκεν ἐν αὐτῇ εὐχὴν τῷ Θεῷ, μετὰ πολλῶν δακρύων παρακαλῶν καὶ λέγων· Κύριε, ἐπισύναξον τὸν

F λαόν σου τὸν ἐσκορπισμένον, καὶ εἰσάγαγε αὐτὸν εἰς τὸν ναόν σου τοῦτον, καὶ φώτισον τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας αὐτῶν, τοῦ γινώσκειν σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν. Καὶ πληρώσας τὴν εὐχὴν ἐξῆλθεν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἐπιλαβόμενος τῶν Ἑλλήνων ναὸν κατέστρεψε τὰ βδελύγματα, καὶ τοὺς βωμοὺς αὐτῶν κατέσπασεν. Οἱ δὲ θεασάμενοι τὸ γεγονὸς, ὥσπερ θῆρες ἄγριοι, ὥρμησαν ἐπ' αὐτὸν, καὶ μετὰ μαστίγων ἐδίωξαν αὐτὸν τῆς κώμης.

Αὐτὸς

Αὐτὸς ὃ ὑποστρέψας ἦλθεν εἰς τ' ἴδιον τόπον. καὶ ἀπελθὼν εἰς τ' ἐκκλησίαν, μ' κλαυθμῶ κ' ὀδυρμῶ προσεκάλει τ' Θεὸν ὑπὲρ αὐτῶν ἵνα σωθῶσι. Πρωΐας ὃ γενομένης, ἐλθόντες εὗρον αὐτὸν δύχόμενον, καὶ ἔξέπησαν, ἄνεοι γὸ μένοι. Ἤρχοντο ὃ καθ' ἡμέραν εἰς τ' ἐκκλησίαν, οὐχὶ τοῦ εὔξασθ, ἀλλὰ θεάσασθ τὰ κάλλη τ οἰκοδομῆς, καὶ τ' ἐπ' αὐτῆς κόσμον. Ἤρξατο ὃ αὐτοὺς προσκαλεῖν ἐπιγνῶναι τ' ἀληθινὸν Θεόν. αὐτοὶ ὃ μ' βάκλων, ὥσπερ λίθον ἄψυχον, ἐτύπησαν αὐτόν· νομίσαντες αὐτὸν τεθνηκέναι, ἀφῆκαν οὕω αὐτὸν ἡμιθανῆ, καὶ ἀνεχώρησαν. Μεσονυκτίου γενομένου, ἦλθεν εἰς ἑαυτὸν, κ' στενάξας ἔκλαυσε σφοδρῶς, κ' εἶπεν· ἵνατί, Δέσποτα, ὑπερεῖδες τ' ταπείνωσίν μου, κ' ἵνατί τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ ἀποστρέφεις, καὶ ἵνατί ἀπωθεῖς τ' ψυχήν μου, καὶ περᾷς τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου; Καὶ νῦν, Δέσποτα φιλάνθρωπε, ἐπίβλεψον ἐπὶ τοὺς δούλους σου, καὶ δὸς αὐτοῖς τὸ γινώσκειν σε, ὅτι οὐκ ἔστι πλὴν σου Θεός. Καὶ ἀναστὰς μετὰ τὴν εὐχὴν, εἰσῆλθεν εἰς τὴν κώμην, καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἔψαλεν ἑξῆς. Γενομένης ὃ ἡμέρας, ἐλθόντες πάλιν εἶδον αὐτὸν, καὶ ἔκθαμβοι ἐγένοντο εἰς μανίαν τραπέντες οἱ ὠμοὶ καὶ ἄσπλαγχνοι, καὶ μὴ ἔχοντες οἰκτιρμοὺς, ἐβασάνισαν αὐτὸν ἀνελεῶς, καὶ θεὶς θέντες αὐτῷ πάλιν χοινία, ἔσυραν αὐτὸν, καθὰ καὶ πρώην. Ταῦτα ὃ πάσχων, ὡς ἀδάμας, ἕως τελευτῆς χρόνου, ὑπέμεινεν ὢν ταύτας ταῖς μεγάλαις θλίψεσι καὶ ἀνάγκαις, τυπτόμενος, ὑβριζόμενος, συρόμενος, θλιβόμενος, πεινῶν τε καὶ διψῶν. ἐπὶ ὃ πᾶσι τοῖς συμβεβηκόσιν αὐτῷ οὐκ ἀπεστράφη αὐτοὺς, οὐκ ἠγανάκτησεν, ἀλλ' ἐσωμῶν μᾶλλον ἐπλεόνασε τ' εἰς αὐτοὺς ἀγάπην. Καὶ ὥσπερ πυρκαΐαν τῇ ἐπιεικείᾳ κατέσβεσε τ' ὀργὴν αὐτῶν, παρακαλῶν, νουθετῶν, κολακεύων, καὶ τοὺς μὲ πρεσβύτας ὡς πατέρας προσεκάλει· τοὺς ὃ νεωτέρους, ὡς ἀδελφούς· τοὺς παῖδας, ὥσπερ τέκνα· μυκτηριζόμενος πρ' αὐτῶν. Μιᾷ ὃ τῶν ἡμερῶν, συναχθέντες ἐπὶ τὸ αὐτὸ οἱ τῆς κώμης ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου θαυμάζοντες, πρὸς ἀλλήλους ἤρξαντο λέγειν· ἴδετε ἀνδρὸς ἐσωμονὴν, καὶ τὴν ἄφατον αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς φιλοστοργίαν, ὅπως ἐν τοσαύταις θλίψεσι καὶ τοῖς κακοῖς, οἷς ἐνεδειξάμεθα αὐτῷ, οὐκ ἀπέστη ἐντεῦθεν, οὐδέ τινι ἡμῶν εἶπε λόγον κακὸν, οὐδὲ ἀπεστράφη ἡμᾶς, ἀλλὰ

A Ipse verò illuc reversus, iterum in ecclesiam se recepit, ubi cum fletu ac gemitu pro illis, ut salvi fierent, Deum deprecabatur. Mane autem jam facto, adventantes pagani, invenerunt eum orantem: unde magno perculsi stupore, quasi stupidi evaserunt. Quare etiam ad ecclesiam quotidie veniebant, non quidem orandi gratia, sed ut pulchritudinem
B ædificii, & ornamentum ecclesiæ suis oculis contemplantes recrearentur. Cœpit itaque rogare eos, ut verum Deum agnoscerent. Illi vero baculis eum tamquam lapidem aliquem exanimem percusserunt; mortuum autem illum existimantes, recesserunt, semivivo eo ibi relicto. Media vero nocte ad seipsum reversus, ingemiscens flevit vehementer, & dixit: Cur despexisti humilitatem meam, Domine? & quare faciem tuam à me avertis? & quamobrem animam meam repellis, & opera manuum tuarum contemnis? nunc
C igitur, benignissime Domine, respice super servos tuos, & concede eis, ut cognoscant te, quoniam præter te non est alius Deus. Post orationem vero surgens intravit in vicum, ingressusque ecclesiam, stans Psalmos decantabat. Facto autem diluculo, rursus adventantes conspexerunt eum ibi; & obstupefacti, atque in insaniam versi, ut truculenti, & omnis misericordiæ expertes,
D diris illum tormentis crudeliter affecerunt, & iterum funibus alligatum, sicut prius, extra vicum traxerunt. Ista autem quum per triennium pateretur, adamantis instar, fortiter perdurabat; neque tot tantisque tribulationibus atque necessitatibus unquam cessit; sed quum percuteretur, & contumeliis afficeretur, quum traheretur, quum affligeretur atque opprimeretur, quum fame &
E siti conficeretur; in omnibus tamen his, quæ ipsi accidebant, nunquam aversatus est illos, neque indignatus ac commotus est, verum magis magisque ejus in ipsos caritas augebatur: & quasi rogum ardentem, iracundiam eorum sua modestia ac mansuetudine restinguebat. Modo enim eos obsecrabat, modo admonebat, modo dulcium verborum blandimentis ipsos deliniebat: & quidem seniores, ut patres, rogabat; juvenes autem, ut fratres; & pueros, ut filios; licet
F interim ipse ab eis irrideretur atque subsannaretur. Quadam porro die incolæ vici illius simul congregati a minimo usque ad maximum, vehementerque obstupefacti, dicere cœperunt ad invicem: Videtis patientiam viri, ineffabilemque ipsius in nos amorem & caritatem: quoniam in tantis tribulationibus ac malis per nos ei illatis, nequaquam hinc abscessit, neque verbum aliquod malum cuiquam nostrum dixit, neque alienior a nobis

est factus : verum magno cum gaudio hæc omnia patientissime sustinuit. Nisi sane esset Deus vivus cum eo, sicut dicit, & Regnum, & Paradisus, & supplicium, & retributio; non hæc utique perferret a nobis : quin & Deos omnes ipse solus confregit atque evertit, & in nullo eum offendere vel lædere potuerunt. Vere servus Dei hic est, & quæcumque ab eo fuerunt dicta, divina sunt ac vera. Venite igitur, credamus in Deum, qui ab ipso prædicatur. Quæ quum inter se loquerentur, omnes pariter ad ipsum in ecclesiam contenderunt, clamantes & dicentes : Gloria cœlesti Deo, qui famulum suum misit, ut nos ab errore liberaret atque salvaret. Beatus autem vir illos conspiciens, gavisus est gaudio magno, & facies ipsius ut flos pulcherrimus, apparuit : aperiensque os suum, dixit ad eos : Patres, fratres, ac filii, benedicti vos, qui huc intrastis in nomine Domini. Venite unanimiter, demus gloriam Deo, qui oculos mentis vestræ illuminavit, ut ipsum agnosceretis : & signaculum vitæ accipite, ut ab idolorum immunditie purificemini : totoque corde ac animo credite, quod Deus sit creator cœli & terræ, & omnium quæ in eis sunt, omnis principii expers, incomprehensibilis, inenarrabilis, inseparabilis, inalterabilis, omni fine carens, dator luminis, hominum amator, magnus & admirabilis, terribilis & fortis, suavis atque benignus : & in Filium ejus credite unigenitum, qui est potentia Patris & sapientia, gloriæ ejus splendor, per quem & omnia facta sunt : & in sanctum ejus Spiritum, ipsi consubstantialem, qui simul cum eo regnat in immensa ac infinita secula, omniaque vivificat : & credentes vitam æternam adipiscemini. Respondentes autem cuncti dixerunt : ita sane, Pater noster, ita dux vitæ nostræ : ita fiet, sicut asseris, & nos doces : ita credimus, & sic sentimns. Et illico Beatus sanctum baptisma arripiens, baptizavit eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, a minimo usque ad maximum, ad mille usque animas. Per singulos autem dies sacras Scripturas eis legebat, differebatque cum ipsis de regno cœlorum, de fide & justitia, de mortuorum resurrectione, & de tremendo judicio. Quemadmodum autem terra bona ac bene elaborata semen percipit, affertque bonum fructum, alium quidem centesimum, alium vero sexagesimum, & alium trigesimum : ita & illi

A ἀγαὰ μ᾽ χαρᾶς μεγάλης ὑπήνεγκε ταῦτα πάντα. εἰ μὴ ἦν Θεὸς ζῶν μετ᾽ αὐτ῀, καθὼς λέγ῀, καὶ βασιλεία, καὶ παράδεισος, ἐκδίκησίς τε καὶ ἀνταπόδοσις, οὐκ ἂν ταῦτα ἁπλῶς ὑπέμεινε πρ᾽ ἡμῶν, ἀγαὰ καὶ τὰς Θεὰς ἅπαντας τῶς μόνος κατέσρεψεν, καὶ οὐκ ἴσχυσαν αὐτὸν ἀδικῆσαι; Ἀληθῶς Θεᾶ δ῀λος ἔτός ἐστι, καὶ πάντα τὰ ὑπ᾽ αὐτ῀ εἰρημένα θεῖα ὑπάρχει καὶ ἀληθῆ ἐστι. Δεῦτε οὖν, πισεύσωμεν εἰς τ῏ ὑπ᾽ αὐτ῀ κηρυτθόμενον Θεόν. Καὶ ταῦτα εἰπόντες ὁμοθυμαδὸν ἅπαντες ὥρμησαν πρὸς αὐτὸν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, κράζοντες καὶ λέγοντες· Δόξα τῷ ἐπρανίῳ Θεῷ τῷ πέμψαντι τ῏ δ῀λον αὐτ῀, ἵνα ῥυσάμενος ἐκ πλάνης σώσῃ ἡμᾶς. Ὁ δὲ μακάριος θεασάμενος αὐτὰς ἐχάρη χαρὰν μεγάλῃ, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτ῀ ἐγένετο λαμπρὸν, ὡς καλλίχροον ἄνθος. Ἀνοίξας δὲ τὸ ςόμα αὐτ῀ ἔφη πρὸς αὐτάς. Πατέρες καὶ ἀδελφοὶ καὶ τέκνα, εὐλογημένοι ὑμεῖς εἰσελθόντες ἐν ὀνόματι Κυρί῀. δεῦτε, συμφώνως δῶμεν δόξαν τῷ Θεῷ, τῷ φωτίσαντι τὰς ὀφθαλμὰς τ῀ καρδίας ὑμῶν, τ῀ γνῶναι αὐτόν. καὶ λάβετε τ῏ σφραγῖδα τ῀ ζωῆς, ἵνα καθαρισθῆτε ἀπὸ τ῀ εἰδώλων ἀκαθαρσίας· καὶ πισεύσητε ἐξ ὅλης τ῀ ψυχῆς, ὅτι ἐςὶ Θεὸς ποιητὴς ὐρανᾶ τε καὶ γῆς καὶ πάντων τ῏ ὄντων ἐν αὐτοῖς, ἄναρχος, ἀκατάληπτος, ἀνεκδιήγητος, ἀχώρητος, ἀναλλοίωτος, ἀτελεύτητος, φωτοδότης, φιλάνθρωπος, μέγας καὶ θαυμαςὸς, φοβερός τε καὶ κραταιὸς, χρηςός τε καὶ ἀγαθός· καὶ εἰς τ῏ Υἱὸν αὐτ῀ τ῏ μονογενῆ, ὅςις ἐςὶ δυνάμις τ῀ Παρὸς καὶ σοφία, τ῀ δόξης αὐτ῀ ἀπαύγασμα, δι᾽ οὗ καὶ τὰ πάντα ἐγένετο· καὶ εἰς τὸ ἅγιον αὐτ῀ Πνεῦμα τὸ ὁμοούσιον καὶ συμβασιλεῦον εἰς ἀπεράντους καὶ ἀτελευτήτους αἰῶνας, τὸ ζωοποιῆσαι τὰ πάντα· καὶ πισεύσαντες τύχητε τ῀ αἰωνίου ζωῆς. Ἀποκριθέντες δὲ πάντες εἶπον· Ναὶ πάτερ ἡμῶν, ναὶ ὁδηγὲ τῆς ζωῆς ἡμῶν, ὕτως ἔσαι καθὼς λέγ῀ς, καὶ διδάσκεις ἡμᾶς, ὕτως πισεύομεν, καὶ ὕτως δοξάζομεν. Καὶ πλέον τοῦτο ἐπιλαβόμενος ὁ μακάριος ἐβάπτισεν αὐτὰς εἰς τὸ ὄνομα τ῀ Πατρὸς, καὶ τ῀ Υἱ῀, καὶ τ῀ ἁγί῀ Πνεύματος, ἀπὸ μικρᾶ ἕως μεγάλης αὐτῶν, ἕως χιλίων ψυχῶν. Καθ᾽ ἑκάςην τε ἡμέραν ἀνέλειπεν ἀναγινώσκων αὐτοῖς τὰς θείας Γραφὰς, διδάσκων καὶ λέγων αὐτοῖς τὰ περὶ τ῀ βασιλείας τ῏ ὐρανῶν, τὰ περὶ τ῀ πίςεως καὶ δικαιοσύνης, τὰ περὶ τ῀ ἀναςάσεως νεκρῶν καὶ φοβερᾶς κρίσεως. Ὥσπερ γὰρ γῆ καλὴ καὶ ἐμφιλόπονος δεχομένη σπόρον, καλὸν δίδωσι καρπὸν, ὁ μὲν ρ΄, ὁ δὲ ξ΄, ὁ δὲ

ὁ ὃ λ΄. ὅτως ϗ αὐτοὶ μεγάλῃ ϖροθυμίᾳ ἐδέ-
χοντο τὰς λόγας αὐτῦ, ἡδέως ἀϗόοντες τ διδα-
σϗαλίας, ϗὰ ὥϖαϱ ἄγγελος Θεῦ ἦν ἐνώπιον
αὐτῶν. Καὶ ὡς δέσις ἀσφαλὴς ϗὰ ϗαλλίϛης οἰϗο-
δομῆς, ὅτως τῇ ἀγάπῃ ϗὰ τῷ ϖόθῳ ϖᾶσα
ψυχὴ σϖεδέθη ϖϱὸς αὐτὸν, ϗὰ ἡ διάνοια αὐ-
τῶν ἐφωτίθη τῇ ϖαϱαϗλήσϵ τ ϖίϛεως ϗὰ τ δι-
δασϗαλίας αὐτῦ. Ἐνιαυτὸν ὃ ὅλον ἐϖοίησε ϛὺν
αὐτοῖς ὁ μαϗάϱιος, μϵ᾽ ὃ ϖιϛεῦσαι αὐτὰς, δι-
δάσϗων αὐτὰς τ λόγον Θεῦ ἀϖαϱαλείϖτως,
ἡμέϱας ϗ ϖυϗτός. Λοιϖὸν ὃ θεασάμενος τ ϖϱὸς
τ Θεὸν ϖασδὴν αὐτῶν ϗὰ ϛεῤῥότητα τ ϖίϛεως,
τήν τε ϖϱὸς αὐτὸν ἀγάϖὴν, ϗὰ ϖασδὴν, ϗ τι-
μὴν, ϗὰ δόξαν, ϗὰ φοβηθεὶς μὴ ἀναγϗαθῇ
ὑϖ᾽ αὐτῶν ϗαταλῦσαι τ ϗανόνα τ ἀσϗήσεως αὐ-
τῦ, ϗὰ μὴ ἔν τινι τϱόϖῳ δεσμωθῇ ἡ διάνοια
αὐτῦ εἰς τ μέϵιμναν τῶν γηΐνων ϖϱαγμάτων,
ἀναϛὰς ϖυϗτὸς ἤυξατο τῷ Θεῷ, λέγων· ὁ μό-
νος ἀναμάϱτητος, ὁ μόνος ἅγιος, ὁ ἐν ἁγίοις
ἀναϖαυόμενος, ὁ μόνος φιλάνθϱωϖος, ϗὰ βα-
σιλαγχνος Δεσϖότης, ὁ ἐϗ σϗότους ἀναϗαλε-
σάμενος τ λαὸν σου τοῦτον, ϗὰ ϗαθεδϱύσας εἰς
τὸ θαυμαϛόν σου φῶς τ γνώσεως, Δέσϖοτα, ὁ
λύσας αὐτὸν ἐϗ τῶν δεσμῶν τ ἀντιϖάλου, ὁ
ἐϖιϛϱέψας αὐτὰς ἐϗ τ ϖλάνης, ὁ δοὺς αὐτοῖς τ
εἰς σὲ ϖίϛιν, μέχϱι τέλους ϕύλαξον αὐτὰς,
Κύϱιε, ϗὶ ἀντιλαβοῦ ταύτης σου τ ϖοίμνης, ἣν
ϗτήσω ϕ᾽ τ σὴν φιλανθϱωϖίαν, ϗὰ ϖϱοσϵιτεί-
χισον αὐτὰς τῇ ϖαντοδυνάμῳ σου χάϱιτι, ϗ φώ-
τισον διαϖαντὸς τὰς ϗαϱδίας αὐτῶν, ἵνα τὰ ἀϱεϛά
σοι ἐϖιτελέσαντες, ϗαταξιωθῶσι τ ἀϖωλείας ζωῆς· ϗὶ
ἐμοῦ ὃ τ ἀθενοῦς ἀντιλαβοῦ, ϗὰ μὴ λογισθῇ
ἡμῖν ϗείμενα τοῦτο ὃ ϖϱάγμα, ὅτι σε ϖοθῶ,
ϗὰ σε ϗαϗδιώϗω. Καὶ ἐϖιτελέσας τ εὐχὴν
ϖϱοσελθὼν ϗατεσϕϱάγισε τὴν ϗώμην τῷ σημείῳ
τ ϛαυϱοῦ τεῖχον, ϗὰ ἀνεχώϱησε λαθϱαίως εἰς
ἕτεϱον τόϖον.

Πϱωΐας ὃ γενομένης, ϗτ᾽ τὸ ἐωθὸς αὐτῶν,
ἦλθον ϗὰ ἐϖεζήτουν αὐτὸν, ϗὶ μὴ εὑϱόντες ἐϗζέ-
τησαν, ὡς γὰϱ ϖϵῤῥάϖα ϖεϱιεϱ-
χόμενα ἀνεζήτουν τ ἑαυτῶν ϖοιμένα, ϗὰ μϵ᾽
ϕόβου ϗὶ ϗλαυθμοῦ ϛάλον τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Ὡ᾽ς
ὃ ϖαντα χοῦ ζητήσαντες οὐϗ εὗϱον αὐτὸν, σφόδϱα
ἐλυϖήθησ᾽, ϗὶ ϖανϵϱῆμα, εἰσελθόντες ϖϱὸς τ
ἐϖίσϗοϖον, ἀϖήγγϵλαν τὸ συμβεβηϗός. Ο᾽ ὃ
ἀϗούσας, ϗὰ ϖεῖλυϖος γενόμενος, μϵ᾽ ϖασδῆς
ἔϖεμψεν ἀναζητῆσαι τ μαϗάϱιον, μάλιϛα ϕ᾽
τὰ δάϗϱυα, ϗὶ τὴν ϖλάνησιν τ ϖοιμνίου αὐτοῦ.
ὥϖϵϱ ὃ λίθος τίμιος ϖαντα χοῦ ζητούμενος, ϗὶ
μὴ

A illi magna alacritate verba ejus ſuſcipientes, libentiſſimeque doctrinam ipſius audientes, uberrimos inde fructus referebant. In conſpectu autem ipſorum velut Angelus Dei videbatur, & quaſi quædam firmi ac pulchri ædificii ligatura: ſic quippe caritatis & amoris vinculo omnis anima colligata cum eo erat, ipſorumque mens conſolatione fidei ac doctrinæ ejus illuſtrabatur. Totum porro annum egit
B apud eos vir beatus, poſtquam fidem ſuſceperunt, docens eos indeſinenter dies noctesque verbum Dei. Ceterum ubi jam ſtudium eorum erga Deum, & fidei firmitatem perſpexit; magnam quoque in ipſum caritatem, curam, honorem, ac reverentiam; veritus, ne illorum occaſione cogeretur religioſæ vitæ diſciplinam relaxare atque diſſolvere, & ne quocumque modo mens ejus terrenarum
C rerum curis adſtringeretur; conſurgens nocte, ſic Deum precatus eſt: Tu qui ſolus abſque peccato es, qui ſolus ſanctus, qui in ſanctis requieſcis, qui ſolus clemens & benignus Dominus: qui e tenebris populum hunc revocaſti, & in admirabili lumine cognitionis tuæ firmaſti Domine: quique eos ab adverſarii vinculis abſolviſti, & ab errore convertiſti, eiſque in te fidem tribuiſti: in finem uſque conſer-
D va eos, Domine, & ſuccurre huic gregi tuo, quem benignitate tua poſſediſti: eoſque omnipotenti gratia tua communias, & ſemper corda ipſorum illumines, ut ea quæ grata atque accepta tibi ſunt, perficientes, æternam vitam conſequi mereantur. Ac mihi quoque infirmo auxilium impertire, & ne reputetur mihi hæc res in judicium, quia te deſidero, ac ſequi appeto. Et completa oratione abiens, ter
E crucis ſignaculo vicum ſignavit, ac latenter in alium locum receſſit.

Mane autem facto, de more convenerunt, & requirebant eum: ſed quod non inveniſſent, obſtupuerunt: unde quaſi oves errantes, diverſa loca obibant, paſtorem ſuum perquirentes, magnoque cum timore ac planctu nomen ejus inclamantes. Quum autem ubique perquirendo, eum invenire nequiviſſent, ni-
F mium contriſtati, e veſtigio ad Epiſcopum pergunt, & quod ſibi acciderat, denunciant. Qui quum hoc audiſſet, ipſe quoque mœrore dejectus, confeſtim cum diligentia plures ad requirendum beatum virum emiſit, præſertim propter lacrymas & conſolationem gregis ipſius. Quumque ubique tamquam lapis aliquis pretioſus quæreretur, & minime

reperi-

reperiretur, illique, qui ad eum perquirendum deſtinati erant, jam re infecta rediiſent; Epiſcopus cum toto Clero ad vicum conceſſit, & conſolatorium vitæ ſermonem ad eos habuit, & ex ipſis Presbyteros, & Diaconos, Lectoreſque conſtituit: omnes enim in fide, & caritate Chriſti jam confirmati erant. Audiens vero beatus de incremento & profectu Cleri, deque illorum ſtatu, admodum gaviſus eſt: & Deum glorificans, dixit: Quid retribuam tibi, benigniſſime Domine, pro omnibus, quæ retribuiſti mihi? Adoro, & glorifico ſalutarem diſpenſationem tuam. Sicque orans, & exultans, ad priſtinam ſuam cellam reverſus eſt.

Fecit autem alteram parvam cellam extrinſecus, & ſemetipſum magno cum gaudio atque lætitia cordis ſui concluſit in interiore, obſtructis foribus. Quo intellecto, inhabitatores vici illius adventantes ad beatum Abraamium, gaviſi ſunt gaudio magno, quod eum tamquam revera vitæ ducem nacti eſſent: accedebantque ad ipſum, quaſi ad patrem, ut docerentur & illuminarentur: & quia ſupra quam dici poſſit, ejus vitæ inſtituto ædificabantur, pro maxima gratia ducebant, ſi ſaltem eum videre, & verba ſalutis ab ipſo audire poſſent. O miraculum, cariſſimi! vere laudibus & gloria plenus eſt vir iſte: quippe qui in tantis tribulationibus, quas in eo vico ſuſtinuit, numquam religioſæ vitæ ſuæ regulam infregit, neque ab ea ad dexteram vel ſiniſtram declinavit. Gloria & magnificentia Domino Deo noſtro, qui talem ei patientiam præſtitit.

Videns igitur Satanas, qui ab initio virtutis ac ſalutis hominum hoſtis fuit, quod in tantis afflictionibus, quas illo in vico adverſus eum excitaverat, non valuiſſet ipſum lædere, neque ad animi remiſſionem eum trahere, neque mentem ejus à propoſito abducere; ſed tamquam aurum in infundibulo, ſic ipſe magis reſplendeſceret, ampliuſque ad multorum exemplar in patientia, & in Deum caritate atque alacritate proficeret; vehementer honeſtatis inimicus adverſus beatum Abraamium exacerbatus, venit ad eum magno cum phantaſmate, ut terrorem ipſi incutiens, fallere eum poſſet. Quum igitur media nocte ſtaret ac pſalleret, repente lux ſole ſplendidior refulſit, & vox quaſi multitudinis audita eſt, dicens: Beatus es, domne Abrami, vere, inquam, beatus es: quoniam nullus in cunctis recte factis inventus eſt, ſicut tu; nullusque

A μὴ διεισκόμβος, πῶν τε ἐπ' αὐτῶν ἀποσαλέντων ἀφράκτων ἀναγραφέντων, ὁ ἐπίσκοπος σὺν παντὶ τῷ κλήρῳ παραγόμβος ἐν τῇ κώμῃ παρεκάλεσεν αὐτὸς διὰ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς, καὶ ἐξ αὐτῶν καθίσας πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους, καὶ ἀναγνώστας. Πάντες γὰρ ἐσπερυγμένοι ἦσαν ἐν τῇ πίστει καὶ ἀγάπῃ τοῦ Χριστοῦ. ἀκούσας δὲ ὁ μακάριος τὴν προσαγωγὴν τοῦ κλήρου, καὶ τὴν κατάστα-
B σιν, ἐχάρη σφόδρα, καὶ δοξάσας τὸν Θεὸν, εἶπε· τί ἀνταποδώσω σοι, Δέσποτά μου ἀγαθὲ, περὶ πάντων ὧν ἀνταπέδωκάς μοι; προσκυνῶ καὶ δοξάζω σου τὴν σωτήριον οἰκονομίαν· καὶ ὕτως ἐπευξάμβος καὶ ἀγαλλιῶν παρεγίνετο εἰς τὴν προτέραν αὐτοῦ κέλλαν.

Ἐποίησε δὲ κελλίον μικρὸν ἔξωτερον τοῦ πρώτου, καὶ ἑαυτὸν ἐνέκλεισεν εἰς τὸ ἐσώτερον
C μετὰ χαρᾶς μεγάλης καὶ εὐφροσύνης καρδίας αὐτοῦ, ἀναφράξας τὴν θύραν. Ἀκούσαντες δὲ οἱ τῆς κώμης, παραγόμβοι πρὸς τὸν μακάριον Ἀβραάμιον, ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην, εὑρόντες αὐτὸν, ὡς ἀληθῶς ὁδηγὸν τῆς ζωῆς, καὶ ἤρχοντο πρὸς αὐτὸν ὡς πρὸς πατέρα διδασκόμενοι καὶ φωτιζόμενοι, καὶ τὴν ὑπὲρ λόγον αὐτοῦ πολιτείαν μείζω χάριν ὡμολόγουν τοῦ ὁρᾶν αὐτὸν καὶ
D ἀκούειν λόγους σωτηρίας παρ' αὐτοῦ. Ὧν δὲ θαύματος, ἀγαπητοὶ, ὄντως πλήρης ἐπάρθη καὶ δόξης ὁ τοιοῦτος, ὃν μὲ τοσαύτας θλίψεσιν, αἷς εἶχεν ἐν τῇ κώμῃ, οὐκ ἤλαττε τὴν κανόνα τῆς ἀσκήσεως αὐτοῦ, οὔτε ἐξέκλινεν ἀπ' αὐτῆς δεξιᾶ ἢ ἀριστερᾶ. Δόξα καὶ μεγαλοπρέπεια Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν τῷ δόντι αὐτῷ τηλικαύτην ὑπομονήν.

Γνοὺς τοίνυν ὁ Σατανᾶς, ὁ ἀπ' ἀρχῆς
E μισόκαλος καὶ μισάνθρωπος, ὅτι ἐν τηλικαύταις θλίψεσιν αἷς ἐπήγαγεν αὐτῷ ἐν τῇ κώμῃ, οὐκ ἴσχυσεν αὐτὸν ἀποδιῶξαι, οὐδὲ εἰς ῥαθυμίαν ἐμβαλεῖν, οὐδὲ τὴν διάνοιαν αὐτοῦ ἀποσπάσαι τοῦ σκοποῦ· ἀλλ' ὡς χρυσὸς ἐν χωνευτηρίῳ ὑποβαλλόντως μᾶλλον ἐλαμπρύνθη καὶ ἐδοξάσθη, καὶ εἰς πλειόνων ὠφελημὸν σωτηρίας, ἐν ὑπομονῇ καὶ τῇ πρὸς Θεὸν ἀγάπῃ πολλῇ καὶ προθυμίᾳ προέκοπτεν· ἐπικράνθη σφόδρα ὁ μισόκαλος κατὰ τοῦ μακαρίου Ἀβραμίου. καὶ παρεγίνετο μετὰ πολλῆς φαντασίας πρὸς αὐτὸν ποιήσας ἀπατῆσαι. ὡς δὲ εἰσῆκει φάλλων ἐν τῷ μεσονυκτίῳ, αἰφνιδίως φῶς ἔλαμψε καθαρώτερον τοῦ ἡλίου, καὶ φωνὴ ὥσπερ πλήθους λέγουσα· μακάριος εἶ Κύριε Ἀβραάμιε, ὄντως μακάριος εἶ, ὅτι σοῦ εὑρέθη καθάπαξ σὺ εἰς πάντα τὰ κατορ-

καταρθώματά σε, καὶ θεῷ ἐποίησε πάντα τὰ θελήματά μου ὡς σύ, διὰ τοῦτο μακάριος εἶ. Εὐθέως δὲ ἔγνω ὁ μακάριος τὸν δόλον τοῦ πονηροῦ, καὶ ὑψώσας τὴν φωνὴν αὐτοῦ, εἶπε· τὸ σκότος σε σὺν σοὶ εἴη εἰς ἀπώλειαν, πλήρης γὰρ εἶ δόλου καὶ ἀπάτης, ἐγὼ γὰρ ἄνθρωπός εἰμι ἁμαρτωλός· ἔχων δὲ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ μου, καὶ τὴν εἰς αὐτὸν ἐλπίδα καὶ βοήθειαν, σὲ φοβοῦμαί σε, θεὸς πλοῦσί με αἱ πολλαί σου φαντασίαι. τεῖχος γὰρ ὀχυρόν μοι ἐστὶ τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου μου καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃν ἠγάπησα, καὶ ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἐπιτιμῶ σοι, κύων ἀναίσχυντε καὶ τεισάθλιε. Καὶ εἰπόντος αὐτοῦ ταῦτα, ὥσπερ καπνὸς, ἀφανὴς ἐγένετο. Ὁ δὲ μακάριος μετὰ πολλῆς προθυμίας πολλῆς ἀπαράσχως ὑμνολόγει τὸν Θεὸν, ὡς μὴ ἰδών τινα φαντασίαν. Πάλιν δὲ μεθ' ἡμέρας ὀλίγας, δειχομένου τοῦ μακαρίου νυκτὸς, ὁ Σατανᾶς ἀξίνῃ κρατῶν ἤρξατο καταρρέφειν τὴν κέλλαν αὐτοῦ, καὶ τῷ δοκεῖν τρυπήσας αὐτὴν, ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ, λέγων· σπεύδασατε, ὦ φίλοι μου, σπεύδασατε, εἰσελθόντες πάχιον ἀποπνίξατε αὐτόν. Εἶπε δὲ ὁ μακάριος πρὸς αὐτὸν, πάντα τὰ ἔθνη ἐκύκλωσάν με, καὶ τῷ ὀνόματι Κυρίου ἠμυνάμην αὐτούς. Εὐθέως δὲ ἀφανὴς ἐγένετο, καὶ ἦν ὁ κέλλιον ὁλόκληρον. Καὶ πάλιν μεθ' ἡμέρας ὀλίγας ψάλλων ὁ μεσονύκτιον, ὁρᾷ ὁ ψιάθιον αὐτοῦ, ἐφ' ᾧ ἐκοὺς ἔψαλλε, καιόμενον σφοδροπάτῃ φλογί. καὶ πατήσας τὴν φλόγα, εἶπεν· ἐπὶ ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσομαι, καὶ καταπατήσω λέοντα καὶ δράκοντα, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ ἀφ' ὀνόματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ βοηθοῦντός μοι. Φεύγων δὲ ἔκραξεν ὁ Σατανᾶς, καὶ εἶπεν· ἐγώ σε νικήσω, κακόζηπε, ἀνδρῶν τέχνας πρὸς τὴν καταφρόνησίν σου. Μιᾷ δὲ τῶν ἡμερῶν, ὡς ἐγεύετο κατὰ τὸ εἰωθὸς ὁ μακάριος, ὑπεισῆλθεν εἰς τὴν κέλλαν αὐτοῦ ὁ ἐχθρὸς, τύπῳ νεανίσκου, καὶ ἤγγισε κρέφαι τὸ καύκιον αὐτοῦ· αὐτὸς δὲ γνοὺς κατέσχεν αὐτὸ, καὶ ἐγεύετο μὴ δόλου φροντίσας αὐτοῦ. Ἀναπηδήσας τε πρέσβυς αὐτῷ, καὶ σήσας λυχνίαν καὶ λύχνον ἐπ' αὐτῆς καιόμενον, ἤρξατο ψάλλειν μεγάλῃ τῇ φωνῇ, καὶ λέγειν· μακάριοι οἱ ἄμωμοι ἐν ὁδῷ, οἱ πορευόμενοι ἐν νόμῳ Κυρίου. ὡς δὲ εἶπεν ἀπὸ τοῦ ψαλμοῦ πολλὰ ῥήματα, οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῷ, ἕως οὗ ἐγεύσατο. Μετὰ δὲ τὸ γεύσασθαι αὐτὸν, κατεσφραγίσατο, καὶ εἶπε πρὸς αὐτόν· κύων ἀναίσχυντε καὶ τεισάθλιε, ἀναίσθητε καὶ δειλὲ, εἰ οἶδας ὅτι μακάριοί εἰσιν, ἵνατί

A luſque ita omnes voluntates meas perfecit, ut tu : atque ideo beatus es. Subito autem vir beatus dolum maligni cognoſcens, elata voce dixit : Tenebræ tuæ tecum ſint in perditionem : plenus enim es dolo atque fallacia ; ego verò homo peccator ſum : quia tamen caritatem Dei mei habeo, & ſpem in ipſum, atque ejus auxilium ; in nullo ego te timeo, neque plurima tua phantaſmata ac ſpectra terrorem mihi incutiunt. Pro muro ſiquidem munitiſſimo eſt mihi nomen Domini mei & Salvatoris Jeſu Chriſti, quem dilexi, in quo te nomine increpo, immundiſſime ac miſerabiliſſime canis. Quæ quum ipſe diceret, illico inſtar fumi à conſpectu ejus evanuit. Beatus autem multa cum alacritate tranquillo animo benedicebat Deo, tamquam qui nullum prorſus ſpectrum conſpexiſſet. Rurſus vero paucos poſt dies oran-
C te eo noctu, tenens ſecurim Satanas, cœpit cellam ejus evertere : quumque jam eam videretur perforaſſe, magna exclamavit voce, dicens : Feſtinate celeriter, o amici mei, feſtinate, & introëuntes cito eum ſuffocate. Beatus autem contra ad illum : *Omnes*, inquit, *gentes circumdederunt me*, & *in nomine Domini ultus ſum eos*. Ille vero protinus evanuit, cella interim integra atque illæſa permanente. Iterumque paucis
D interlabentibus diebus aliis, dum media nocte Pſalmodiæ vacaret, conſpiciens ſtoream, ſuper quam pſallens conſiſtebat, vehementi flamma comburi, ignem conculcans ajebat : Super aſpidem & baſiliſcum ambulabo, & conculcabo leonem & draconem, omnemque potentiam inimici in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti mihi auxiliantis ſuperabo. Diffugiens autem Satanas, exclamavit ac dixit : Ego te devin-
E cam, improbe, arteſque inveniam, quibus te conteram, qui me jam deſpectui habes. Quadam igitur die quum vir beatus, ſicut conſueverat, cibum ſumeret, ingreditur in cellam ejus inimicus in forma ac habitu adoleſcentis, & propius accedens, catinum ejus nitebatur evertere. At ille cognoſcens, manu illum retinebat, nihilque ejus inſidias curans, comedebat. Quumque exſiluiſſet, acceſſit ad eum : & can-
F delabrum coram ipſo ſtatuens, ardentemque deſuper candelam imponens, magna voce pſallere incepit, ac dicere· *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini*. Quumque plura ex eo Pſalmo verba decantaſſet, nihil ipſi reſpondit, donec cibum ſumſiſſet. Qui ubi jam comedit, ſigno ſe crucis muniens, ait ad ipſum : Canis immunde, ac ter miſerande, inſulſiſſime ac timidiſſime ; ſi noſti, quod

Pſal. 118.

Pſal. 91.

Pſal. 119.

beati ſint, cur igitur moleſtas eos atque perturbas? Etenim vere beati ſunt omnes, qui toto corde Deum diligunt. Cui reſpondens Diabolus, dixit: Ideo moleſtias eis ingero, ut eos ſuperem, ipſoſque ab omni opere bono impediam. At beatus ad eum: non, inquit, bene tibi ſit, execrande ac maledicte, quod tu quempiam timentium Deum impedire valeas, niſi forte eos, qui tui ſunt ſimiles, & propria voluntate a Deo recedunt: quos facile vincis ac decipis, quoniam Deus in eis non eſt. Ab iis vero, qui diligunt Deum, inſtar fumi a vento rapti, deficis atque evaneſcis. Una ſiquidem eorum oratio lacrymis permixta, ſic te perſequitur, ſicut pulvis a turbine agitatus diſpergitur. Vivit Deus meus, qui eſt benedictus in ſecula, ipſe gloria mea: quare non te reformido, etiamſi toto tempore tuo hic conſtiteris, nihilique te facio, canis impure. Sic autem te contemno, quomodo ſi unus catulus ab aliquo contritus ſperneretur. Quæ quum beatus diceret, ſubito ille evanuit. Denuo poſt aliquot dies, quum Pſalmodiam ſuam perfeciſſet, venit ad eum inimicus cum phantaſmate copioſæ multitudinis hominum, qui quaſi conjectis in cellam funibus, illam trahere videbantur, & inter ſe ſe clamabant, dicentes: Projicite illum in foveam. Quos beatus vir conſpiciens, ait: *Circumdederunt me, ſicut apes favum, & exarſerunt, ſicut ignis in ſpinis: & in nomine Domini ultus ſum eos.* Tunc exclamans Satanas dixit: Hei mihi, hei mihi, quid deinceps tibi faciam, ignoro. Ecce enim in cunctis me viciſti ac ſuperaſti, & univerſis viribus meis deſpectis, me conculcaſti: verumtamen nec ſic quidem a te recedam, donec ſuperans, humilem te ſubjectumque mihi reddidero. Ad quem vir beatus: Anathema, inquit, tibi ſit, & cunctis viribus tuis, ſceleſtiſſime atque impuriſſime: gloria autem & adoratio Domino noſtro, ſoli ſancto Deo, qui te nobis amatoribus ſuis conculcandum tradidit. Quare agnoſce, infeliciſſime atque infirmiſſime, quod nos neque te, neque tuas pertimeſcimus illuſiones.

Pſal. 118.

Per multum vero temporis quamvis variis tentationibus & imaginationibus atque inſaniæ machinis beatum virum oppugnaſſet; nequaquam tamen potuit vel timorem aliquem menti ac cogitationi ejus incutere: quin potius ad majorem alacritatem, & in Deum caritatem ipſum excitabat. Quum enim Deum toto corde ac animo diligeret, ſuamque vitam ac converſationem ſecundum ejus voluntatem inſtitueret, affluenter divinam gratiam promeruit: ideoque in nullo eum lædere Diabolus valuit. Patienter enim pulſaverat, ut

A ἵνατί καὶ ὀχλεῖς αὐτόν; καὶ γὰρ ὄντως μακάριοί εἰσι πάντες ἀγαπῶντες τὸν Θεὸν ἐξ ὅλης καρδίας αὐτῶν. Ἀποκριθεὶς ὁ Διάβολος, εἶπεν αὐτῷ· ἵνα νικήσω αὐτόν, ἐμποδίζω αὐτὸν ἀπὸ παντὸς ἔργου ἀγαθοῦ. Ἔφη ὁ πρὸς αὐτὸν ὁ μακάριος· μή σοι καλὸν ᾖ, ἐπικατάρατε, ἵνα σύ γε τῶν φοβουμένων τὸν Θεὸν ἐμποδίσῃς, νικᾷς ὁ τοὺς ὁμοίους σου τοὺς ἀποστάντας ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἰδίᾳ προαιρέσει· τούτους νικᾷς καὶ πλανᾷς, ὅτι ὁ Θεὸς οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς. Ἀπὸ ὁ τῶν ἀγαπώντων τὸν Θεὸν ὅτως ἐκλείπεις, ὥσπερ καπνὸς ἀπὸ ἀνέμου. μία γὰρ δύχη αὐτῶν, μετὰ δακρύων, ὅτως σε διώκει, καθὼς διώκει χοῦς ὑπὸ λαίλαπος. Ζῇ ὁ Θεός μου ὁ ὢν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, ὃ καύχημά μου, ὃ φοβοῦμαί σε, ἂν ᾖς ὅλον τὸν χρόνον σου, ὅτε προσπαίζω σε, νῦν ἀνάθαρτε. καταφρονῶ δέ σου ὄντως, ὡς ἐάν τις καταφρονῇ κυνὸς ἐνὸς σωτετειμμένου. ταῦτα ὁ τοῦ μακαρίου εἰπόντος, εὐθέως ἐκεῖνος ἀφανὴς ἐγένετο. Καὶ πάλιν μετ' ἡμέρας, ὡς ἐπετέλει τὸ ψαλμῳδίαν, παραγίνεται ὁ ἐχθρὸς μετὰ φαντασίας ὄχλου, καὶ τῷ δοκεῖν βάλλειν εἰς τὴν κέλλαν χοινία, καὶ σύροντες ἕκραζον πρὸς ἀλλήλους, λέγοντες· ῥίψατε αὐτὸν εἰς τὸ βόθρον. Περιβλεψάμενος ὁ αὐτὸς ὁ μα-
D κάριος εἶπεν· ἐκύκλωσάν με ὡσεὶ μέλισσαι κηρίον, καὶ ἐξεκαύθησαν ὡς πῦρ ἐν ἀκάνθαις, καὶ τῷ ὀνόματι Κυρίου ἠμυνάμην αὐτούς. Καὶ κράξας ὁ Σατανᾶς, εἶπεν· οἴμοι, οἴμοι, οὐκ οἶδα τί σοι ποιήσω. ἰδοὺ γὰρ ἐν πᾶσιν ἐνίκησάς με, καὶ πάσης μου κατεφρόνησας τῆς δυνάμεως, κατεπάτησάς με· ἀλλὰ καὶ ὅτως οὐ μή σου ἀναχωρήσω, ἕως οὗ νικήσας παρενώσω σε. Ὁ δὲ
E μακάριος εἶπε πρὸς αὐτὸν, ἀνάθεμά σοι καὶ πάσῃ τῇ δυνάμει σου μιαρώτατε· δόξα καὶ προσκύνησις τῷ ἡμετέρῳ δεσπότῃ τῷ μόνῳ ἁγίῳ Θεῷ, τῷ ποιήσαντί σε πατεῖσθαι ὑφ' ἡμῶν τῶν ἀγαπώντων αὐτόν. Γνῶθι τοίνυν, παλαίπωρε καὶ ἀθενέστατε, ὅτι ἡμεῖς οὐ φοβούμεθά σε, οὔτε τὰς φαντασίας σου.

Ἐπὶ χρόνον δὲ πολεμήσας τὸν μακάριον ἐν
F ποικίλοις πειρασμοῖς καὶ φαντασίαις καὶ μανίαις, οὐδὲ εἰς διελίαν ἠδυνήθη αὐτοῦ ἐμβαλεῖν τὸν νοῦν, ἀλλὰ μᾶλλον εἰς προθυμίαν, καὶ τῇ πρὸς Θεὸν ἀγάπῃ διήγειρεν αὐτόν. Καὶ γὰρ ἐξ ὅλης ψυχῆς αὐτῷ ἀγαπήσας αὐτὸν, ἠγώνισε τῷ πολιτεύσασθαι κατ' τὸ αὐτοῦ θέλημα, καὶ κατηξιώθη τοῦ χαείτος αὐτοῦ. Διὰ τοῦτο οὐκ ἴσχυσεν ὁ Διάβολος ἀδικῆσαι αὐτόν. Ὑπομονητικῶς τε ἤρεσεν,

ἵνα

ἵνα ἀνοιχθῇ αὐτῷ ὁ θησαυρὸς τ῀ Θεοῦ χάρι-
τος. ὡς ὃ ἠνοίχθη αὐτῷ, εἰσελθὼν ἐξελέ-
ξατο τρεῖς λίθους τιμίους, Πίστιν, Ἐλπίδα,
Ἀγάπην· καὶ δι' αὐτῶν κατεκόσμησε τὰς λοιπὰς
ἀρετὰς, καὶ πλέξας πολύτιμον στέφανον, προ-
σήνεγκε τῷ Βασιλεῖ τ῀ βασιλευόντων, τῷ Χρι-
στῷ. Τίς γὰρ Θεὸν ἠγάπησεν ὅτως ἐξ ὅλης
καρδίας, καὶ τ῀ πλησίον ὡς ἑαυτόν; ἢ τίς ὅτως
συμπαθὴς καὶ φιλάλγχνος ἐγένετο; Περὶ τίνος
ὃ μοναχὸς ἀκούσας καλῶς πολιτευόμενος, οὐκ ἠυ-
ξατο περὶ αὐτοῦ, ἵνα μὴ φυλαχθῇ ἐκ τ῀ διαβόλου παγίδος, τελειώσας ὃ τ῀ δρόμον αὐτοῦ ἀ-
μέμπτως; ἢ περὶ τίνος ἁμαρτωλοῦ καὶ ἀσεβοῦς
ἀκούσας, οὐκ ἀϊδέως μετὰ δακρύων παρεκάλεσε
τ῀ Θεὸν, ἵνα σωθῇ; Εἰς πάντα ὃ τ῀ χρόνον τῆς
ἀσκήσεως αὐτοῦ, οὐκ ἥλαττεν τ῀ κανόνα τ῀ ἀσκή-
σεως· ἐν ὃ τοῖς αὐτοῖς χρόνοις οὐ παρῆλθεν αὐτῷ
ἡμέρα ἄνευ δακρύων. Οὐκ ἐχαρίσατο τοῖς χεί-
λεσιν αὐτοῦ εἰς γέλωτα, μήτε μέχρι μειδιάμα-
τος. Οὐκ ἤλιπσε τῷ σώματι αὐτοῦ ἔλαιον, οὐδὲ
ἐνίψατο τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ἢ τοὺς πόδας ὕδα-
τι. ὅτως ὃ ἦν ὡς καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκων τῇ
προθέσει ἀγωνιζόμενος. Ὦ τοῦ παραδόξου θαύ-
ματος. εἰς γὰρ τ῀ θαυμασὴν αὐτοῦ ἐγκράτειαν
καὶ πολλὴν ἀγρυπνίαν, καὶ διεξόδους δακρύων,
καμαγκοιτίαν τε καὶ ταπείνωσιν τ῀ σώματος, οὐκ
ἠτόνησέ ποτε, οὔτε ἠσθένησεν, οὔτε ἐραθύμησεν,
οὔτε ἠκιδίασεν, ἀλλ', ὥσπερ τις πεινῶν καὶ δι-
ψῶν, τρεφομένη ἡ ἀφάνοια αὐτοῦ διαιμει τῆς
χάριτος, οὐκ ἐκορέννυτο τ῀ γλυκύτητος τ῀ ἀσκή-
σεως. Ἦν ὃ τὸ εἶδος αὐτοῦ, ὡς ἄνθος ῥόδου, καὶ
τὸ σῶμα αὐτοῦ οὐχ ὡς ἀπὸ τοιαύτης ἀσκήσεως
καταπεπονημένον, ἀλλὰ συμμέτρῳ τῇ ἕξει καὶ δι-
νάμει σωμεσὼς ὑπάρχων, ὡς ἐπὶ χάριτος
Θεοῦ κρατυνόμενος, ὡς καὶ τῷ καιρῷ τ῀ κοιμή-
σεως αὐτοῦ, ὅτως φαιδρὸς ἦν τῷ προσώπῳ,
ὡς ἔσεσθαι αὐτὸν ἡμᾶς γνῶναι τ῀ τῶν ἀγγέλων
δορυφορίαν τῇ ψυχῇ. Καὶ ἄλλη ὃ θαυμασὴ
χάρις τ῀ Θεοῦ, ἐν γὰρ τοῖς πεντήκοντα ἔτεσι τ῀
ἀσκήσεως αὐτοῦ, ἃ ἐνεδιδύσκετο τείχινα,
ὅτως ἀφθαρτὰ ὑπηρέτησαν, ὡς καὶ ἑτέρους κα-
ταξιωθῆναι τῶν παλαιωθέντων πρὸ αὐτῷ.

Βούλομαι ὑμῖν, ἀγαπητοὶ, διηγήσασθαι τῇ
ὁμονοίᾳ ὑμῶν παράδοξον πρᾶγμα, ὃ ἐποίησεν
ἐν τῷ γήρει αὐτοῦ. τοῖς γὰρ σωφρονοῦσι καὶ πνευ-
ματικοῖς ὄντως παράδοξόν ἐστι, καὶ πλήρες
ὠφελείας καὶ κατανύξεως. Τὸ ὃ πρᾶγμα τοιοῦ-
τό ἐστιν. Εἶχεν ὁ μακάριος ἀδελφὸν μονογενῆ·
κοιμηθέντος ὃ τούτου, ἔμεινεν ἡ αὐτοῦ κόρη ὀρ-
φανή·

A ut ei thesaurus gratiæ Dei panderetur, cujus quum jam ingressus patefactus esset, tres sibi inde lapides pretiosos elegit, fidem, spem, & caritatem, quibus & reliquæ in eo virtutes exornabantur. Texens quoque pretiosissimam coronam, Regi regum Christo obtulit. Quis namque sic toto ex corde Deum dilexit, & proximum ut seipsum? aut quis ita laborantibus compatiebatur, & misericordiæ viscera ostendebat? Quem et-
B iam aliquando monachum intelligens bonæ conversationis esse, non pro eo precatus est, ut a quocumque Diaboli laqueo liber conservaretur, cursumque vitæ suæ irreprehensibiliter consummaret? Aut quem peccatorem vel impium quandocumque audiens, non confestim pro eo, ut salvaretur, Deum obsecrabat? Per omne porro tempus religiosæ vitæ suæ numquam a regula sui instituti de-
C flexit: neque unquam iisdem temporibus dies illum aliqua sine lacrymis præteriit: non facile sua labia in risum solvebat; sed ne subridebat quidem. Non appropinquavit corpori ejus oleum: neque faciem suam, aut pedes aqua unquam abluit. Sic autem se gerebat, quasi quotidie esset moriturus. O stupendum miraculum! In admirabili illa sua abstinentia ac continentia, assiduisque vigiliis, ac lacrymarum fluentis, humicubationibus quoque, & corporis emaceratione,
D numquam remissior aut imbecillior factus est, neque segnitie, vel tædio aliquo fatigatus; sed veluti esuriens quispiam aut sitiens, sic mens ejus, quæ divinæ gratiæ virtute nutriebatur, nunquam ascetici instituti dulcedine poterat satiari. Erat vero aspectus ejus tamquam flos rosæ, & corpus ejus, quasi nihil abstinentiæ egisset, sanum validumque apparebat: divina enim ipse gratia sustentabatur: qui
E & in hora obdormitionis suæ ita speciosa vultu cernebatur, quasi Angelorum comitatu animam ejus stipatam intelligeremus. Sed & alia in eo admiranda Dei gratia visa est, quod totis quinquaginta abstinentiæ suæ annis vestem cilicinam, qua indutus fuerat, nunquam mutaverit: quæque ita ad finem usque vitæ ipsi servivit, ut etiam alii participes ejusdem vestis postea fuerint, quæ ei prius jam in-
F veterata usui fuerat.

Volo autem, carissimi, aliam quoque rem admiratione dignissimam, quam in senectute sua gessit, caritati vestræ enarrare: est enim intelligentibus ac spiritualibus viris vere admirabile, & plenum utilitatis atque compunctionis exemplum. Habuit beatus vir fratrem unicum, quo defuncto, filia ejus orphana relinqui-

tur. Quam quidem noti atque amici ipsius, A septem annos agentem, ad patruum ejus adducunt. Ipse vero quia in interiore sua cella reclusus degebat, eam in exteriore collocari jussit. Erat autem perexigua inter utramque cellulam fenestra, per quam edocebat eam Psalterium, & reliquas scripturas. Cum ipso quippe in divinis laudibus vigilabat, psalmosque concinebat: & sicut ille, ita & ipsa abstinentiam colebat: alacriterque in arrepto pietatis instituto proficiens, cunctas virtutes perficere nitebatur. Vir etenim beatus frequenter pro ea obsecrabat Deum, ut mentem in eum defixam retineret, neque rerum terrenarum curis implicaretur, eo quod pater ejus ex hac vita migrans, magnam pecuniarum vim ipsi reliquisset: quas illico vir Dei distribui pauperibus mandavit. Ipsa quoque assidue suum interpellabat patruum, dicens: Pater, rogo atque obsecro sanctitatem tuam, ut pro me C depreceris Dominum, ut ab absurdis ac pravis liberer cogitationibus, cunctisque inimici insidiis, ac diversis Diaboli laqueis eripiar. Sicque alacriter se exercens, servabat regulam ascetici sui instituti. Exultabat autem vir beatus, quod ita eam in optimo vitæ instituto, & alacritate, ac in mansuetudine, & erga Deum caritate cerneret proficientem. Viginti enim annis cum eo in abstinentia degens, velut optima agna, & im- D maculata columba, ei convixit.

Vigesimo autem annorum tempore expleto, cernens eam fraudulentus ac callidus serpens in virtutibus solitariæ vitæ excellere, ac cœlestia dumtaxat contemplari, vehementi invidiæ igne tabescebat, & insidias tendebat, ut illam irretiret: ac sic saltem beato viro mœstitiam anxietatemque incuteret, mentemque ipsius ob molestiam de ea conceptam aliquantu- E lum a Deo averteret. Et quemadmodum in primis parentibus, livore incensa maligna ac callida bestia serpentem pro instrumento ad decipiendum apto invenit, ut eos, qui in felicitate degebant, terram spinosam atque laboriosam incolere curaret: ita & hic aliquandiu explorans, invenit sibi vas ad perditionem præparatum. Erat enim quidam nomine dumtaxat monachus, qui studiose admodum prætextu colloquii F ad beatum virum concedere solebat: sed & beatam illam per fenestellam adspiciens, miser mente excœcatus, cum ea congredi cupiebat: insidiasque ipsi multo tempore tendebat, quasi ad unum usque annum, donec tandem inventa opportunitate, eam penitus a beata veri paradisi conversatione alienam reddidisset. Siquidem

Φανή· ταύτῳ λαβόντες οἱ γνωστοὶ αὐτῆς, ἤγαγον αὐτὴν εἰς τ̃ θεῖον αὐτῆς ἔτι ὕσαν ἐπαετῆ. Ὁ δὲ ἐκέλευσεν αὐτὴν εἶ εἰς τὸ ἐξώτερον κελλίον. αὐτὸς γὰρ ἦν κεκλεισμένος εἰς τὸ ἐσώτερον. ἦν δὲ θυρὶς μικρὰ ἀναμέσον αὐτῶν, δι' ἧς ἐδίδασκεν αὐτὴν τὸ Ψαλτήριον, καὶ τὰς λοιπὰς Γραφάς. μετ' αὐτῦ ἠγρύπνει καὶ ἔψαλλε, καὶ καθὼς ἐκεῖνος ἐνεκρατεύετο, ὁμοίως κἀκείνη. Προθύμως δὲ ἐπεσκόπησα ἐν τῇ ἀσκήσῃ, ἐπαιδεύθη πάσας τὰς ἀρετάς. καὶ πολλάκις παρεκάλεσε τ̃ Θεὸν ὁ μακάριος περὶ αὐτῆς, ἵνα χῇ τ̃ διάνοιαν αὐτῆς πρὸς αὐτὸν, καὶ μὴ δεσμεύθῃ ἐν τῇ μεριμνῃ τῶν γηΐνων πραγμάτων, ἐπειδὴ καὶ ὁ πατὴρ αὐτῆς πολλὰ πράγματα αὐτῇ καταλέλοιπεν. ἀλλὰ πᾶν χρῆμα ταῦτα αὐτὸς ἐκέλευσε δοθῆναι πτωχοῖς. Καὶ αὐτὴ δὲ παρεκάλει καθ' ἡμέραν τ̃ θεῖον αὐτῆς, λέγουσα· πάτερ, ἀξιῶ τ̃ σὴν ἁγιοσύνην, καὶ παρακαλῶ τὴν σὴν ὁσιότητα, εὔχεσθαι ὑπὲρ ἐμοῦ ἵνα ῥυσθῶ ἀπὸ τῶν ἀτόπων καὶ πονηρῶν λογισμῶν, καὶ πάσης μεθοδείας τ̃ Ἐχθρῦ, καὶ τ̃ ποικίλων παγίδων τ̃ Διαβόλου. Καὶ οὕτως προθύμως ἤσκει τηρῦσα τ̃ κανόνα τ̃ ἀσκήσεως αὐτῆς. ἠγαλλιᾶτο δὲ ὁ μακάριος βλέπων αὐτῆς τ̃ καλὴν πολιτείαν, καὶ προθυμίαν καὶ πραότητα καὶ πρὸς Θεὸν ἀγάπην· εἴκοσι δὲ ἔτη ἤσκησε μετ' αὐτῦ, ὡς ἀμνὰς καλὴ, καὶ περιστερὰ ἄσπιλος.

Πληρωθέντος δὲ τ̃ εἰκοστῦ ἔτους, βλέπων ὁ ἐν δολιότητι κακοῦργος ὄφις ταῖς τ̃ μονήρους βίου ἀρεταῖς ἐπερωμένην, καὶ τὰ οὐράνια ἀδολεσχοῦσαν, λαβρωτάτῳ πυρὶ καιόμενος ἐτήκετο, καὶ πρέσβευεν, ὅπως αὐτὴν παγιδεύσῃ, ὡς καὶ ἅπαξ ἔτως δωρηθῇ εἰς λύπην καὶ μέριμναν ἐμβαλεῖν τ̃ μακάριον, καὶ τῇ δι' αὐτὴν ἀδημονίᾳ ἀποστάσῃ τὴν διάνοιαν αὐτῦ ἀπὸ τ̃ Θεῦ. Καὶ ὥσπερ ἐπὶ τῶν πρωτοπλάστων φθόνῳ καιόμενος ὁ ἐν κακίᾳ φρόνιμος θὴρ ηὕρατο τ̃ ὄφιν ὄργανον πρὸς ἀπάτην, ὅπως ἐν μακαριότητι αὐλιζομένους, ἀκαταφθόρητον γῆν καὶ πολύμοχθον κατοικεῖν ἐμηχανήσατο· τοιγαροῦν σκοπήσας εὗρε κατηρισμένον σκεῦος εἰς ἀπώλειαν. Ἦν γὰρ τις ἔχων ὄνομα μοναχῦ, ὅστις ἀπεῖπε πρὸς τ̃ μακάριον προφάσει σωτυχίας μὴ ἀφεθῆς τελείους. ἐώρα δὲ τ̃ μακαρίαν διὰ τ̃ θυρίδος, καὶ σκοτωθεὶς τ̃ διάνοιαν ὁ δειλαῖος, ἔθελεν αὐτῇ σωτυχεῖν. καὶ πρόσβυε χρόνον ἱκανὸν, ὡς μέχρι ἐνιαυτοῦ, ἕως εὗρεν καιρὸν ἀλλοτρίωσε τῆς τ̃ ἀληθινῦ ὄντως ἀφθάρτου μακαρίας ἀναγωγῆς,

ὡς

ὡς γὰρ ὑπὸ τοῦ ὄφεως ἀπατηθεῖσα, ἤνοιξε τὴν θύραν τῆς κελλίου καὶ ἐξῆλθεν, ἀπάτῃ ὑπ' αὐτοῦ πονηροῦ δράκοντος ἐκπεσοῦσα τοῦ μεγέθους τοῦ θεοφιλοῦς καὶ καθαρᾶς παρθενίας. Ὥσπερ καὶ πρῶτοπλάστων γυμνωθέντων τοῦ καρποῦ, διηνοίχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἔγνωσαν ὅτι γυμνοὶ ἦσαν· ὁμοίως καὶ αὐτὴ, μὴ ὁ πράξασα τὴν ἁμαρτίαν, ἐξέστη τῇ διανοίᾳ καὶ ἀπήλπισε, καὶ περιεχίσατο τὴν χιτῶνα αὐτῆς τὸ τεῖχινον, καὶ ἔτυπτε τὸ πρόσωπον αὐτῆς, καὶ ἔθελεν ἑαυτὴν ἀποπνίξαι. Ἔλεγε γὰρ ἐν ἑαυτῇ, κλάυσα· ἐγὼ λοιπὸν τέθνηκα· καὶ ἀπώλεσα τὰς ἡμέρας μου, τὸν τῆς ἀσκήσεώς μου καὶ ἐγκρατείας καρπὸν, καὶ τὸν δακρύων πόνον· τὸν Θεὸν παρώξυνα· καὶ ἐμαυτὴν ἀπέκτεινα, καὶ τὸν ὅσιόν μου θεῖον εἰς πικροτάτην λύπην ἐνέβαλον, καὶ χλεύην τοῦ διαβόλου ἐγενόμην. Τί ἔτι λοιπὸν ἐγὼ ζῶ ἡ ἄθλία; οἴμοι, τί ἐποίησα; οἴμοι τί ἔπαθον; οἴμοι πόθεν ἔπεσον; πῶς ἐσκοτίσθη ἡ διάνοιά μου; πῶς ἐκλάπην ἀπὸ τοῦ Πονηροῦ; πῶς ἐνέπεσον, ὃ σωπῶ· πῶς ἠλίσθησα οὐκ ἔγνων· πῶς ἐμιάνθην οὐκ οἶδα. Ποῖον νέφος ἐκάλυψε τὴν καρδίαν μου, ἵνα μὴ κατανοήσω τί πράττω; πῦ κρυβήσομαι; πῦ ἀπελεύσομαι; εἰς ποῖον βόθρον ῥίψω ἐμαυτήν; πῦ ἡ νυθεσία τοῦ ὁσίου μου θεοῦ; πῦ ἡ διδασκαλία τοῦ ἑταίρου αὐτοῦ Ἐφραΐμ, ὅτε ἔλεγέ μοι, Πρόσεχε σεαυτῇ, καὶ διατήρησόν σου τὴν ψυχὴν τῷ ἀφθάρτῳ καὶ ἀθανάτῳ νυμφίῳ ἄσπιλον· ὁ γὰρ νυμφίος σου ἅγιός ἐστι καὶ ζηλωτής. οὐκ ἔτι τολμῶ ἀναβλέψαι εἰς τὸν οὐρανὸν, ἀπέθανον γὰρ ἀπὸ Θεοῦ, καὶ ἀπὸ ἀνθρώπων· ἀτενίσαι πρὸς τὴν θυρίδα ἐκείνῳ οὐ δύναμαι λοιπόν. Πῶς γὰρ ἐγὼ ἡ ἁμαρτωλὸς πάλιν λαλήσω, μετὰ τοῦ ἁγίου ἐκείνου; ἐὰν γὰρ καὶ λαλήσω, οὐχὶ πῦρ ἐξελθὸν ἀπὸ τῆς θυρίδος κατακαύσῃ με; κρεῖττον ἀπελθεῖν με μᾶλλον, ὅπου οὐδείς ἐστιν ὁ γινώσκων με· ἐπειδὴ καθάπαξ ἀπέθανον, καὶ οὐκ ἔτι μοι ἔτι ἐλπὶς σωτηρίας.

Ἀναστᾶσα οὖν ἀπῆλθεν εἰς ἑτέραν πόλιν, καὶ ἀλλάξασα τὸ σχῆμα αὐτῆς, ἔσχε καταγώγιον. Ἐν ᾧ τῷ συμβῆναι αὐτῇ τοῦτο, εἶδεν ὁ ὅσιος ἐν ὁράματι δράκοντα μέγαν καὶ φοβερὸν τῷ εἴδει, σειόμενον ἐν ἰσχύι, ὃς ἐξελθὼν ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ, ἐλθὼν ἕως τῆς κελλίου αὐτοῦ, καὶ βρῶν περιστερὰν κατέπιεν αὐτὴν, καὶ πάλιν ὑπέστρεψεν εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ. ἔξυπνος ὢν ὁ γέρων ὁ μακάριος ἐλυπήθη σφόδρα καὶ ἔκλαυσε, λέγων· μὴ ἄρα διωγμὸν ἐγείρει ὁ Σατα-

A Siquidem a ſerpente jam ſeducta atque decepta, januam cellæ ſuæ aperuit, & egreſſa eſt: fraude enim maligni draconis ab eminenti dilectæ Deo puriſſimæque virginitatis ſtatu elapſa eſt. Et ſicut primi parentes, ubi de fructu guſtaſſent, apertis oculis cognoverunt ſe eſſe nudos: ita & iſta, poſtquam peccatum admiſit, mente obſtupeſcens, in deſperationem ſe conjecit: conſcindenſque cilicinam veſtem, qua erat induta,
B faciem ſuam manibus verberabat, cupiens ſeipſam præfocare. Ajebat enim intra ſe, plangens: Ego jam me mortuam ſentio: dies enim meos, fructumque religioſæ exercitationis meæ & continentiæ, lacrymarumque laborem perdidi: Deum exacerbavi, meipſam interfeci, ſanctumque patruum meum amariſſimo mœrore affeci, & Diabolo ludibrio facta ſum. Quid eſt quod deinceps ego miſera atque infelix vivam? Hei mihi, quid
C feci? Hei mihi, quid fieri mihi paſſa ſum? Hei mihi, unde excidi? Quomodo mens mea obſcurata eſt? Quomodo a maligno decepta ſum? Non intelligo, quomodo elapſa ſim: quomodo ceciderim, neſcio: quomodo contaminata ſim, ignoro. Cujuſmodi nebula obtexit cor meum, ut quid egerim, conſiderare nequeam? Ubi abſcondar? quo me vertam? in quam foveam meipſam præcipitabo? Ubi ſunt monita beati mei patrui? ubi doctrina ſocii &
D amici ejus Ephraem? quando mihi dicere ſolebat: Attende tibi ipſi: & animam tuam incorruptibili atque immortali Sponſo tuo immaculatam conſerva. Nam Sponſus tuus ſanctus eſt & zelator. Non amplius in cœlum reſpicere audeo: nam apud Deum pariter & homines me jam mortuam eſſe cognoſco: neque feneſtram illam fixis intueri oculis deinceps valeo. Quomodo enim ego peccatrix rurſus cum
E ſancto illo viro loqui tentabo? & ſi id auſa fuero, nonne ignis per feneſtram erumpens illico me comburet? Satius igitur fuerit, me hinc alio abire, ubi nullus ſit, qui me agnoſcat: quoniam ſemel jam mortua ſum, nec ultra mihi ſpes ſalutis eſt reliqua.

Conſurgens ergo e veſtigio, perrexit in aliam civitatem, priſtinoque habitu mutato, ſe ibi in quodam diverſorio conſtituit. Quæ ruina dum huic feminæ accidiſſet, vi-
F ſio per ſomnium talis beato viro oſtenditur. Conſpexit ſiquidem draconem ingentem atque horribilem, & in fortitudine ſibilantem, qui quaſi ex loco ſuo egreſſus, devenit uſque ad cellam ejus, ibique columbam repertam devoravit, & rurſus ad ſuum locum reverſus eſt. Expergefactus autem vir beatus, contriſtatus eſt vehementer, flevitque amare; veritus, ne perſecutionem aliquam

Satanas adverſus ſanctam eccleſiam concitaret, ac multos a fide averteret : aut ne ſchiſma aliquod, vel hæreſis in Dei eccleſia exſurgeret. Quare Deum precatus eſt, dicens : Benigniſſime, qui univerſorum es præſcius, tu ſolus noſti, quid magna hæc ſibi velit viſio. Denuo autem poſt alios duos dies eundem vidit draconem ex loco ſuo prodeuntem, & in cellam ad ipſum ingredientem, caputque ſuum ſub pedibus ejus poſuiſſe, ac diſruptum fuiſſe ; columbam vero illam adhuc vivam & abſque læſione repertam. Protinus autem a ſomno experrectus, ſemel atque iterum Mariam vocabat, dicens : Evigila, cur pigreſcis atque torpeſcis ? hodie enim duo ſunt dies, ex quibus os tuum ad laudandum Deum non aperuiſti. Sed quum reſponſum ab ea nullum acciperet, totoque biduo eam non amplius pſallentem more ſolito audiret ; intellexit, ſuam quam conſpexerat viſionem, ad illam pertinere. Quare ſuſpirans flevit amare, dicens : Hei mihi, agnam meam lupus crudelis rapuit, & filia mea captiva effecta eſt. Extollenſque vocem ſuam, dixit : Chriſte Salvator mundi, converte agnam tuam Mariam in ovile vitæ, ut ſenectus mea cum mœrore ad inferos non deſcendat. Ne deſpicias deprecationem meam, Domine : ſed velocius gratiam tuam emitte, ut de ore draconis eam incolumem evellat. Duo itaque dies illi, quibus viſionem vidit, duorum annorum curriculum ſignificabant, quibus neptis ejus foris vitam egit. At ille diu noctuque pro ea Deum obſecrare non deſtitit. Duobus porro interlapſis jam annis, quum ubi eſſet, & quomodo ſe gereret, intellexit, rogabat quemdam ſibi notum ac familiarem, ut aliquem illuc mitteret, qui accurate omnia de illa cognoſceret, locumque ac vitam ejus notaret atque obſervaret. Abiens igitur ille, qui miſſus fuerat, omnia certo compertoque cognovit, eique, quomodo ipſam vidiſſet, & qualem vitam degeret, renunciavit, locumque deſignavit. Ipſe vero certior de ea factus, planeque edoctus, illam ipſam eſſe, curavit ſibi habitum militarem & equum deferri. Apertoque cellæ ſuæ oſtio egreditur, & habitu militari induitur, & galerum longum atque profundum capiti ſuo, quo facies velaretur, impoſuit: ſed & unum nummum ſecum ferens, equumque conſcendens, abiit. Quemadmodum autem explorator aliquis civitatem vel patriam quampiam explorare cupiens, habitum loci illius, ne facile ab incolis agnoſcatur, aſſumit : ſic quoque beatus Abraamius in alieno peregrinabatur habitu, ut inimicum in fugam verteret. Vere igitur admiratione dignus

A Σατανᾶς κτ᾽ τ ἁγίας ἐκκλησίας, καὶ πολλὺς
ἀποστήσῃ ἀπὸ τ πίστεως; μὴ ἄρα σχίσμα γένῃ
καὶ αἵρεσις ἐν τῇ τ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ; Εὐξάμενος
ὁ τῷ Θεῷ, εἶπε· Προγνώστα φιλάνθρωπε, σὺ
μόνος γινώσκεις τ ὅραμα τ μέγα τοῦτο. Πάλιν
δ᾽ μ᾽ δύο ἡμέρας εἶδεν αὐτὸν τ δράκοντα ἐξελ-
θόντα ἐκ τ τόπου αὐτοῦ, καὶ εἰσελθόντα εἰς τὴν
κέλλαν πρὸς αὐτὸν, καὶ θέντα ὑπὸ τὰς πόδας
B τ μακαρίου τ κεφαλὴν αὐτοῦ καὶ ἁρπάγην,
κ᾽ αἰρεθῆναι τ πτέρυγι ἐκείνῳ ζῶσαν μὴ ἔχου-
σαν πτῖλον. Εὐθέως ὁ ἔξυπνος γενόμενος, ἐκά-
λεσε Μαρίαν ἅπαξ καὶ δίς, λέγων· ἔγειρε, τί
ὤκνησας σήμερον δύο ἡμέρας ἀνοῖξαι τ στόμα
σου πρὸς δοξολογίαν Θεοῦ; Τῆς δ᾽ μὴ ἀποκει-
θείσης, δευτέραν γὰρ ἡμέραν εἶχε μὴ ἀκούων
κτ᾽ τ εἰωθὸς ψαλμῳδοῦσης αὐτῆς· τότε σωπῆσεν,
ὅτι τ ὅραμα, ὃ εἶδε, περὶ αὐτῆς ἐστι. καὶ στε-
νάξας ἔκλαυσε σφοδρῶς καὶ εἶπεν· οἴμοι τὴν
C ἀμνάδα μου ὁ δεινὸς λύκος ἥρπασε, κ᾽ τ τέκ-
νον μου αἰχμάλωτον γέγονεν. Ὑψώσας δ᾽ τ φω-
νὴν αὐτοῦ εἶπε· Σωτὴρ τ κόσμου Χριστὲ, ἐπί-
στρεψον τὴν ἀμνάδα σου Μαρίαν εἰς τὴν μάνδραν
τ ζωῆς, ἵνα μὴ κατέλθῃ τ γῆράς μου μ᾽ λύ-
πης εἰς ᾅδου. μὴ ὑπερίδῃς τ δέησίν μου, Κύριε,
ἀλλὰ πέμψον τ χάριν σου πάχιον, ἵνα σκεπά-
D σῃ αὐτὴν ἐκ στόματος τ δράκοντος. Ἐγένοντο δ᾽
αἱ δύο ἡμέραι, ἐν αἷς εἶδε τ ὅραμα, δύο ἔτη,
ἃ ἐποίησεν ἔξω ἡ ἀδελφιδῆ αὐτοῦ. Διετέλει
μέντοι νυκτὸς καὶ ἡμέρας βοῶν τ Θεὸν
περὶ αὐτῆς. Καὶ μετὰ δύο ἔτη ἠκούσθη αὐτῷ πᾶ
ὅτι καὶ πῶ ἀφύκῃ, καὶ προσκαλέσας ἕνα τῶν
γνωρίμων ἔπεμψεν ἐκεῖ, ἵνα ἀκριβῶς μάθῃ τὰ
περὶ αὐτῆς, σημειώσῃ τε τ τόπον, καὶ πῶς
E διάγῃ. ἀπελθὼν τοίνυν ὁ ἀποσταλείς, καὶ μα-
θὼν ἀκριβῶς, θεασάμενός τε καὶ αὐτὴν, ἐλθὼν
ἀπήγγειλεν αὐτῷ πάντα σημάνας, κ᾽ τ τόπον,
καὶ τὴν ἀγωγήν. Ὁ δ᾽ πεισθεὶς αὐτὴν εἶ
ἀληθῶς, εἶπεν ἐνεχθῆναι ἑαυτῷ στρατιωτικὴν
κ᾽ ἵππον. Καὶ ἀνοίξας τ θύραν τ κελλίου ἐξῆλ-
θεν, ἐνδυσάμενός τε τὸ στρατιωτικὸν σχῆμα, κ᾽
καμηλαύκιον βαθὺ ἐπὶ τ κεφαλῆς αὐτοῦ, κατα-
F καλύπτον τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ἔλαβε καὶ νόμι-
σμα ἓν μεθ᾽ ἑαυτοῦ, καὶ καθίσας ἐπὶ τ ἵππου
ἀπῆει. Ὥσπερ δέ τις κατάσκοπος, βουλόμενος
κατασκοπῆσαι πόλιν, ἢ πατρίδα, τ ἐκεῖ οἰ-
κούντων φέρει τὸ σχῆμα πρὸς τὸ λαθεῖν τοὺς οἰ-
κήτορας· οὕτως καὶ ὁ μακάριος Ἀβραάμιος ἐν
σχήματι ἀλλοτρίῳ ἐπεδήμησεν, ἵνα τ ἐχθρὸν
ἐκπώσῃ. Οὕντως θαυμάσαι ἄξιον τ θαυμα-
στὸν

ςὸν τῦτον δεύτερον Ἀβραάμ. ὁ μὲν γὰρ πρῶτος ἐξελθὼν εἰς τ̓ πόλεμον τ̃ βασιλέων, καὶ παίξας αὐτὰς, ἀπέςρεψεν Λὼτ τ̓ ἀνεψιὸν αὐτῦ· ὁμοίως καὶ ὁ δεύτερος ἕτος Ἀβραάμ, ἐξελθὼν εἰς πόλεμον κτ̓ τ̃ Διαβόλε, καὶ νικήσας αὐτὸν, ἀπέςρεψεν τὴν ἀνεψιὰν αὐτῦ. Παραγενόμενος τοίνυν εἰς τ̓ τόπον, κὴ εἰσελθὼν εἰς τ̃ πανδοχεῖον, καὶ παλύσας, περιεβλέπετο ᾧδε κἀκεῖ τ̃ ἰδεῖν αὐτήν. εἶτα προελθόσης ὥρας πολλῆς, καὶ μὴ θεασάμενος αὐτὴν, ὑπομειδιάσας εἶπε τῷ πανδοχεῖ· φίλε, ἤκεσα ὅτι ἔχεις ᾧδε κόρην καλὴν, καὶ ἡδέως αὐτὴν ἐώρων. ὁ δὲ πάνδοξ ἰδὼν τ̓ ἡλικίαν τ̃ πολιᾶς αὐτῦ, κατέγνω αὐτῦ. εἶτα ἀποκριθεὶς εἶπεν, ἔςι καὶ πάνυ ὡραία. ἦν δὲ ἡ Μαρία ὑπὲρ φύσιν περικαλλής. Εἶφη δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ μακάριος, κὴ τίς καλεῖται; ὁ δὲ λέγ̣ αὐτῷ, Μαρία. Τότε φαιδρῷ τῷ προσώπῳ λέγ̣ πρὸς αὐτὸν, Κάλεσον αὐτὴν, ὅπως δὴ φρανθῶμεν μετ̓ αὐτῆς σήμερον, πάνυ γὰρ ἀπ̓ τ̃ ἀκοῆς ἠράθην αὐτῆς. Ἡ δὲ κληθεῖσα ἦλθε πρὸς αὐτὸν, καὶ ὡς εἶδεν αὐτὴν εἰς τ̓ καλλωπισμὸν ἐκεῖνον καὶ τ̃ πορνικὸν σχῆμα, σχεδὸν ὅλον αὐτῦ τ̃ σῶμα καὶ πᾶσα ἡ ἔκτασις δάκρυον ἐγένετο. ἀλλὰ τῇ φιλοσοφίᾳ τ̃ τῇ ἐγκρατείᾳ, ὥσπερ ὂν ἀδύτοις, κατέςειλεν ἑαυτὸν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῦ, ὑπὲρ τ̓ μὴ νοήσασαν αὐτὴν ἀποφυγεῖν. Καθημένων δὲ αὐτῶν καὶ πινόντων, ἤρξατο προσλαλεῖν αὐτῇ ὁ μακάριος, ὡς ἂν ἡ ἐρασὴς ἀναύσῳ πυρὶ φλογιζόμενός τις. ὥσπερ ἦτος ὁ μακάριος κραταιὸς τῷ ἀλκὶ ἀνταγωνισάμενος, κὴ λαβὼν τ̓ αἰχμάλωτον ἀποκατέςησεν εἰς τὴν τ̃ Χριςῦ παράδ̣. Τῦ δὲ μακαρίυ προσλαλῦντος, ἀναςᾶσα καὶ περιλαβῦσα κατεφίλει τ̓ τράχηλον αὐτῦ. καταφίλησα δὲ αὐτὸν ὡσφράνθη τ̓ χρωτῶν τ̃ ἀγγελικῆς αὐτῦ πολιτείας, καὶ ἐμνήθη τ̃ ἀχρῆμα τ̃ ἀσκήσεως αὐτῆς, καὶ ςενάξασα εἶπεν. ἀβάλη μόνη. Ὁ δὲ πανδοχεὺς ἐκπλαγεὶς ἔφη πρὸς αὐτὴν, κυρία Μαρία, δἰ ἑτῶ χρόνον ἔχεις, καὶ ὀφέποτέ σε ἤκεσα ςεναγμὸν, ἢ λόγον τοιῦτον. νῦν οὖν τί σοι γέγονεν; Ἡ δὲ ἔφη· εἴθε ἀπέθανον πρὸ τριῶν ἐτῶν, κὴ μακαρία ἤμην. Καὶ βὐθέως ὁ μακάριος, ἵνα μὴ ὑπολάβῃ αὐςηρὸς, λέγ̣ πρὸς αὐτήν· νῦν ἐπὶ ἐμοῦ ἐμνήθης τῶν ἁμαρτιῶν σε; ἆρα οὐκ εἶπεν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς, φαίνε) ἡ ἰδέα αὐτῦ ὡς ἡ ἰδέα τ̃ θείυ μυ; Ἀλλ̓ ὁ μόνος φιλάνθρωπος καὶ πάνσοφος Θεὸς ἕτως ᾠκονόμησε τ̃ μὴ ἐπιγνῶναι αὐτὸν καὶ φοβηθεῖσαν ἀποδρᾶσαι. Ὁ δὲ βὐθέως ἐκβαλὼν τὸ νόμισ-

A gnus eſt egregius hic ſecundus Abraham. Siquidem primus Abraham ad Regum prælium exiens, percutienſque illos, Lot nepotem ſuum revocavit: & hic ſimiliter ſecundus Abraham contra Diabolum ad bellum perrexit, eoque ſuperato, neptem ſuam reduxit. Poſtquam ergo ad locum appuliſſet, in hoſpitium divertit, ubi ſollicitis curis huc illucque circumſpiciens, ut eam videret adnitebatur. Deinde quum B jam multa hora præteriiſſet, videndique ipſam occaſio non tribueretur, ſubridens dixit ad hoſpitem: Audivi, o amice, quod hic pulchram habeas puellam, quam libenter perviderem. Hoſpes autem quum ætatis ejus cerneret canitiem, ipſum coarguit: deinde ſic ei reſpondit: Eſt hic quædam, & quidem ſupra modum ſpecioſa. Erat quippe Maria hæc pene ultra quam natura fert, formæ pulchritudine decora. Quumque beaC tus nomen puellæ requireret; Mariam nuncupari ille reſpondit. Tunc hilari vultu: obſecro, inquit, mihi accerſas illam, ut hodie cum ea epulari poſſim atque exhilarari: valde enim, vel ex auditu, amore ejus captus ſum. Quæ quum vocata jam adeſſet, atque in laſcivo ornatu habituque meretricio eam conſpexiſſet, parum abfuit, quin totum ipſius corpus ac ſubſtantia in lacrymas ſolveretur: quas tamen D ſapienti ac forti conſilio repreſſit, ne, ſi forte illum femina agnoviſſet, fugæ conſilium illico captaret. Reſidentibus ergo illis, atque bibentibus, cœpit cum ea loqui vir beatus, tamquam amator quiſpiam inextinguibili amoris igne flagrans: ſic enim ſanctus ille fortiter ſe Diabolo opponens, captivam eam accepit, & in Chriſti thalamum reſtituit. Illo autem cum ea colloquente, ipſa conſurgens, & complexa collum E ejus, oſculis eum excipiebat. Quumque jam inter oſculandum odorata eſſet ejus corpus ſuaviſſimo Angelici inſtituti odore fragrare, recordata eſt aſceticæ vitæ ſuæ: quare vehementer ingemuit, dicens: Væ mihi miſeræ ſoli. Hoſpes autem obſtupefactus, ait ad eam: domna Maria, duorum annorum jam ſpatio hic degis, & nunquam talia tua ſuſpiria, aut verba audivi: nunc autem quid tibi accidit? Ad quem illa: Beata, inquit, eſſem, F ſi ante triennium defuncta fuiſſem. Confeſtimque beatus ille, ne auſterior videretur, ait ad illam: modo, me præſente, tu peccata tua in memoriam revocare incipis? Putaſne puellam non dixiſſe in corde ſuo: quomodo aſpectus viri iſtius, formam refert mei patrui? Ceterum qui ſolus benigniſſimus & ſapientiſſimus eſt Deus ita diſpoſuit, ne ipſa illum agnoſceret, timoreque perculſa fortaſſe aufugeret.

Gen. 14.

geret. Proferens itaque beatus ſenex mox nummum, dedit eum hoſpiti, dicens ipſi: Para nobis bonam cœnam, ut cum hac puella hodie epulari ac lætari liceat: longo enim itineris intervallo, amore illius huc adveni. O vere ſecundum Deum ſapientiam! o intellectum ſpiritalem! o aſtutam ſupplantationem Diaboli, & reconciliationem animæ! o prudentiam draconi exitialem, & animæ illuminatricem! Qui totis quinquaginta ſuæ religioſæ exercitationis annis panem non guſtaverat, nunc carnes, ut animam a Diabolo captam revocaret, comedit. Chorus ſanctorum Angelorum ſuper hac beati iſtius indiſcretione, aut potius magnanimitate ſolertiaque, vehementer obſtupuit; quod ita alacriter & ſine ulla hæſitatione comedit & bibit, concludens & ipſe dictum illud Euangelicum: Hodie lætari & gaudere oportet, quia hæc filia mea mortua erat, & revixit; perierat, & inventa eſt. O ſapientia ſapientum, & intellectus intelligentium! o ſtupendum miraculum, & dignam admiratione indiſcretionem, & quavis accurata diſcretione eminentiorem: qua ex venenatis draconis dentibus animam eripuit atque ſalvavit. Poſtquam igitur jam ſimul epulati ſunt, ait puella: Surge, Domine, & ad cubandum in cubiculum introëamus. At ille: intremus, inquit. Ingreſſuſque, videt lectum altum ſtratum, aſcendenſque alacriter conſedit ſuper eum. Quo pacto te appellem, aut quomodo te nominem, o perfecte Chriſti vir, equidem ignoro. Continentem ne te dicam, an incontinentem? ſapientem, an inſipientem? diſcretum, an indiſcretum? qui per annos quinquaginta religioſæ converſationis tuæ ſuper unam ſtoream dormiviſti, quanta cum alacritate ad ſedendum ſuper lectum aſcendiſti? Hæc omnia ad laudem Chriſti, & gloriam venerabilis inſtituti tui feciſti: manſionum quippe iter prolixum arripuiſti, carnes manducaſti, vinum bibiſti, & in hoſpitium divertiſti, ut animam perditam ſalvares. At nos, quia puſillanimes ſumus, ſi ſaltem verbum utile cum proximo loqui volumus, ſubito importune cuncta diſcernimus.

Luc. 15.

Conſidente itaque ipſo ſuper lectum, ait ad eum puella: Veni, ac permitte, Domine, ut calceamenta tibi extraham. Ille vero ad eam: obſera ac muni, inquit, bene oſtium; & tunc veni, eaque abſtrahe. Nitebatur autem illa prius diſcalceare ipſum: ſed quum id ille non pateretur, tunc foribus diligenter obſeratis venit ad eum. Beatus autem ad illam: Domna, inquit, Maria, accede ad me. Quumque acceſſiſſet ad ipſum, tenuit eam firmiter per manum, ita ut non poſſet eum effugere. Tollens quoque

A νόμισμα, δίδωσιν αὐτὸ τῷ πανδοχεῖ, καὶ λέγει αὐτῷ· ποίησον ἡμῖν δεῖπνον καλὸν, ἵνα εὐφρανθῶμεν σήμερον μετὰ τ κόρης ταύτης· μηκόθεν γὰρ δι' αὐτὴν ἔρχομαι. Ω᾽ σοφία ὄντως χ̄ῡ Θεόν. ὦ σύνεσις πνευματική. ὦ πανουργία καὶ πέρνισμὸς Διαβόλου, καὶ ἱλασμὸς ψυχῆς. ὦ σοφία, δηλητήριον δράκοντος, καὶ ψυχῆς φωτιστήριον. ὁ ἐν τοῖς πεντήκοντα ἔτεσι τ ἀσκήσεως, ἄρτου μὴ γευσάμενος, κρεῶν μετέλαβεν, B ἵνα τὴν ἐκ τοῦ Διαβόλου ἁρπασθεῖσαν ψυχὴν ἀνακαλέσηται. Ο᾽ χορὸς τῶν ἁγίων ἀγγέλων ἐν τῷ οὐρανῷ ἐξέστη ἐπὶ τούτου τ μακαρίου τ ἀναφοείας, μᾶλλον δὲ μεγαλοψυχίας καὶ δραματουργίας, ὡς ἐθαύμασε καὶ ἀδιακρίτως ἤσθιε καὶ ἔπινεν, ἐπιλέγων καὶ αὐτὸς τὸ ἐν εὐαγγελίοις· σήμερον δεῖ εὐφρανθῆναι καὶ χαρῆναι, ὅτι ἡ θυγάτηρ μου αὕτη νεκρὰ ἦν, καὶ ἀνέζησε· καὶ ἀπολωλυῖα, καὶ εὑρέθη· Ω᾽ σοφία τ σοφῶν, C καὶ σωφρόνων τ σωφρονῶν. Ω᾽ ἐθαυμάσθης πράγματος ἀξία, ἡ θαυμαστὴ ἀδιαφορία, ἡ ἀνωτέρα πάσης ἀκριβοῦς ἀγωγείσεως, δι' ἧς ἐκ τῶν ἰοβόλων τ δράκοντος ὀδόντων ἁρπάσας ἔσωσε ψυχήν. Μετὰ δὲ τοῦτο εὐφρανθῆναι αὐτούς, εἶπεν ἡ κόρη· ἀναστὰς, Κύριε, εἰσελθόντες καθεύδησωμεν· ὁ δὲ εἶπεν, εἰσέλθωμεν. Εἰσελθόντων δὲ D αὐτῶν, ὁρᾷ κλίνην ὑψηλὰς ἐστρωμμένην, καὶ ἀνελθὼν ἐθαύμως ἐκάθισεν ἐπ᾽ αὐτῆς. Πῶς σε καλέσω, ἢ πῶς σε ὀνομάσω, ὦ τέλειε τοῦ Χριστοῦ ἄνθρωπε, οὐκ οἶδα· ἐγκρατῆ, εἴπω σε, ἢ ἀφάφορον; σοφὸν ἢ ἄσοφον; ἀφανείτικον ἢ ἀδιάκριτον; ὃς εἰς πεντήκοντα ἔτη χρόνον τ ἀσκήσεως αὐτοῦ ἑνὶ φιαδίῳ καθεύδησας, μεθ' οἵας ἐθυμίας ἐκάθισας ἐπὶ κλίνης; Πάντα ταῦτα ἐποίησας εἰς δόξαν Χριστοῦ, καὶ ἔπαινον τ θεοτιμήτου σου πολιτείας. μονὰς ἐβάδισας, κρεῶν μετέλαβες, οἶνον ἔπιες, καὶ εἰς πανδοχεῖον κατήχθης, ἵνα σώσῃς ψυχὴν ἀπολυμμένην. Ἡμεῖς δὲ ὀλιγόψυχοι ὄντες, εἰς ἀφάκειαν ἄκαιρον ἐρχόμεθα, κἂν λόγον ὠφέλιμον λαλῆσαι τῷ πλησίον.

Καθημένου τοιγαροῦν ἐπὶ τ κλίνης, ἔφη πρὸς αὐτόν· δεῦρο, Κύριε, ἐπάρω τὰ ὑποδήματά σου. Ο᾽ δὲ πρὸς αὐτὴν εἶπεν· ἀσφάλιζε τὴν θύραν, καὶ δεῦρο, λαβὲ αὐτά. ἡ δὲ ἐπεχείρησε πρότερον λῦσαι αὐτόν. ὁ δὲ οὐκ ἠνέσχετο. τότε ἀσφαλισαμένη τὴν θύραν ἦλθε πρὸς αὐτόν· καὶ λέγει πρὸς αὐτὴν ὁ μακάριος· κυρία μου Μαρία, ἔγγισόν μοι. τῆς δὲ ἐγγισάσης ἐκράτησεν αὐτὴν, ὡς μὴ δύνασθαι αὐτὴ ἀποδρᾶσαι.

came-

καὶ

καὶ ἐπάρας ὁ καμηλαύκιον ἀπὸ τ κεφαλῆς αὐ-
τῦ, καὶ σωδακρυόμενος εἶπε πρὸς αὐτήν· τέκ-
νον μυ Μαρία, ὐ γινώσκεις με; ὐκ ἐγώ εἰμι ὁ
πατήρ συ Ἀβραάμιος; τέκνον μυ, ὐ γνωρίζεις
με; ὐκ ἐγώ εἰμι ὁ ἀναθρέψας σε; τί σοι
ἐγένετο, ὦ τέκνον μυ; ποῦ ὁ ἡμῶν ὁ ἀγγελι-
κὸν, ὃν εἶχες, ὦ τέκνον μυ; ποῦ τὰ δάκρυα;
ποῦ ἡ ἀγρυπνία ἡ μετὰ πόνυ ψυχῆς καὶ καρ-
δίας συντετειμμένης; ποῦ ἡ χαμαικοιτία καὶ ἡ
συνεχὴς γονυκλισία; πῶς ἀπὸ τ ὕψυς τ οὐρα-
νῦ εἰς τ τ ἀπωλείας βόθρον κατηνέχθης; διὰ
τί ὐκ ἐδήλωσάς μοι, ὅτι καταγὶς ᾅδυ κα-
τήντησέ σοι; καὶ ὢν, μετὰ τ Ἐφραΐμ, ἐβόη-
σα ποὸς τ δυνάμενόν σε σώζειν ἐκ θανάτυ.
Διατί ὁ καθόλυ ἀπογνῦσα προέδωκας ἑαυτὴν
τῷ Διαβόλῳ; διατί ἐγκατέλιπές με, καὶ εἰς
ἀφόρητον λύπην κατήγαγές με; τίς γὰρ ἀνα-
μάρτητος ἐν ἀνθρώποις, ὦ τέκνον μυ, εἰ μὴ
εἷς ὁ Θεός; Ἡ ὃ ἐκπλαγεῖσα ἀπηνεώθη, μὴ
δυναμένη διχρᾶ προσώπον, ὡς ἔμεινεν, ὥσπερ
λίθος, ἄνυς εἰς τὰς χεῖρας αὐτῦ, ἀμηχάνῃ τε καὶ
φόβῳ κρατηθεῖσα. Ὁ ὃ μακάριος ἐπέμψε με-
τὰ δακρύων, λέγων αὐτῇ· ὐ λαλεῖς μοι, τέκνον
μυ Μαρία; ὐ διὰ σε ὀδυνώμενος ἦλθον ἐνταῦ-
θα, ὦ τέκνον μυ; ἐπ' ἐμοὶ ἡ ἁμαρτία συ,
τέκνον. ἐγὼ ἀπολογῦμαι τῷ Θεῷ ὑπέρ συ ἐν
τῇ ἡμέρᾳ τ κρίσεως. ἐγὼ μετανοῶ ὑπὲρ τ ἁ-
μαρτίας συ ταύτης. μέχρι ὃ μεσονυκτίυ ἤτως
παρεκάλει αὐτὴν καὶ ἐνυθέτει. Ἡ ὃ λαβῦσα
μικρὰν παῤῥησίαν, ἔφη ποὸς αὐτὸν, λέγυσα·
εἰς σὲ ἀτενίζειν ὐ δυνάμαι διὰ τ αἰσχύνην τ
προσώπυ μυ· πῶς ἐπικαλέσομαι τ ἅγιον
ὄνομά τ Χριςῦ μυ, ὅτι ἐν τῇ ἀκαθαρσίᾳ τῦ
βορβόρυ ἐμιάνθην. Λέγει ποὸς αὐτὴν ὁ μακά-
ριος· ἐπ' ἐμὲ ἡ ἁμαρτία συ, τέκνον μυ, ἐκ
τῶν χειρῶν μυ ἐκζητήσει ὁ Θεὸς ταύτην τ
ἁμαρτίαν συ. μόνον σὺ ἄκυσόν μυ, καὶ δεῦρο,
ἀπέλθωμεν εἰς τ τόπον ἡμῶν. Ἰδὺ γὰρ καὶ ὁ
ἀγαπητὸς ἡμῶν Ἐφραΐμ κλαίει σοί σε, καὶ
παρακαλεῖ τ Θεὸν ὑπέρ συ. Τέκνον παρακα-
λῶ σε, ἐλέησον τ γῆράς μυ, καὶ κατοικτείρη-
σον τὰς πολιάς μυ· τέκνον μυ ἀγαπητὸν, δέο-
μαί συ, ἀναστᾶσα ἀκολύθῃ μοι. Ἡ ὃ ἔφη
ποὸς αὐτόν· ἐὰν τ μετάνοιάν μυ δέξηται ὁ Θεὸς,
ἔρχομαι. προσεύξωμαι ὃ καὶ παρακαλῶ τ σὴν
ὁσιότητα, καὶ καταφιλῶ τὰ ἴχνη συ τὰ ἅγια,
ὅτι ὕτως ἀσπλαγχνίσθης εἰς ἐμὲ, καὶ ἦλθες
ἐνταῦθα, ἵνα ἐκσώσῃς με ἐκ τ τ Διαβόλυ
παγίδος. Καὶ θεῖσα τ κεφαλὴν αὐτῆς ἐπὶ τὺς

A camelaucium, seu galerum, e capite suo, & in lacrymas prorumpens dixit ad eam: Filia mea Maria, non me agnoscis? nonne ego sum pater tuus Abraamius? numquid tibi notus sum, filia mea? nonne ego sum, qui te educavi? Quid tibi nunc accidit, o filia mea? Ubi est habitus ille Angelicus, quem antea habuisti, o filia mea? Ubi lacrymæ? ubi vigiliæ, quæ cum dolore animi, & cordis contritione erant? Ubi
B humicubationes, & assiduæ genuflexiones? Quo pacto a cœli celsitudine in hoc perditionis barathrum præcipitata es? Cur non indicasti mihi, quando inferni procella invasit te? Et ego sane una cum Ephraemo clamassem ad eum, qui potest ex morte salvare. Quare, tamquam omnino tuam salutem desperans, ita te Diabolo tradidisti? Quare sic me deseruisti, & in hunc mœrorem
C intolerabilem deduxisti? Quis autem inter homines absque peccato est, o filia mea, nisi solus Deus? Illa vero obstupefacta, obmutuit, nec vultum attollere poterat; verum lapidis instar immobilis, & veluti amens in manibus ejus remansit, confusione pariter atque timore oppleta. At beatus senex iterum cum lacrymis appellabat eam, dicens: Non mihi loqueris, filia mea Maria? nonne tua causa mœstus ac dolens huc adveni, o filia
D mea? Super me sit peccatum tuum, o filia. Ego pro te in die judicii Deo respondebo. Ego pro tuo hoc peccato pœnitentiam agam. Sicque ad mediam usque noctem eam consolabatur, & admonebat. Illa autem quum parumper fiduciam accepisset, sic ad eum loquuta est: Si in te respicere ob confusionem vultus mei nequeo; quo pacto immaculatum Christi mei nomen, dum ita cœno immunditiæ contami-
E nata sum, invocare audebo? Et beatus vir ad eam: Super me sit, inquit, peccatum tuum, o filia mea: ex meis manibus Deus peccatum hoc tuum requiret: tantummodo tu me ausculta, & veni, concedamus pariter in locum nostrum. Ecce enim & carissimus noster Ephraem vices tuas dolet ac plangit, & pro te Dominum deprecatur. Quare senectutis meæ miserere, & canitiei meæ compatere, filia
F mea, obsecro; & jam consurgens, sequere me, filia mea dilecta. Illa vero ad eum: Si pœnitentiam, inquit, meam suscipiet Deus, tecum veniam. Procido autem ac supplico sanctitati tuæ, sanctaque vestigia tua osculor, quod ita pietatis tuæ viscera in me demonstraveris, & huc, ut ex laqueo Diaboli me eriperes, adveneris. Ponensque ca-

put ſuum ad pedes ejus, tota plangebat nocte, dicens: Quid tibi, Domine, pro his omnibus retribuam? Diluculo autem jam facto, dicebat ad eam beatus ſenex: exſurge, filia, & hinc abeamus. Quæ reſpondens, ajebat ad ipſum: Habeo hic aliquantulum auri, ac paucas veſtes; & quid de iis a me fieri jubes? Cui vir beatus: Relinque illa hic: nam omnia iſta, pars maligni ſunt. Et ſurgentes confeſtim exierunt: illamque equo imponens trahebat, lætus præcedens. Et ſicut paſtor quando ovem perditam reperit, eam ſuper humeros ſuos tollit: ita beatus iſte gaudens in corde ſuo iter peragebat. Quumque ad proprium jam locum perveniſſet, illam quidem in interiore cella recluſit; ipſe vero in exteriore permanſit. Ubi illa cilicio induta, in ſumma animi humilitate, & multis lacrymis perſiſtebat: & ſeipſam aſſiduis vigiliis, arctiſſimiſque continentiæ laboribus conficiebat, alacriter pœnitentiæ ſcopum perſequens, & audacter Deo procidens, ſupplicanſque. Vere hæc ſincera erat pœnitentia. Vere medicina, & reparatio animæ. Per ejuſmodi certamen cunctos oporteret confiteri ac gratias agere Deo. Quis enim ita lapideo ac duro eſt corde, qui quum flebilem ac lamentabilem ejus vocem audiat, ipſe quoque non compungatur ad laudandum Deum? Siquidem noſtra reſipiſcentia cum ejus pœnitentia comparata, umbra dumtaxat quædam & imaginatio eſt. Tali namque patientia, & ſtudio atque ſollicitudine indefinenter recurrebat ad Deum, petens ſibi ſignum dari, quod ejus pœnitentia accepta fuiſſet. Benigniſſimus itaque ac clementiſſimus Deus dona curationum ei ad certitudinem acceptæ pœnitentiæ ipſius conceſſit.

Vixit porro beatus vir alios adhuc annos decem: cerneuſque ſinceram illius pœnitentiam, & inſignem animi alacritatem, glorificabat & magnificabat Deum: & ſic in bona ſenectute quievit vere ſanctus ac ſervus Dei, curſumque vitæ conſummavit, quum eſſet annorum ſeptuaginta: ex quibus, quinquaginta in aſcetico vitæ inſtituto magna cum alacritate, & certamine admirabili, in humilitate & caritate peregit, perſonam hominis non accipiens, ſicut apud plurimos fieri eſt ſolitum, ut unum quidem honore præferant, alium vero contemnant. Et tanto quidem temporis intervallo nunquam prorſus in ſuo religioſo inſtituto obtorpuit, ſegniuſque egit, neque unquam regulam optimæ vitæ ſuæ mutavit: ſed ita ſemper conſtitutus erat, quaſi quotidie moriturus.

Hæc fuit converſatio beati Abraamii:

hæc

A πόδας αὐτῦ, ἔκλαυσεν ὅλην τὴν νύκτα, λέγουσα· τί ἀνταποδώσω σοι περὶ πάντων τούτων, Δέσποτα; Ὄρθρου δὲ γενομένου, λέγει πρὸς αὐτὴν ὁ μακάριος· τέκνον μου, ἀνάστα, ἀπέλθωμεν. Ἡ δὲ ὑπακούσασα ἔφη πρὸς αὐτόν· ἔχω ἐνταῦθα ὀλίγον χρυσίον καὶ ἱμάτια, καὶ τί κελεύεις περὶ τούτων; Ἔφη πρὸς αὐτὴν ὁ μακάριος· ἔασον αὐτὰ ἐνταῦθα· πάντα γὰρ ταῦτα μερίς ἐστι τοῦ Πονηροῦ. καὶ ἀναστάντες ἐξῆλθον

B σὺν ἁρματηλάτῃ. ἀνεβίβασεν αὐτὴν ἐπὶ τὸν ἵππον, αὐτὸς δὲ εἵλκυεν ἔμπροσθεν αὐτῆς ἀγαλλόμενος. Καὶ καθάπερ ποιμὴν, ὅταν εὕρῃ πρόβατον ἀπολωλός, αἴρει αὐτὸ ἐπὶ τῶν ὤμων αὐτοῦ· οὕτως ὁ μακάριος χαίρων τῇ καρδίᾳ ἐβάδιζε. καὶ ὡς ἦλθον ἐπὶ τὸν τόπον, αὐτὴν μὲν ἐνέκλεισεν εἰς τὸ ἐσώτερον κελλίον, ἔμεινε δὲ αὐτὸς εἰς τὸ ἐξώτερον. Ἡ δὲ μετὰ σάκκου, καὶ ταπεινώσεως, καὶ

C δακρύων πολλῶν, καὶ ἀγρυπνίας, καὶ ἐγκρατείας, ἀκεβῶς καὶ προθύμως τὸν τῆς μετανοίας σκοπὸν ἐξήνυσεν, ἀναβοῶσα δεομένη καὶ προσπίπτουσα τῷ Θεῷ. Οὕτως ποιοῦσι ἀληθὴς μετάνοια. Οὕτως θεραπεία καὶ ἀνακαίνωσις ψυχῆς. Διὰ ποιότητος ἀγῶνος ἔδει πάντας ἐξομολογεῖσθαι τῷ Θεῷ. Τίς γὰρ τοσοῦτο λίθινος ἦν καὶ σκληρὸς τὴν καρ-

D δίαν, ἀκούσας τὴν φωνὴν τοῦ κλαυθμοῦ αὐτῆς, καὶ οὐ κατενύγετο δοξάζων τὸν Θεόν; Πρὸς γὰρ τὴν ἐκείνης μετάνοιαν, σκιὰ καὶ φάντασμά ἐστιν ἡ ἡμετέρα. τοιαύτῃ γὰρ ὑπομονῇ, καὶ ποιότητι, καὶ ἀγωνίᾳ ἀπαραλείπτως προσῆλθε τῷ Θεῷ, αἰτουμένη τεκμήριον, εἰ δεκτὴ γέγονεν ἡ μετάνοια αὐτῆς. Οὕτω καὶ ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς χάρισμα ἰαμάτων ἐδωρήσατο αὐτῇ πρὸς πληροφορίαν τῆς δι' ὅλου δεκτῆς αὐτῆς μετα-

E νοίας.

Ἔζησε δὲ ὁ μακάριος ἄλλα ἔτη δέκα, θεωρῶν αὐτῆς τὴν εἰλικρινῆ μετάνοιαν, καὶ τὴν ἀξαίρετον αὐτῆς προθυμίαν, καὶ δοξάζων τὸν Θεὸν καὶ μεγαλύνων, ὅτως ἀνέπαυσε ἐν γήρει καλῷ ὄντως ὅσιος καὶ δοῦλος τοῦ Θεοῦ. ἐτελειώθη δὲ ὢν ἐτῶν ὁ· ἀσκήσας ἔτη ν'. μετὰ προθυμίας μεγάλης καὶ ἀγῶνος θαυμαστοῦ, ἐν ταπεινοφροσύνῃ καὶ

F ἀγάπῃ ἐπλήτει, μὴ λαβὼν πρόσωπον ἀνθρώπου, ὃ πέφυκε πολλοῖς γίνεσθαι, τὸ μὴ θλιβῆναι, τὸ δὲ ἀπελίζειν. ἐν δὲ τοσούτῳ χρόνῳ ἀσκήσεως, μὴ ῥαθυμήσας ποτὲ τὸ παράπαν, μηδὲ ἀμελήσας τὸν κανόνα τοῦ ἀείτου βίου, ἀλλὰ ὅτως διέκειτο, ὡς καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκων.

Αὕτη ἡ ἀναγωγὴ τοῦ μακαρίου Ἀβραμίου,

τοῦ

ἡ αὕτη ἡ πολιτεία ὑπερθεάρεος, καὶ τὰ ἆθλα δ ὑπομονῆς. καὶ ὥσπερ δορκὰς ἐκ βρόχων, ἐξῆλθε δ φθαρτῆ νυμφῶνος. μηδ' ὅλως εἴασεν ἐξιέναι τ' ἐρρὸν αὐτῆ καὶ ἀδάμαντα λογισμὸν μετεωρισθῆναι εἰς τὰ ὀπίσω, ἢ ἐν τοῖς δ κώμης πειρασμοῖς αὐτῷ πολλαχῆ ἐχθρῆ ἐπενεχθεῖσι πολεί- A
Matth. 17. *minis venientem in gloria ſua. Et poſt dies ſex aſſumpſit Simonem Petrum, & Jacobum, & Joannem fratrem ejus in montem excelſum valde: & transfiguratus eſt ante eos. Et reſplenduit facies ſicut ſol; veſtimenta autem ejus facta ſunt alba, ſicut lux.* Viri etenim, quos dixit non guſtaturos mortem, donec videant figuram adventus ejus, hi ſunt, quos aſſumtos duxit in montem, & oſtendit eis, quo pacto venturus ſit in die noviſſimo in gloria divinitatis, & in corpore humanitatis ſuæ. Duxit autem ipſos montem, ut eis demonſtraret, quiſnam ſit Filius, & cujus. Quando enim illos interrogavit, dicens: *Quem me dicunt homines eſſe filium hominis?* dixerunt ei: *Alii quidem Eliam, alii vero Hieremiam, aut unum ex Prophetis.* Ideo eos ſurſum duxit in montem, oſtenditque ſe non eſſe Eliam, ſed Deum Eliæ: neque rurſus Hieremiam, ſed qui ſanctificavit Hieremiam in utero matris: neque unum ex Prophetis, ſed Prophetarum Dominum, & qui miſerat eos. Item oſtendit illis, ſe cœli & terræ creatorem eſſe, vivorumque ac mortuorum dominum: imperavit enim cœlo, & Eliam deduxit: innuit terræ, & Moyſen ſuſcitavit. Ipſos in montem adduxit, ut eis oſtenderet, ſe eſſe filium Dei, ante ſecula ex Patre genitum, ac noviſſime ex Virgine incarnatum, &, ſicut ipſe noverat, ſine ſemine ineffabiliter natum, quum incorruptam virginitatem ſervaſſet. Ubi enim vult Deus, ſuperatur naturæ ordo. Habitavit namque in utero Virginis Deus Verbum, & ignis Divinitatis ſuæ non combuſſit membra corporis Virginis, quin & in habitaculo ſuo per tempus novem menſium illa ſervavit ac cuſtodivit. Inhabitavit in utero Virginis, non reſpuens fœtorem naturæ: & ex ipſa prodiit Deus incarnatus, ut nos ſalvaret.

Matth. 16. *Marc.* 8. *Luc.* 9.

Adduxit eos in montem, ut divinitatis gloriam ipſis oſtenderet, ſeque redemtorem eſſe Iſrael declararet, ſicut per Prophetas ſignificavit; & non ſcandalizarentur in ipſo, dum voluntarias ejus cernerent paſſiones, quas propter nos humanitus ſubiturus erat. Agnoſcebant enim ipſum ut hominem; ſed Deum eſſe ignorabant. Agnoſcebant ipſum filium Ma-

A ἴδωσι τ̈ γὰρ τ̃ ἀνθρώπ̃ ἐρχόμενον ἐν τῇ δόξῃ
αὐτ̃. καὶ μ̄ τ̄ ἡμέρας ἐξ παραλαμβάνει τ̈ Σί-
μωνα Πέτρ̃ν, κ̀ Ἰάκωβον, κ̀ Ἰωάννλν τ̈ ἀδελ-
φὸν αὐτ̃, εἰς ὄρος ὑψηλὸν λιαν· κ̀ μετεμορ-
φώθη ἔμπροσθεν αὐτ̃ν, καὶ τ̀ πρόσωπον αὐτ̃
ἔλαμψεν, ὡς ὁ ἥλιος· τὰ ἱμάτια αὐτ̃ ἐγέ-
νοντο λευκά, ὡς τὸ φ̃ς. Ἄνδρες, ὅς εἶπεν,
ἵνα μὴ γεύσονται θανάτ̃, ἕως ἂν ἴδωσι τ̈ τύ-
πον τ̃ ἐλεύσεως αὐτ̃, ὅτί εἰσιν ὡς παραλαβὼν
B ἀνήγαγε εἰς τὸ ὄρος, καὶ ἔδειξεν αὐτοῖς πῶς
μέλλει ἔρχεσθαι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἐσχάτῃ ἐν τῇ
δόξῃ τ̃ θεότητος αὐτ̃, καὶ ἐν τῷ σώματι τῆς
ἀνθρωπότητος αὐτ̃. Ἀνήγαγε ὖ αὐτὸς εἰς τὸ
ὄρος, ἵνα δείξῃ αὐτοῖς τίς ὁ Υἱὸς, καὶ τίνος.
Ὅταν γὰ ἠρώτησε αὐτὸς, Τίνα με λέγουσιν οἱ
ἄνθρωποι εἶν τ̈ Υἱὸν τ̃ ἀνθρώπ̃; λέγουσιν αὐ-
τῷ, Οἱ μ̀ Ἠλίαν, οἱ ὖ Ἱερεμίαν, ἢ ἕνα τ̃ν
C προφητ̃ν. Διὰ τ̃το ἀναφέρει αὐτὸς εἰς τὸ
ὄρος, κ̀ δείκνυσιν αὐτοῖς, ὅτι οὐκ ἔστιν Ἠλίας,
ἀλλ̀ Θεὸς τ̃ Ἠλία· οὐδὲ πάλιν Ἱερεμίας, ἀλ̀
ὁ ἁγιάσας Ἱερεμίαν ἐν τῇ κοιλίᾳ τ̃ μητρός·
οὐδὲ εἷς τ̃ν Προφητ̃ν, ἀλ̀ ὁ Κύριος τ̈ Προ-
φητ̃ν, ὁ ὃς πέμψας αὐτὸς. καὶ δείκνυσιν αὐ-
τοῖς, ὅτι αὐτός ἐστι ὁ ποιητὴς οὐρανοῦ καὶ γ̃ς,
αὐτός ἐστι Κύριος ζώντων καὶ νεκρ̃ν. Ἐκέλευσε
D γὰ τῷ οὐρανῷ, καὶ κατήγαγε τ̈ Ἠλίαν· καὶ
ἔνευσε τῇ γῇ, καὶ ἀνέστησεν τ̈ Μωσῆν. Ἀνήγα-
γε αὖθις εἰς τὸ ὄρος, ἵνα δείξῃ αὐτοῖς, ὅτι αὐ-
τός ἐστιν ὁ Υἱὸς τ̃ Θεοῦ, ὁ πρὸ αἰώνων ἐκ Πα-
τ̃ς γεννηθεὶς, καὶ ἐπ' ἐσχάτων ἐκ τ̃ Παρθένου
σαρκωθεὶς, ὡς οἶδεν αὐτὸς, ἀπαθ̃ς τεχθεὶς καὶ
ἀφράστως, ἄφθορον διατηρήσας τ̈ Παρθενίαν·
ὅπου γὰ βούλεται Θεὸς, νικᾷ φύσεως τάξις·
E ἐκύησε γὰ αὐτῇ μήτρα τ̃ Παρθένου ὁ Θεὸς Λό-
γος, καὶ οὐ κατέφλεξε τὸ πῦρ τ̃ θεότητος αὐτ̃,
τὰ μέλη τ̃ σώματος τ̃ Παρθένου, ἀλλὰ καὶ πα-
ρεφύλαξεν ἐν τῇ τ̃ ἐννεαμηνιαίᾳ χρόνῳ πανα-
παλαίᾳ. ἐκύησεν αὐτῇ μήτρα τ̃ Παρθένου, μὴ
βδελυξάμενος τὸ δυσῶδες τ̃ φύσεως· καὶ ἐξ αὐ-
τ̃ς προῆλθεν Θεὸς σεσαρκωμένος, ἵνα ἡμᾶς
σώσῃ.

Ἀνήγαγε αὐτὸς εἰς τὸ ὄρος ἵνα δείξῃ αὐ-
τοῖς τ̈ δόξαν τ̃ θεότητος, καὶ γνωρίσῃ αὐτοῖς,
ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ λυτρούμενος τ̈ Ἰσραὴλ, καθὼς
διὰ πάντων προφητ̃ν ἐδήλωσε, καὶ μὴ σκανδα-
λισθῶσιν ἐν αὐτῷ, βλέποντες αὐτ̃ τὰ ἑκούσια
πάθη, ἃ ἔμελλεν πάσχειν δι' ἡμᾶς ἀνθρωπί-
νως. Ἐγνώριζον γὰ αὐτὸν ἄνθρωπον, καὶ οὐκ
ἤδεισαν ὅτι ἐστὶ Θεός. Ἐγνώριζον αὐτὸν γὰ Μα-

εἰας, ἄνθρωπον συναναφερόμενον αὐτοῖς ἐν τῷ κόσμῳ· καὶ ἐγνώρισεν αὐτοῖς ἐν τῷ ὄρει, ὅτι αὐτός ἐστιν υἱὸς Θεοῦ, καὶ Θεός. Ἴδον αὐτὸν, ὅτι ἤσθιε καὶ ἔπινε, καὶ ἐκοπία καὶ ἀνεπαύετο, καὶ ἐνύσταζε καὶ ἐκοιμᾶτο, καὶ ἐφοβεῖτο καὶ ἵδρυε, ἃ τῇ φύσει τ Θεότητος αὐτοῦ οὐχ ἥρμοζον, εἰ μὴ μόνον τῇ ἀνθρωπότητι. καὶ διὰ τοῦτο ἀναφέρει αὐτοὺς εἰς ὄρος, ἵνα ὁ Πατὴρ φωνήσῃ τ Υἱὸν, καὶ δείξῃ αὐτοῖς ὅτι Υἱὸς αὐτοῦ ἐστιν ἐν ἀληθείᾳ, καὶ Θεός.

Ἀνήγαγε αὐτοὺς εἰς ὄρος, καὶ ἔδειξεν αὐτοῖς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ πρὸ τοῦ παθους αὐτοῦ, καὶ τ δύναμιν αὐτοῦ πρὸ τοῦ θανάτου αὐτοῦ, καὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ πρὸ τῆς ὕβρεως αὐτοῦ, καὶ τὴν ζωὴν αὐτοῦ πρὸ τῆς ἀτιμίας αὐτοῦ· ἵνα ὅταν κρατηθῇ καὶ σταυρωθῇ ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, γνώσωνται, ὅτι οὐ δι' ἀσθένειαν ἐσταυρώθη, ἀλλ' ὅτι εὐδοκίᾳ αὐτοῦ ἑκουσίως εἰς σωτηρίαν τοῦ κόσμου. Ἀνήγαγε αὐτοὺς εἰς τὸ ὄρος, καὶ δείκνυσιν αὐτοῖς τ δόξαν τ θεότητος αὐτοῦ πρὸ τ ἀναστάσεως, ἵν' ὅταν ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ αὐτῇ δόξῃ τῆς φύσεως τῆς θεότητος αὐτοῦ, γνώσωνται ὅτι οὐχ ὑπὲρ τοῦ κόπου αὐτοῦ ἔλαβε τιὼ δόξαν, ὡς ἐνδεής· ἀλλ' ἦν αὐτοῦ πρὸ αἰώνων σὺν τῷ Πατρὶ καὶ μετὰ τοῦ Πατρὸς, καθὼς εἶπεν ἐρχόμενος ὑπὲρ τὸ ἐκούσιον πάθος. Πάτερ, δόξασόν με τῇ δόξῃ, ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τ κόσμον εἶναι παρά σοί. Αὐτὴν οὖν τὴν δόξαν τῆς θεότητος αὐτοῦ, ἄδηλον καὶ κεκρυμμένην ἐν τῇ ἀνθρωπότητι, ἀπέδειξε τοῖς ἀποστόλοις ἐν τῷ ὄρει. Ἦν γὰρ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ὡς ἀστραπή, λάμπον· καὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ λευκά, ὡς τὸ φῶς. Δύο ἡλίους οἱ μαθηταὶ ἔβλεπον· ἕνα ἐν τῷ οὐρανῷ, κατὰ τὸ ἔθος· καὶ ἕνα, παρὰ τὸ ἔθος· ἕνα αὐτοῖς μόνοις φαίνοντα τὸ πρόσωπον αὐτοῦ εἰς αὐτούς. Τὰ δ' ἱμάτια αὐτοῦ λευκὰ, ὡς τὸ φῶς, ἔδειξεν, ὅτι ἐξ ὅλου τοῦ σώματος αὐτοῦ ἔβρυεν ἡ δόξα τῆς θεότητος αὐτοῦ, καὶ ἐξ ὅλων τῶν μελῶν αὐτοῦ ἔλαμπε τὸ φῶς αὐτοῦ. οὐ γὰρ ὡς Μωσῆς ἔξωθεν ἡ σὰρξ αὐτοῦ ἔλαμπεν ἐν ὑπερηφείᾳ, ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ ἔβρυεν ἡ δόξα αὐτοῦ τῆς θεότητος. ἀνέτειλε τὸ φῶς αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ σωήχθη. Οὔτε γὰρ εἰς ἄλλο μέρος ἀπῆλθε, καὶ ἔασεν αὐτὸν, ὅτι οὐκ ἦλθεν ἐκ πλαγίου ἑτέρου καὶ ἐκόσμησεν αὐτὸν, οὐκ ἂν χρήσῃ αὐτοῦ ἦν. Καὶ οὐχ ὅλλῳ τιὼ ἄβυσσον τῆς δόξης αὐτοῦ πα-

A Mariæ, hominem cum eis in mundo converſantem. Indicavit ipſis in monte ſe Dei eſſe filium, & Deum ipſum. Sciebant illum comediſſe & bibiſſe, laboraſſe & requieviſſe, & dormitaſſe & dormiiſſe, timuiſſe quoque & ſudaſſe: quæ omnia Divinæ ejus naturæ minime conveniebant, ſed ſolum humanitati. Ac propterea eos duxit in montem, ut Pater ſua voce appellaret Fi-
B lium, oſtenderetque eis, ipſum eſſe Filium in veritate, & Deum. *Matth. 17. Marc. 9. Luc. 9.*

Duxit eos in montem, oſtenditque ipſis regnum ſuum ante paſſionem ſuam, & potentiam ac virtutem ſuam ante mortem, & gloriam ſuam ante ignominiam, & honorem ſuum ante contemtum: ut quando detentus fuiſſet & crucifixus a Judæis, cognoſcerent ipſum non fuiſſe ab eis crucifixum
C ob impotentiam, ſed quod ſic ei ſponte ad mundi ſalutem placuiſſet. In montem eos duxit, & gloriam divinitatis ſuæ ipſis ante reſurrectionem oſtendit; ut quando a mortuis in eadem naturæ ſuæ divinitatis gloria reſurrexiſſet, ſcirent ipſum non accepiſſe quaſi mercedem laboris ſui, gloriam, ut qui illa indigeret: ſed illum ante ſecula habuiſſe eam cum Patre, & apud
D Patrem, ſicut dixit jam ad voluntariam paſſionem veniens: *Pater, glorifica me gloria, quam habui, antequam mundus eſſet, apud te.* Hanc igitur divinitatis ſuæ gloriam, quæ erat obſcura & abſcondita in humanitate, demonſtravit Apoſtolis in monte. Adſpiciebant enim faciem ejus inſtar fulguris relucentem, & veſtimenta ejus al-
E ba, ſicut lumen. Duos ſoles videbant diſcipuli: unum de more in cœlo reſplendentem, & alterum præter morem: unum, qui eis lucebat, & mundum illuminabat in firmamento; & unum, qui ipſis ſolis reſplendebat, faciem nimirum ejus ad ipſos converſam. Veſtimenta autem ſua oſtendit eis alba inſtar lucis, quia ex toto corpore ejus, gloria divinitatis ſuæ ſcaturiebat, & ex omnibus mem-
F bris ſuis lux ejus refulgebat. Non enim, ut Moſis, reſplenduit ejus facies extrinſecus in gloria; verum ex ipſo ſcaturiebat divinitatis ejus gloria: oriebatur lux ejus, & in ipſo manebat. Neque enim in alienam abiit partem, & ipſum dimiſit: quia non venit ex alio obliquo, & eum ornavit: neque illam pro tempore utendam accepit. Sed neque totam glo- *Joan. 17. Matth. 17.*

riæ ſuæ abyſſum eis oſtendit : at quantum pupillæ oculorum ſuorum capere poterant.

Matth. 17. *Marc.* 9. *Luc.* 9.

Et apparuerunt ipſis Moyſes & Elias, ſimul cum eo loquentes. Sermones autem ipſorum, quos cum eo loquebantur, tales erant. Gratias ei agebant, quod impleti ſui eſſent ſermones in adventu ejus, & verba omnium cum ipſis Prophetarum. Adorationem ei offerebant pro ſalute, quam in mundo fecerat generi humano : quodque myſterium prius ab ipſis deſcriptum, ipſe reipſa impleſſet. Perfuſi ſunt gaudio Prophetæ & Apoſtoli in ipſo aſcenſu montis. Lætati ſunt Prophetæ, quum jam vidiſſent humanitatem ejus, quam non noverant. Lætati ſunt autem & Apoſtoli, ubi vidiſſent gloriam divinitatis ipſius, quam non cognoverant. Quumque audiſſent vocem Patris Filio teſtimonium perhibentis, per ipſam cognoverunt aſſumtam ab eo humanitatem, quæ quidem apud eos adhuc obſcura erat : ipſiſque fidem fecit cum voce Patris, gloria corporis ejus, quæ reſplendebat ex ea, quæ in ipſo immutabiliter atque inconfuſe unita fuit, divinitate. Et ſigillatim fuit trium teſtimonium, in voce Patris, in Moyſe, & in Elia : qui quidem ei aſſiſtebant, ut ſervi ; & alter alterum adſpiciebant, Prophetæ Apoſtolos, & Apoſtoli Prophetas. Cernebant ibi ſeinvicem, Principes veteris & Principes novi Teſtamenti. Vidit Moyſes ſanctus Simonem ſanctificatum. Vidit œconomus Patris, procuratorem Filii. Ille quidem ſcidit mare, ut populus in mediis ambularet fluctibus : Hic vero tabernaculum excitavit, ut ædificaret Eccleſiam. Aſpexit virgo veteris Teſtamenti, virginem novi : Elias nimirum Joannem. Qui aſcendit ſuper currum ignis, illum qui recubuit ſuper pectus flammæ. Factuſque eſt mons in figuram Eccleſiæ, & univit in eo Jeſus duo Teſtamenta, quæ ſuſcepit Eccleſia; nobiſque indicavit, ipſum datorem eſſe duorum. Unum accepit ejus myſteria ; alterum vero gloriam factorum ejus manifeſtam reddidit.

Exod. 14. *Pſalm.* 78. 1. *Cor.* 1. *Hebr.* 11. 4. *Reg.* 2. *Joan.* 13.

Matth. 17. *Pſal.* 22. *Matth.* 27.

Dixit Simon : *Domine, bonum eſt nos hic eſſe*. Quid dicis, o Simon ? Si hic permanſerimus, quis verba adimplebit Prophetarum ? Quis verba obſignabit præconum ? Quis juſtorum myſteria perficiet ? Si hic manſerimus, illud, *Foderunt manus meas & pedes meos*, in quonam adimplebitur ? Iſtud, *Diviſerunt ſibi veſtimenta mea*, &

ρέδειξεν, ἀλλ' ὅσον ἐχώρησε τὸ μέγεθος τῶν κορῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν.

Καὶ ὤφθησαν αὐτοῖς Μωσῆς καὶ Ἠλίας λαλοῦντες μετ' αὐτοῦ. Καὶ οἱ λόγοι αὐτῶν οἱ μετ' αὐτοῦ τοιοῦτοι ἦσαν. Χάριν ὡμολόγουν αὐτῷ, ὅτι οἱ λόγοι αὐτῶν ἐπληρώθησαν, καὶ πάντων τῶν σὺν αὐτοῖς προφητῶν ἐν τῇ προσία αὐτοῦ. προσκύνησιν αὐτῷ προσέφερον ὑπὲρ τῆς σωτηρίας, ἧς ἐποίησε τῷ κόσμῳ, τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, καὶ ὃ μυστήριον ὃ ἐζωγράφησαν αὐτοί, αὐτὸς ἔργῳ ἐπλήρωσε. Χαρὰ τοῖς προφήταις καὶ τοῖς ἀποστόλοις ἐν αὐτῇ τῇ ἀναβάσει τοῦ ὄρους ἐγένετο. Ἐχάρησαν οἱ προφῆται, ἰδόντες τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ, ἣν οὐκ ᾔδεισαν. Ἐχάρησαν ὴ καὶ οἱ ἀπόστολοι, ἰδόντες τὴν δόξαν τῆς θεότητος αὐτοῦ, ἣν οὐκ ἔγνωσαν, καὶ ἀκούσαντες τῆς φωνῆς τοῦ Πατρὸς, μαρτυρούσης τῷ Υἱῷ· καὶ δι' αὐτῆς ἔγνωσαν τὸ ἀνθρώπινον αὐτοῦ, ἥτις ἦν ἄδηλος πρὸ αὐτοῖς. καὶ ἐπίστευσαν αὐτοῦ, μετὰ τῆς φωνῆς τοῦ Πατρὸς, ἡ φανεῖσα δόξα τοῦ σώματος αὐτοῦ, ἐν τῷ ἐν αὐτῷ ἑνωθείσης ἀτρέπτως καὶ ἀσυγχύτως θεότητος. Καὶ ἐσφραγίσθη ἡ μαρτυρία τῶν τριῶν· ἐν τῇ Πατρικῇ φωνῇ καὶ τῷ Μωσῇ, καὶ τῷ Ἠλίᾳ, οἵτινες παρεστήκεσαν αὐτῷ, ὡς δοῦλοι· καὶ εἷς τὸ ἕτερον ἔβλεπον· οἱ προφῆται, τοὺς ἀποστόλους· καὶ οἱ ἀπόστολοι, τοὺς προφήτας· Ἴδον ἐκεῖ ἀλλήλους οἱ ἀρχηγοὶ τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης, τοὺς ἀρχηγοὺς τῆς Νέας. Ἴδε Μωσῆς ὁ ἅγιος τὸν Σίμωνα ἁγιαθέντα. Ἴδεν ὁ οἰκονόμος τοῦ Πατρὸς τὸν ἐπίτροπον τοῦ Υἱοῦ. Ὁ μὲν ἔσχισε θάλασσαν τοῦ περιπατεῖν λαὸν ἐν μέσῳ κυμάτων. Ὁ δὲ ἤγειρε σκηνὴν τοῦ οἰκοδομῆσαι τὴν ἐκκλησίαν. Ἴδεν ὁ Παρθένος τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης τὴν Παρθένον τῆς Νέας· Ἠλίας τὸν Ἰωάννην. Ὁ ἀναβὰς ἐπὶ τὸ ἅρμα τοῦ πυρὸς, τὸν ἀναπεσόντα ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ φλογός. Καὶ ἐγένετο τὸ ὄρος εἰς τύπον τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἤνωσεν ἐν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς τὰς δύο Διαθήκας, ἃς ἀπεδέξατο ἡ ἐκκλησία, καὶ ἐγνώρισεν ἡμῖν ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ δοτὴρ τῶν δύο. Ἡ μία παρέλαβε τὰ μυστήρια αὐτοῦ. ἡ ἑτέρα ἐφανέρωσε τὴν δόξαν τῶν ἔργων αὐτοῦ.

Εἶπε Σίμων· καλόν ἡμῖν ἐστιν ὧδε εἶναι, Κύριε. Ὦ Σίμων, τί λέγεις; ἐὰν ὧδε μένωμεν, τὸν λόγον τῶν προφητῶν τίς πληροῖ; τὰ ῥήματα τῶν κηρύκων τίς σφραγίζει; τὰ μυστήρια τῶν δικαίων τίς τελειοῖ; Εἰ ὧδε μένωμεν, τὸ ὄρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας μου, ἐπὶ τίνι πληρῶται; Τὸ, διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυ-

ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τ ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον, τίνι ἁρμόζει; Τὸ, ἔδωκαν εἰς τὸ βρῶμά μου χολήν, καὶ εἰς τ δίψαν μου ἐπότισάν με ὄξος, τίνι συμβήσεται; Τὸ, ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος, τίς βεβαιοῖ; Ἐὰν ὧδε μείνωμεν, τὸ χειρόγραφον τ Ἀδὰμ τίς σχίσῃ; Καὶ τὸ χρέος αὐτοῦ τίς ἀποτίσῃ; καὶ τὸ ἔνδυμα τ δόξης αὐτῷ τίς ἀποκαταστήσει; Ἐὰν ὧδε μείνωμεν, ἃ εἶπόν σοι, πῶς γενήσονται; Ἡ ἐκκλησία πῶς οἰκοδομηθήσεται; τὰς κλεῖς τ βασιλείας τ οὐρανῶν πῶς λήψῃ παρ' ἐμοῦ; τίνα δήσεις; τίνα λύσεις; Ἐὰν ὧδε μείνωμεν, ἀργοῦσι πάντα τὰ ῥηθέντα διὰ τ προφητῶν.

Εἶπε πάλιν· ποιήσωμεν ὧδε τρεῖς σκηνάς, Σοὶ μίαν, καὶ Μωσῇ μίαν, καὶ Ἠλίᾳ μίαν. Ὁ Σίμων ἐπέμφθη οἰκοδομῆσαι τ ἐκκλησίαν ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ ἔτι ποιεῖ σκηνὰς ἐν τῷ ὄρει. ἀνθρωπίνως γὰρ ἐθεώρει τῷ Ἰησοῦ, καὶ μετὰ Μωσέως καὶ Ἠλία κατέστησεν αὐτόν. Καὶ παρ' αὐτὰ ἔδειξεν αὐτῷ, ὅτι οὐ χρήζει τ σκηνῆς αὐτοῦ. αὐτὸς γὰρ ὢν ὁ ποιήσας τοῖς πατράσιν αὐτοῦ σκηνὴν νεφέλης ἐν τῇ ἐρήμῳ τεσσαράκοντα ἔτη.

Ἔτι γὰρ αὐτῶν λαλούντων, ἰδοὺ νεφέλη φωτὸς ἐπεσκίασεν αὐτούς. Βλέπεις, Σίμων, σκηνὴν ἄνευ κόπου; σκηνὴν κωλύσαν καῦμα, καὶ μὴ ἔχουσαν σκότος; σκηνὴν ἀναῤῥάπτουσαν καὶ φαινομένην;

Καὶ τῶν μαθητῶν θαυμαζόντων, ἰδοὺ, φωνὴ ἠκούσθη ἐκ τ νεφέλης τοῦ Πατρός, λέγουσα· οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ εὐδόκησα, αὐτοῦ ἀκούετε. Μετὰ τ φωνῆς τ Πατρός, Μωσῆς ὑπέστρεφεν εἰς τ τόπον αὐτοῦ, καὶ Ἠλίας ὑπέστρεφεν εἰς τ χώραν αὐτοῦ, καὶ οἱ ἀπόστολοι ἐπὶ πρόσωπον ἔπεσον ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ὁ Ἰησοῦς εἰστήκει μόνος, ὅτι ἡ φωνὴ ἐκείνη ἐπ' αὐτῷ μόνῳ ἐπληροῦτο. Ἔφυγον οἱ προφῆται, καὶ οἱ ἀπόστολοι ἐπὶ τὴν γῆν ἔπεσον· ὅτι ἐπ' αὐτοὺς οὐκ ἐπληροῦτο ἡ φωνὴ τ Πατρὸς μαρτυροῦσα· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ εὐδόκησα, αὐτοῦ ἀκούετε. Ἐδίδαξεν αὐτοὺς ὁ Πατὴρ, ὅτι ἐπληρώθη ἡ οἰκονομία τ Μωσέως, καὶ ἵνα τ Υἱοῦ ἀκούσωσιν. Ἐκεῖνος γὰρ, ὡς δοῦλος, ἃ ἐσκελεύθη ἐλάλησε, καὶ ἃ ἐῤῥέθη αὐτῷ ἐκήρυξε· καὶ πάντες οἱ προφῆται, ἕως οὗ ἦλθεν ὁ ἀπόκειται, τοῦτ' ἔστιν Ἰησοῦς· ὃς ἐστιν υἱὸς, οὐκ οἰκογενής· κύριος, καὶ οὐ δοῦλος· δεσπόζων, καὶ οὐ δεσποζόμενος· νομοθέτης, καὶ οὐ νομοθετούμενος· τῇ φύσει τῇ θείᾳ, οὗτος ὁ Υἱός μου ὁ ἀγα-

& super veſtem meam miſerunt ſortem, cui accommodabitur? Illud, *Dederunt in cibum meum, fel, & in ſiti mea potaverunt me aceto*, cui conveniet? Iſtud, *Inter mortuos liber*, quis confirmabit? Si hic remanſerimus, chirographum Adæ quis ſcindet? ejuſque debitum quis perſolvet? & gloriæ indumentum quis ipſi reſtituet? Si hic manſerimus; quæ dixi tibi, quo pacto fient? Eccleſia quo pacto ædificabitur? claves regni cœlorum quo pacto a me accipies? quem ligabis? quem ſolves? Si hic manſerimus, ceſſabunt cuncta quæ per Prophetas dicta ſunt.

Pſal. 69. *Matth. 27.* *Pſal. 88.* *Coloſſ. 2.* *Matth. 16.*

Ait rurſus: *Faciamus hic tria tabernacula, Tibi unum, & Moyſi unum, & Eliæ unum*. Simon miſſus eſt ad ædificandam in mundo eccleſiam; & facere vult in monte tabernacula: adhuc enim Chriſtum humano more attendebat, & cum Moyſe & Elia ipſum collocabat. Protinus autem ei oſtendit, ſe tabernaculo ipſius minime opus habere. Ipſe quippe erat, qui patribus ejus tabernaculum nubis fecerat in ſolitudine per quadraginta annos.

Matth. 17. *Numer. 9.*

Adhuc autem illis loquentibus, ecce nubes lucida obumbravit eos. Cernis, Simon, tabernaculum abſque labore? tabernaculum quod arcet æſtum, & tenebris caret? tabernaculum quod fulget, atque reſplendet?

Matth 17.

Admirantibuſque diſcipulis, ecce vox, quæ a Patre prodiit, e nube audita eſt, dicens: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipſum audite*. Cum voce Patris, reverſus eſt Moyſes in locum ſuum, & Elias rediit in regionem ſuam: & Apoſtoli in faciem ſuam ceciderunt ſuper terram; & Jeſus ſtetit ſolus, quoniam vox illa in ipſo ſolo implebatur. Fugerunt Prophetæ, & Apoſtoli proni in terram ceciderunt: quoniam non in eis implebatur vox Patris, quæ teſtimonium perhibebat, dicens: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipſum audite*. Docuit illos Pater, impletam fuiſſe diſpenſationem Moyſis, & jam Filium ab eis audiendum eſſe. Nam ille tamquam ſervus loquutus fuerat quæ juſſus erat, & ea quæ dicta ipſi fuerant prædicavit: omnesque itidem Prophetæ, donec adveniſſet ille, cui repoſitum fuerat: nimirum Jeſus, qui eſt Filius, & non vernaculus: dominus, & non ſervus: dominator, & non ſubjectus: legislator, & non is, cui lex impoſita eſt. Natura divina hic filius eſt meus

Matth. 17. *Matth. 17.* *Hebr. 3.*

dilectus. Quod itaque Apostolis adhuc erat obscurum, Pater in monte reddidit manifestum. Qui est, illum qui est, significat. Pater Filium manifestat: & ad ejus vocem Apostoli proni in terram ceciderunt. Erat quippe tonitru admodum terribile, ita ut voce ipsius terra contremuerit, & illi in terram collapsi sint. Ostendit eis Patrem accessisse, & Filium vocasse eos, suaque etiam voce excitasse. Nam quomodo vox Patris eos dejecit: ita etiam vox Filii illos exsurgere fecit virtute divinitatis suæ: quæ quidem quum in ejus carne habitet, in eaque sit unita immutabiliter, ambæ in una hypostasi & in una persona citra divisionem atque confusionem permanent. Neque enim sicut Moyses, decorus apparebat extrinsecus: sed tamquam Deus resplendebat in gloria. Moyses enim lumine vultus sui unctus decore cernebatur: at Jesus toto corpore suo, velut sol suis radiis, gloria divinitatis suæ fulgurabat.

Exod. 34.

2. Cor. 3.

Clamavit vero Pater: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite.* Non separatus a gloria Divinitatis Filius. Nam una natura est Pater, & Filius, cum sancto Spiritu, una potentia, una essentia, unum regnum: & in unum clamavit voce in nomine simplici, & in gloria formidabili. Et Maria ipsum appellabat filium, non separatum corpore humano a divinitatis ejus gloria. Unus quippe est Deus, qui in corpore visus est in mundo. Gloria ejus, divinam significavit naturam, quæ est ex Patre: & corpus ejus, humanam indicavit naturam, quæ est ex Maria: ambas naturas, quæ convenerunt atque unitæ sunt in una hypostasi. Unigenitus ex Patre, & unigenitus ex Maria. Et qui dividit, dividetur a regno ipsius: & qui confundit ejus naturas, peribit a vita ejus. Qui negat Mariam genuisse Deum, non adspiciet gloriam divinitatis ipsius: & qui negat eum carnem gestasse a peccato alienam, ejicietur a salute, & a vita, quæ per ejus corpus data est. Ipsæ testantur res, & divinæ ipsius virtutes docent illos qui valent discernere, ipsum esse Deum verum: passionesque ejus aperte demonstrant, ipsum esse verum hominem. Et si id sibi persuasum non habent qui mente infirmi sunt atque imbecilles, pœnas luent in die ejus formidabili. Si enim non erat caro, quorsum Maria in medium pro-

Matth. 17.

A ἀγαπητός. Τοῖς ὖ ἀποστόλοις, ὁ ἦν πρὸ αὐτοῖς ἄδηλον, ὁ Πατὴρ ἐφανέρωσεν ἐν τῷ ὄρει. Ὃ ὢν μιμνύει τ ὄνπα. ὁ Πατὴρ φανεροῖ τ Υἱόν. ἐν αὐτῇ τῇ φωνῇ οἱ ἀπόστολοι ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον ἐπὶ τ γῆν. βροντὴ γὰρ ἦν φοβερὰ, ὥστε ἐκ τ φωνῆς αὐτ ἡ γῆ ἐτρόμασε, καὶ ἵνα ἔπεσον ἐπὶ τ γῆν. Ἔδειξεν αὐτοῖς, ὅτι ὁ Πατὴρ ἤγγισε, καὶ ἐκάλεσεν αὐτὸς ὁ Υἱὸς ἐν αὐτῇ φωνῇ αὐτ, καὶ ἤγειρεν αὐτός. Ὥσπερ γὰρ ἡ φωνὴ τ Πατρὸς ἔρριψεν αὐτὸς, οὕτω καὶ ἡ φωνὴ τ Υἱ ἐν τῇ ἰσχύϊ τ θεότητος αὐτ ἤγειρεν αὐτὸς, ἥτις ἐνοικήσασα αὐτῇ σαρκὶ αὐτ, καὶ ἑνωθεῖσα ἐν αὐτῇ ἀτρέπτως, ἀμφότερα ἐν μιᾷ ὑποστάσει, καὶ ἑνὶ προσώπῳ ἀδιαιρέτως, δεικνύουσιν ἀσυγχύτως. Οὐχ ὡς Μωσῆς, ἔξωθεν ἀστραπὴς ἐγένετο· ἀλλ' ὡς Θεὸς ἐν δόξῃ ἤστραπε. Μωσῆς γὰρ τῇ ἐπιφανείᾳ τ προσώπου αὐτ ἐκρίθη ἐν ἀστραπῇ· Ἰησοῦς ὖ ὅλῳ τῷ σώματι αὐτ, ὡς ὁ ἥλιος ἐν ταῖς ἀκτῖσιν αὐτ, ἤστραπε τῇ δόξῃ τ θεότητος αὐτ.

B

C

Καὶ ὁ Πατὴρ ἔκραξεν· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα· αὐτ ἀκούετε. ἡ κεχωρισμένη τ δόξης τ Υἱοῦ τ θεότητος. Μία γὰρ φύσις, ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, μία δύναμις, καὶ μία οὐσία, καὶ μία βασιλεία. καὶ εἰς ἕνα ἔκραξε τ φωνὴν ἐν ὀνόματι τελεῖ καὶ ἐν δόξῃ φοβερᾷ. Καὶ ἡ Μαρία Υἱὸν αὐτὸν ἐκάλει, ἡ κεχωρισμένον τῷ σώματι τῷ ἀνθρωπίνῳ ἐκ τ δόξης αὐτ τ θεότητος· εἷς γὰρ ἦν Θεὸς ἐν σώματι φανεὶς εἰς τ κόσμον. Ἡ δόξα αὐτ ἐμήνυσε τ φύσιν τ θείαν τ ἐκ τοῦ Πατρός· καὶ τὸ σῶμα αὐτ ἐμήνυσε τ ἀνθρωπίνην τ ἐκ τ Μαρίας· ἀμφοτέρας τὰς φύσεις σωθεισὰς καὶ ἑνωθείσας ἐν μιᾷ ὑποστάσει. Μονογενὴς ἐκ Πατρὸς, καὶ ἐκ Μαρίας μονογενής. Καὶ ὁ μερίζων, μερισθήσεται ἐκ τ βασιλείας αὐτ, καὶ ὁ συγχέων αὐτ τὰς φύσεις ἀπολεῖται ἐκ ζωῆς αὐτ. ὁ ἀρνούμενος ὅτι θεὸν ἐγέννησε θεὸν ἡ Μαρία, μὴ ἴδοι τὴν δόξαν τ θεότητος αὐτ· καὶ ὁ ἀρνούμενος ὅτι ἐφόρησεν σάρκα ἀναμάρτητον, ἔσται ἐγκεκριμένος ἐκ τ σωτηρίας, καὶ ἐκ τ ζωῆς τ διὰ τ σώματος αὐτ διδομένης. Αὐτὰ τὰ πράγματα μαρτυροῦσι, καὶ αἱ δυνάμεις αὐτ αἱ θεῖαι διδάσκουσι τοὺς μαθητικοὺς, ὅτι ἐστὶ θεὸς ἀληθινός· καὶ τὰ πάθη αὐτ δηλοῦσιν, ὅτι ἐστὶν ἄνθρωπος ἀληθινός. καὶ ἐὰν δὲ πληροφορῶνται οἱ ἀσθενεῖς τῇ ἀγνοίᾳ, ἀποτίσουσι δίκην ἐν τῇ ἡμέρᾳ αὐτοῦ τῇ φοβερᾷ. Εἰ γὰρ οὐκ ἦν σάρξ, Μαρία ἐν τῷ μέσῳ, τί

D

E

F

τί παρήχθη; Καὶ εἰ μὴ ἦν Θεὸς, Γαβριὴλ A producta est? & si non erat Deus, quem-
Κύριον τίνα ἐκάλει; Εἰ οὐκ ἦν σὰρξ, ἐν φά- nam Gabriel Dominum vocabat? Si non
τνῃ τίς ἀνέκειτο; Καὶ εἰ μὴ ἦν Θεὸς, ἄγγελοι erat caro, quisnam in præsepio recumbe-
καταβάντες τίνα ἐδόξαζον; Εἰ οὐκ ἦν σὰρξ, bat? Si non erat Deus, quemnam de-
σπαργάνοις τίς εἱλίσσετο; Καὶ εἰ μὴ ἦν Θεὸς, scendentes glorificabant Angeli? Si non *Luc. 2.*
οἱ ποιμένες τίνα προσεκύνουν; Εἰ οὐκ ἦν σὰρξ, erat caro, quisnam involvebatur fasciis?
Ἰωσὴφ τίνα περιέτεμε; Καὶ εἰ μὴ ἦν Θεὸς, ὁ Si non erat Deus, pastores quemnam ado-
ἀστὴρ ἐν οὐρανῷ εἰς τιμὴν τίνος ἔτρεχεν; Εἰ rabant? Si non erat caro, Joseph quem
οὐκ ἦν σὰρξ, Μαρία τίνα ἐθήλαζε; Καὶ εἰ B circumcidit? Si non erat Deus, stella in
μὴ ἦν Θεὸς, οἱ μάγοι δῶρα τίνι προσέφερον; cœlo in cujus honorem accurrebat? Si non
Εἰ οὐκ ἦν σὰρξ, ὁ Συμεὼν ἐν ἀγκαλίσι τίνα erat caro, Maria quemnam lactavit? Si
ἐβάστασε; Καὶ εἰ μὴ ἦν Θεὸς, τίνι ἔλεγε, non erat Deus, cui munera Magi offere-
Ἀπόλυσόν με μετ' εἰρήνης; Εἰ οὐκ ἦν σὰρξ, bant? Si non erat caro, Symeon in ulnis
Ἰωσὴφ τίνα λαβὼν εἰς Αἴγυπτον ἔφυγε; Καὶ εἰ quem gestavit? Si non erat Deus, ad
μὴ ἦν Θεὸς, ὃ, Ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν quem dixit: Dimitte me in pace? Si non
Υἱόν μου, ἐπὶ τίνι ἐπληρώθη; Εἰ οὐκ ἦν σὰρξ, erat caro, Joseph quemnam accepit, &
Ἰωάννης τίνα ἐβάπτισε; Καὶ εἰ μὴ ἦν Θεὸς, ὁ in Ægyptum fugit? Si non erat Deus; *Matth. 2.*
Πατὴρ ὢξ οὐρανῶ τίνι ἔλεγε, Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός illud, *Ex Ægypto vocavi filium meum*, in
μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα; Εἰ οὐκ ἦν quonam adimpletum est? Si non erat caro,
σὰρξ, τίς ἐνήστευσε καὶ ἐπείνασεν ἐν τῇ ἐρήμῳ. Joannes quem baptizavit? & si non erat *Matth. 3.*
Καὶ εἰ μὴ ἦν Θεὸς, οἱ ἄγγελοι καταβάντες τί- C Deus, Pater e cœlo cui dixit, *Hic est*
νι διηκόνουν; Εἰ οὐκ ἦν σὰρξ, τίς ἐκλήθη εἰς *filius meus dilectus in quo mihi bene com-*
τοὺς γάμους ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας; Καὶ εἰ μὴ *placui*? Si non erat caro, quis jejunavit, *Matth. 17.*
ἦν Θεὸς, τὸ ὕδωρ εἰς οἶνον τίς μετέβαλεν; Εἰ & esuriit in deserto? Et si non erat Deus,
οὐκ ἦν σὰρξ, οἱ ἄρτοι εἰς χεῖρας τίνος ἔκειντο; Angeli descendentes cui ministrabant? Si *Matth. 4.*
Καὶ εἰ μὴ ἦν Θεὸς, ὄχλους καὶ χιλιάδας ἐκτὸς D non erat caro, quis invitatus fuit ad nu- *Joan. 2.*
γυναικῶν καὶ παιδίων ἐν ἐρήμῳ τίς ἐχόρτασεν ptias in Cana Galilææ? & si non erat
ἐκ πέντε ἄρτων καὶ δύο ἰχθύων; Εἰ οὐκ ἦν Deus, aquam in vinum quis mutavit? Si *Luc. 8.*
σὰρξ ἐν τῷ πλοίῳ τίς ἐκάθευδε; Καὶ εἰ μὴ non erat caro, panes in cujusnam erant
ἦν Θεὸς, τοῖς ἀνέμοις καὶ τῇ θαλάσσῃ τίς ἐπε- positi manibus? & si non erat Deus,
τίμα; Εἰ οὐκ ἦν σὰρξ, Σίμων ὁ Φαρισαῖος quinque millium hominum turbam, præ-
μὴ τίνος ἤσθιε; Καὶ εἰ μὴ ἦν Θεὸς, τὰ πλημ- ter mulieres & pueros, in deserto quin-
μελήματα τῆς ἁμαρτωλοῦ τίς συνεχώρει; Καὶ εἰ que panibus & duobus piscibus quis pa-
μὴ ἦν σὰρξ, ἐπάνω τοῦ φρέατος κεκοπιακὼς ἐκ E vit atque satiavit? Si non erat caro, *Marc. 14.*
τῆς ὁδοιπορίας τίς ἐκάθητο; Καὶ εἰ μὴ ἦν Θεὸς, in navi quis dormivit? & si non erat
ὕδωρ ζῶν τῇ Σαμαρίτιδι τίς ἐδίδου, καὶ ἔλεγ- Deus, ventos & mare quis increpavit?
χεν ὅτι πέντε ἄνδρας ἔσχεν; Εἰ μὴ ἦν σὰρξ, Si non erat caro, Simon Pharisæus cum *Joan. 4.*
ἐνδύματα ἀνθρώπου τίς ἐφόρει; Καὶ εἰ μὴ ἦν quo manducavit? & si non erat Deus,
Θεὸς, δυνάμεις τίς ἐποίει καὶ θαύματα; Εἰ delicta peccatrici quis remisit? Si non
μὴ ἦν σὰρξ, εἰς τὴν γῆν τίς ἔπτυσε καὶ πηλὸν erat caro, supra puteum fatigatus ex iti-
ἐποίησε; Καὶ εἰ μὴ ἦν Θεὸς, ἐκ τοῦ πηλοῦ ὀφ- nere quis sedebat? & si non erat *Joan. 9.*
θαλμοὺς τίς ἀναβλέπειν ἠνάγκαζεν; Εἰ μὴ ἦν Deus, aquam vivam Samaritanæ quis
σὰρξ, ἐν τῷ μνημείῳ τοῦ Λαζάρου τίς ἔκλαε; dabat, eamque, quod quinque viros ha- *Joan. 11.*
Καὶ εἰ μὴ ἦν Θεὸς, νεκρὸν ὄντα τετραήμερον buisset, quis redarguebat? Si non erat
πηλίκους λίθους ἐξέβαλεν; Εἰ μὴ ἦν σὰρξ, ἐπὶ caro, indumenta hominis quis gesta-
τοῦ πώλου τίς ἐκάθισε; Καὶ εἰ μὴ ἦν Θεὸς, οἱ bat? & si non erat Deus, virtutes &
ὄχλοι μετὰ δόξης εἰς ἀπάντησιν τίνος ἐξήρχοντο; miracula quis faciebat? Si non erat ca- *Matth. 21.*
Εἰ μὴ ἦν σὰρξ, οἱ Ἰουδαῖοι τίνα ἐκράτησαν; ro, in terram quis exspuit, ac lutum *Matth. 26. 27.*
Καὶ εἰ μὴ ἦν Θεὸς, τίς ἐκέλευσε τῇ γῇ, καὶ ex sputo fecit? Et si non erat Deus, *Marc. 11. 14.*
ἐπὶ oculos cœcorum ex luto quis adspicere
F coëgit? Si non erat caro, in Laza-
ri monumento quis flebat? & si non
erat Deus, mortuum jam quatri-
duanum solo jussu quis ejecit? Si non
erat caro, super pullum quis sedebat?
& si non erat Deus, cuinam cum
gloria turbæ obviam procedebant?
Si non erat caro, Judæi quem vin-
ctum tenuerunt? & si non erat Deus, ter-

ræ

Luc. 19. 22. 23. *Joan.* 19. 20. 21.

ræ quis imperavit, illoſque pronos humi dejecit? Si non erat caro, alapis quis cædebatur? & ſi non erat Deus, auriculam a Petro abſciſſam quis curavit, & in ſuum locum reſtituit? Si non erat caro, cujuſnam facies ſputis excepta eſt? & ſi non erat Deus, Spiritum Sanctum in faciem Apoſtolorum quis inſufflavit? Si non erat caro, quis coram Pilato in judicio adſtabat? & ſi non erat Deus, uxorem Pilati in ſomnis quis perterrefaciebat? Si non erat caro, cujuſnam veſtimenta milites exuerunt & diviſerunt? & ſi non erat Deus, ſol quo pacto in cruce obſcuratus fuit? Si non erat caro, in cruce ſuſpenſus quis erat? & ſi non erat Deus, terram a fundamentis quis movit? Si non erat caro, cujuſnam manus & pedes clavis confixi ſunt? & ſi non erat Deus, quomodo velum templi ſciſſum eſt, petræ ruptæ, & ſepulcra aperta ſunt? Si non erat caro, quis clamavit, *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me?* & ſi non erat Deus, quiſnam dixit, *Pater ignoſce illis*? Si non erat caro, in cruce cum latronibus quis pependit? & ſi non erat Deus, quo pacto dixit Latroni, *Hodie mecum eris in Paradiſo*? Si non erat caro, acetum & fel cui obtulerunt? & ſi non erat Deus, infernus cujuſnam audita voce contremuit? Si non erat caro, cujuſnam latus lancea aperuit, & exivit ſanguis & aqua? & ſi non erat Deus, inferni portas quis confregit, vinculaque dirupit? & cujuſnam juſſu mortui in monumentis concluſi, egreſſi ſunt? Si non erat caro, quemnam Apoſtoli in cœnaculo viderunt? & ſi non erat Deus, januis clauſis quo pacto intravit? Si non erat caro, cujuſnam in manibus plagas clavorum, & lanceæ in latere Thomas contrectavit? & ſi non erat Deus, cuinam ipſe clamavit, dicens, *Dominus meus, & Deus meus*? Si non erat caro, in mari Tiberiadis quis manducavit? & ſi non erat Deus, cujuſnam juſſu impletum fuit rete? Si non erat caro, Apoſtoli & Angeli quemnam conſpexerunt in cœlum aſſumi? & ſi non erat Deus, cuinam cœlum apertum fuit? & virtutes quemnam cum tremore adorarunt? & Pater cuinam dixit: *Sede a dextris meis*? quemadmodum & David ait: *Dixit Dominus Domino meo, ſede a dextris meis*, & quæ ſequuntur. Si non erat Deus & homo, falſa de cætero eſt noſtra ſalus, falſæ quoque Prophetarum ſunt voces. Sed vera loquuti ſunt

Act. 1.

Pſal. 110.

A ἐπὶ πρόσωπον αὐτὸς ἔρριψεν; Εἰ οὐκ ἦν σὰρξ, ῥαπισμῷ τίς ἐῤῥαπίζετο; Καὶ εἰ μὴ ἦν Θεὸς, τὸ ὠτίον ὃ ἀποτμηθὲν ἀφ' οὗ Πέτρου τίς ἐθεράπευσε καὶ ἀποκατέστησεν εἰς τ' τόπον αὐτό; Εἰ οὐκ ἦν σὰρξ, ὃ πρόσωπον τίνος ἐμπτύσματα ἐδέχετο; καὶ εἰ μὴ ἦν Θεὸς, Πνεῦμα ἅγιον εἰς τὰ πρόσωπα τῶν ἀποστόλων τίς ἐνεφύσησεν; Εἰ οὐκ ἦν σὰρξ, ἔμπροσθεν οὗ Πιλάτου ἐν τῷ κριτηρίῳ τίς παρίστατο; Καὶ εἰ μὴ ἦν Θεὸς, τ' γυναῖκα οὗ Πιλάτου κατ' ὄναρ τίς ἐφόβει; Εἰ οὐκ ἦν σὰρξ, ἱμάτια τίνος ἀπέδυσαν καὶ ἐμερίσαντο οἱ στρατιῶται; Καὶ εἰ μὴ ἦν Θεὸς, ὁ ἥλιος πῶς ἐσκοτίσθη ἐπὶ οὗ σταυροῦ; Εἰ οὐκ ἦν σὰρξ, ἐν τῷ σταυρῷ τίς ἐκρέματο; Καὶ εἰ μὴ ἦν Θεὸς, τ' γῆν ἐκ θεμελίων τίς ἔσεισεν; Εἰ δὲ μὴ ἦν σὰρξ, ἥλοις τίνος χεῖρες καὶ πόδες ἠλώθησαν; Καὶ εἰ μὴ ἦν Θεὸς, ὃ καταπέτασμα οὗ ναοῦ πῶς ἐσχίσθη, καὶ αἱ πέτραι ἐῤῥάγησαν, καὶ οἱ τάφοι ἀνεῴχθησαν; Εἰ δὲ μὴ ἦν σὰρξ, Θεέ μου, Θεέ μου, ἱνατί με ἐγκατέλιπες, τίς ἔκραξε; Καὶ εἰ μὴ ἦν Θεὸς, Πάτερ συγχώρησον αὐτοῖς, τίς εἶπεν; Εἰ οὐκ ἦν σὰρξ, ἐν τῷ σταυρῷ μ' τ λῃστῶν τίς ἐκρέματο; Καὶ εἰ μὴ ἦν Θεὸς, τῷ λῃστῇ πῶς ἔλεγε, Σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ; Εἰ μὴ ἦν σὰρξ, ὄξος καὶ χολὴν τίνι προσήνεγκαν; Καὶ εἰ οὐκ ἦν Θεὸς, ὁ ᾅδης τίνος φωνὴν ἀκούσας ἐτρόμησεν; Εἰ μὴ ἦν σὰρξ, ἡ λόγχη πλευρὰν τίνος ἔνυξεν, καὶ ἐξῆλθεν αἷμα καὶ ὕδωρ; Καὶ εἰ μὴ ἦν Θεὸς, πύλας ᾅδου τίς συνέτριψε, καὶ δεσμὰ διέῤῥηξε, καὶ κεκλεισμένοι τίνος νεκροὶ ἀποκεκλεισμένοι ἐξήρχοντο; Εἰ μὴ ἦν σὰρξ, οἱ ἀπόστολοι ἐν τῷ ὑπερῴῳ τίνα ἴδον; Καὶ εἰ οὐκ ἦν Θεὸς, τῶν θυρῶν κεκλεισμένων πῶς εἰσῆλθεν; Εἰ οὐκ ἦν σὰρξ, τίνος ἐν χερσὶ πληγὰς ἧλων καὶ λόγχης ἐν πλευρᾷ, ἐψηλάφησε Θωμᾶς; Καὶ εἰ μὴ ἦν Θεὸς, τίνι ἀνέκραζεν, Ὁ Κύριός μου, καὶ ὁ Θεός μου; Εἰ δὲ μὴ ἦν σὰρξ, ἐπὶ τ' θαλάσσης τ' Τιβεριάδος, τίς ἔφαγε; Καὶ εἰ μὴ ἦν Θεὸς ἐν κεκλύσματι τὸ δίκτυον τίνος ἐγεμίσθη; Εἰ δὲ μὴ ἦν σὰρξ, οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ ἄγγελοι τίνα ἐθεάσαντο ἀναλαμβανόμενον εἰς τ' οὐρανόν; Καὶ εἰ μὴ ἦν Θεὸς, ὁ οὐρανὸς τίνι ἠνοίχθη, καὶ αἱ δυνάμεις τίνι προσεκύνησαν ζῶντι, καὶ ὁ Πατὴρ τίνα προετρέπετο, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου; καθὼς φησι καὶ Δαβίδ, Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, καὶ τὰ ἑξῆς. Εἰ δὲ μὴ ἦν Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, ψευδὴς ἡ σωτηρία ἡμῶν λοιπὸν, ψευδεῖς καὶ αἱ φωναὶ τῶν προφητῶν. Ἀλλ' ἠλήθευσαν

οἱ

οἱ προφῆται, καὶ ἀψευδεῖς αὐτῶν αἱ μαρτυρίαι. Α Αἳ ἐκελεύσθησαν, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον δι' αὐτῶν ἐλάλει, διὸ καὶ Ἰωάννης ὁ ἁγνὸς, ὁ ἐπὶ τῷ στήθει τοῦ φλογὸς ἀναπεσὼν, ἐπικρᾶναι τὰς τῶν προφητῶν φωνὰς, θεολογῶν ἐν εὐαγγελίοις, ἐδίδαξεν ἡμᾶς, λέγων· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν ὃ γέγονε. καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, Β καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. Ὁ ἐκ Θεοῦ, Θεὸς Λόγος, καὶ ἐκ Παιδὸς Υἱὸς μονογενὴς ὁμοούσιος τῷ Πατρὶ, ἐξ ὧν ἐκ τοῦ ὄντος προαιώνιος Λόγος· ἐκ Παιδὸς γενηθεὶς ἄνθρ μητρὸς πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἀῤῥήτως. ὁ αὐτὸς ἐπ' ἐσχάτων τίκτεται ἐκ θυγατρὸς ἀνθρώπου, ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου ἄνθρ παιδός· Θεὸς σεσαρκωμένος φορέσας ἐξ αὐτῆς σάρκα, καὶ γενόμενος ἄνθρωπος, ὅπερ οὐκ ἦν μείνας Θεὸς ὅπερ ἦν, ἵνα τὸν κόσμον σώσῃ. Καὶ αὐτός ἐστιν ὁ Χριστὸς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ μονογενὴς ἐκ παιδὸς, καὶ ἐκ μητρὸς μονογενής.

Ὁμολογῶ τὸν αὐτὸν Θεὸν τέλειον, καὶ ἄνθρωπον τέλειον, ἐν δύο ταῖς φύσεσι καθ' ὑποστάσιν ἤτοι πρόσωπον γνωριζόμενον ἀδιαιρέτως τε καὶ ἀσυγχύτως, καὶ ἀτρέπτως, σάρκα ἐνδυσάμενον τὴν ἐμψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοερᾷ, κατὰ πάντα γενόμενον ἡμῖν ὁμοιοπαθῆ, δίχα μόνης τῆς ἁμαρτίας. Ὁ αὐτὸς ἐπίγαιος καὶ οὐράνιος, πρόσκαιρος καὶ αἰώνιος, ἠργμένος καὶ ἄναρχος, ἄχρονος καὶ ἐπὶ χρόνου, κτιστὸς καὶ ἄκτιστος, παθητὸς καὶ ἀπαθής, Θεὸς καὶ Ἄνθρωπος κατ' ἄμφω τέλειος, εἷς ἐν δύο, καὶ ἐν δυσὶν εἷς. Ἓν πρόσωπον τοῦ Παιδὸς, καὶ ἓν πρόσωπον τοῦ Υἱοῦ, καὶ ἓν πρόσωπον τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Μία θεότης, μία δύναμις, μία βασιλεία ἐν τρισὶ προσώποις ἤτοι ὑποστάσεσιν. Οὕτως δοξάζομεν τὴν ἁγίαν Μονάδα ἐν Τριάδι, καὶ τὴν ἁγίαν Τριάδα ἐν Μονάδι. Ἐν ᾧ ἔκραξεν ὁ Πατὴρ ἐξ οὐρανοῦ, Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, αὐτοῦ ἀκούετε. Ταῦτα ἐδέξατο ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ καθολικὴ Ἐκκλησία· ἐν αὐτῇ τῇ ἁγίᾳ Τριάδι βαπτίζει εἰς ζωὴν αἰώνιον, εἰς αὐτὴν ἁγιάζει ἰσοτιμίᾳ, καὶ εἰς αὐτὴν ὁμολογεῖ ἀμερίστως, ἀκωρίστως, καὶ αὐτῇ προσκυνεῖ μὴ σφαλλομένη, καὶ ὁμολογεῖ καὶ δοξάζει. Αὐτῇ τῇ τρισυποστάτῳ Μονάδι πρέπει δόξα, εὐχαριστία, τιμὴ, κράτος, μεγαλωσύνη, τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

A sunt Prophetæ, & ab omni mendacio aliena sunt eorum testimonia. Ea enim, quæ jussi fuerunt, Spiritus sanctus per ipsos loquebatur. Quapropter & castus Joannes, qui super pectus flammæ recubuit, voces Prophetarum confirmans, ac de divinitate in euangeliis differens, nos edocuit, dicens: „ In principio erat Verbum, & Verbum *Joan. 1.*
„ erat apud Deum, & Deus erat Verbum.
„ Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso
B „ factum est nihil, quod factum est. Et
„ Verbum caro factum est, & habitavit in
„ Nobis.„ Qui est ex Deo Deus Verbum, & ex Patre Filius unigenitus, consubstantialis Patri: qui est ex eo, qui est: Verbum ante secula: ex Patre genitus absque matre ante omnia secula ineffabiliter: idem in novissimis diebus nascitur ex filia hominis, ex Maria virgine absque patre, Deus incarnatus, ex ipsa carnem
C gerens, & factus homo, quod quidem non erat, manens Deus, id quod erat: ut salvaret mundum. Et ipse est Christus filius Dei, unigenitus ex Patre, & ex matre unigenitus.

Confiteor eundem esse perfectum Deum, & perfectum hominem: qui in duabus naturis in hypostasi seu persona unitis cognoscitur indivisibiliter, inconfuse, & immutabiliter, carnem indutus animatam
D & anima rationali atque intellectuali præditam, factus per omnia iisdem quibus nos passionibus obnoxius, præter solum peccatum. Idem terrenus & cœlestis, temporarius & æternus: qui incepit, & est absque principio: expers temporis, & tempori subjectus: creatus, & increatus: passibilis, & impassibilis: Deus, & homo:
E in utrisque perfectus, unus in duabus, & in duabus unus. Una persona Patris, & una persona Filii, & una persona Spiritus Sancti. Una divinitas, una potentia, unum regnum in tribus personis sive hypostasibus. Sic glorificamus sanctam Unitatem in Trinitate, & sanctam Trinitatem in Unitate. In quo Pater e cœlo clamavit: *Hic est Filius meus dilectus, ipsum audite.* Hæc suscepit sancta Dei catholica
F ecclesia. In hac sancta Trinitate baptizat in vitam æternam. Hanc sanctificat in honoris æqualitate, & hanc confitetur citra divisionem ac separationem, eamque adorat sine errore, profitetur, & glorificat. Ipsi in tribus personis Unitati convenit gloria, gratiarum actio, honor, potentia, atque majestas, Patri, & Filio, & Spiritui sancto, nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen.

EJUSDEM SANCTI PATRIS NOSTRI EPHRAEM SYRI

De Judicio, et Compunctione.

VEnite universi fratres, consilium a me peccatore & imperito Ephræm accipite. Jam enim dies illa horrenda atque terribilis nos occupat, o fratres mei; dum nos interim, dilectissimi, vagamur animo, nolentes brevitatem temporis hujus intelligere, & sedulo curare, ut Deum nobis propitium reddamus. Ecce enim dies, & anni, ac menses, instar somnii & umbræ pomeridianæ, prætereunt, ut subito tremendus ac magnus Christi adventus properet. Vere enim terribilis erit illa dies peccatoribus, ac illis, qui voluntatem Dei exercere, seque ipsos salvos facere noluerint. Obsecro vos ergo, fratres mei carissimi, venite projiciamus a nobis curam atque sollicitudinem rerum terrenarum. Omnia enim prætereunt, & cuncta evanescunt. Nihil nobis in illa proderit hora, præter bona, quæ hinc detulerimus, opera. Futurum enim est, ut unusquisque nostrum propria facta ac dicta ante tremendi Judicis tribunal deferat. Cor sane tremit, & renes immutantur, dum actuum manifestatio, cogitationumque ac sermonum exacta discussio ibi fiet. Magnus timor, fratres: magnus tremor, o amici. Quis ergo non perhorrescat? quis non lugeat? quis non ploret? quoniam ibi manifesta erunt quæ unusquisque in occulto & obscuro gesserit. Intelligite hoc, fratres mei, quod vobis denuncio. Atque ut studio vestro satisfaciam, frugiferas arbores pro exemplo ad confirmandum proferam, quæ ab intrinseco ipsarum principio, tempore suo poma cum frondibus edunt. Non extrinsecus aliunde sua venustate induuntur arbores, sed ab interiore principio, Dei jussu, singulæ fructum, pro sua quæque natura producunt. Sic & in illa horribili die, quæcumque hominum corpora gesserint sive bona, sive mala, palam proferent; & deferet secum unusquisque ante tremendum Christi tribunal proprias actiones tamquam fructus bonos & jucundos, locutiones autem ut folia. Sancti fructum bonum & vegetum proferent: Martyres gloriam patientiæ ex tormentis ac pœnis suis secum afferent: Monachi religiosam exercitationem, continentiam, vigilias, & orationes. Homines autem peccatores, impii, atque profani, ignominia luctuque ac ululatu pleni, secum eo fructus deferent turpissimos ac marcidos, vermemque non dormientem

in

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΕΦΡΑΙΜ ΤΟΥ ΣΥΡΟΥ

ΠΕΡΙ ΚΡΙΣΕΩΣ ΚΑΙ ΚΑΤΑΝΥΞΕΩΣ.

ΔΕῦτε, πάντες ἀδελφοί, ἀκούσατε συμβουλῆς ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ καὶ ἀπαιδεύτου Ἐφραίμ. Ἤδη γὰρ σωέφθασεν ἡμᾶς, ὦ ἀδελφοί μου, ἡ ἡμέρα ἐκείνη ἡ φοβερά, καὶ φευκτή· καὶ ἡμεῖς, ἀγαπητοί, μετεωριζόμεθα, μὴ θέλοντες σωϊέναι τὸν βραχὺν καιρὸν τοῦτον, καὶ πωδάσαι τὸν Θεὸν ἵλαον ποιήσασθαι. Ἴδου αἱ ἡμέραι, ἐνιαυτοί, καὶ μῆνες, ὡς ὄναρ, πεφεύγασι, καὶ ὡς σκιὰ δειλινή· ἵνα ἔλθῃ ἐν τάχει ἡ φοβερὰ καὶ μεγάλη παρουσία τοῦ Χριστοῦ. Ἀληθῶς γὰρ φοβερὰ ἐφέστηκεν ἡ ἡμέρα ἐκείνη ἁμαρτωλοῖς, καὶ τοῖς μὴ θελήσασι ποιῆσαι τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, καὶ σωθῆναι. Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς, ἀδελφοί μου γνήσιοι, δεῦτε ἀπορρίψωμεν ἀφ' ἡμῶν τὴν μέριμναν τῶν γηΐνων πραγμάτων. Πάντα γὰρ παρέρχεται, πάντα ἀφανίζεται. Οὐδὲν ἡμᾶς ὠφελεῖ ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ, εἰ μὴ πράξεις ἀγαθαί, ἃς ἐντεῦθεν ἔχομεν. Μέλλει γὰρ εἷς ἕκαστος βαστάζειν τὰς ἑαυτοῦ πράξεις τε καὶ λαλιὰς ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ δικαστικοῦ κριτοῦ. Τρέμει γὰρ ἡ καρδία, καὶ νεφροὶ ἀνοίγονται, ὅταν γένηται ἐκεῖ πράξεων φανέρωσις, λογισμῶν καὶ λαλιῶν ἀκριβὴς ἐξέτασις. Μέγας φόβος, ἀδελφοί, μέγας ζῆλος, ὦ φίλοι. Τίς ἄρα μὴ ζημιώσῃ, τίς ἄρα μὴ κλαύσεται, τίς δὲ μὴ θρηνήσει, ὅτι ἐκεῖ φανερὸν γενήσεται ἃ ἐπράξαμεν ἕκαστος ἐν κρυπτῷ, καὶ σκοτίᾳ; Σύνετε, ἀδελφοί μου, τοῦτο ὑμῖν λέγω. Δίδωμι εἰς βεβαίωσιν τοῦ ὑμετέρου τόδε τὰ καρποφόρα δένδρα, ὅτι ἔνδοθεν αὐτῶν ἐν καιρῷ προβάλλουσι τὸν καρπὸν μετὰ τῶν φύλλων· οὐχὶ ἔξωθεν πόθεν ἐνδύονται τὰ δένδρα τὸν αὐτῶν κόσμον, ἀλλ' ἔνδοθεν αὐτῶν, ἐν προστάγματι Θεοῦ προβάλλουσιν ἕκαστα τὸν καρπὸν κατὰ φύσιν. Οὕτω καὶ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τῇ φοβερᾷ προβάλλουσιν ἅπαντα τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα πάντα, εἴτε ἔπραξαν, ἀγαθὰ ἢ πονηρά, καὶ βαστάσει ἕκαστος ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ φοβεροῦ τοῦ Χριστοῦ· τὸν πρᾶξιν, ὥσπερ καρπὸν καλὸν καὶ τερπνόν· τὰ ῥήματα, ὥσπερ φύλλα· οἱ ἅγιοι βαστάζουσι καρπὸν καλὸν καὶ ὡραῖον· μάρτυρες βαστάζουσι βασάνων καὶ ἀκισμῶν καὶ θλῖψιν ὑπομονῆς· ἀσκηταὶ βαστάζουσιν ἀσκησιν, ἐγκράτειαν, ἀγρυπνίαν, προσευχήν. Ἄνδρες δὲ ἁμαρτωλοί, ἀσεβεῖς καὶ βέβηλοι βαστάζουσιν ἐκεῖσε καρπὸν ἀψίκορον καὶ σαπρὸν (πλήρεις ὄντως ἀψυχίας, κλαυθμῶν τε καὶ ὀδυρμῶν) καὶ σκώληκα

ἀκοι-

ἀκοίμητον ἐν πυρὶ ἀσβέστῳ. Φοβερὸν, ὦ ἀδελφοὶ, ἐκεῖ
A τὸ κριτήριον, ὅτι ἄνθρωπον ἄπαντα φανερῶν, πράξεις τε καὶ λαλιαὶ, λογισμοὶ καὶ ἐνθυμήσεις· ὅπου καὶ παρίστανται μύρια μυριάδες, καὶ χίλιαι χιλιάδες Ἀρχαγγέλων καὶ Ἀγγέλων, Χερουβὶμ καὶ Σεραφὶμ, δικαίων & ἁγίων, Προφητῶν & Ἀποστόλων. Τί οὖν ἀμελῶμεν, ἀδελφοὶ ἀγαπητοί; ὁ γὰρ καιρὸς ἤγγικε, καὶ ἡ ἡμέρα ἔφθασεν, ὅτε τὰ κρυπτὰ ἡμῶν ὁ φοβερὸς δικαστὴς εἰς
B φῶς πάντα ἐξετάζει. Εἰ εἴδημεν, ἀδελφοὶ, τί ἡμῖν ἀπόκειται, ἐκλαύσαμεν πάντοτε ἐν ἡμέρᾳ καὶ νυκτὶ, τὸν Θεὸν δεόμενοι, ἵνα ῥύσηται ἡμᾶς τῆς ἀφχύνης ἐκείνης καὶ σκότους αἰωνίου. Φράσσεται γὰρ στόμα ἁμαρτωλοῦ ἔμπροσθεν τοῦ βήματος. τρέμει γὰρ πᾶσα ἡ κτίσις, & αὐτὰ τὰ τάγματα τῶν ἁγίων ἀγγέλων ἐκ τῆς δόξης ἐκείνης τοῦ αὐτοῦ παρουσίας. Τί οὖν ἐροῦμεν αὐτῷ ἡμέρᾳ κρίσεως,
C ἐὰν τὸν καιρὸν τοῦτον ἀμελῶμεν, ἀδελφοί; Αὐτὸς γὰρ μακροθυμος καὶ πάντας ἡμᾶς ἑλκεῖ εἰς τὴν αὐτοῦ βασιλείαν. λόγον ἡμᾶς ἀπαιτεῖ περὶ τῆς ἀμελείας τοῦ βραχέος καιροῦ τούτου· καὶ αὐτὸς ἐρεῖ ἡμῖν· διὰ ὑμᾶς ἐσαρκώθην, διὰ ὑμᾶς ὁ ἐπὶ γῆς ἐμφανὴς ἐβάδισα, διὰ ὑμᾶς ἐμαστίχθην, διὰ ὑμᾶς ἐρραπίσθην, διὰ ὑμᾶς ἐσταυρώθην ὑψωθεὶς
D ἐπὶ ξύλου, διὰ ὑμᾶς τὸν γηϊνὸν καὶ ὄξος ἐποτίσθην, ἵνα ποιήσω ὑμᾶς ἁγίους οὐρανίους. τὴν ἐμὴν βασιλείαν ἐχαρισάμην ὑμῖν, πάντας ὑμᾶς ἀδελφοὺς ἐμαυτοῦ ἐκάλεσα, τῷ Πατρὶ προσήνεγκα, τὸ Πνεῦμα κατέπεμψα· πλείονα τούτων πάντων τί ἂν εἶχον ποιῆσαι, καὶ οὐκ ἐποίησα, ἵνα ὑμεῖς σωθῆτε; Μόνον τὴν προαίρεσιν οὐ βούλομαι βιάσασθαι, ἵνα μὴ ὑμῖν ἔργα ἀνάγκη σωτηρίας. Εἴπατε, ἁμαρτωλοὶ καὶ θνητοὶ κατὰ φύσιν, τί ὑμεῖς ἐπάθετε διὰ ἐμὲ τὸν Δεσπότην, τὸν πάθοντα διὰ ὑμᾶς; ἰδοὺ οὖν ἡτοίμασται βασιλεία καὶ
E ζωὴ, ἀνάπαυσις καὶ χαρὰ, καὶ κόλασις αἰωνία ἐν σκότει ἐξωτέρῳ. Ὅπου γὰρ θελήσῃ, βαδίσωμεν· ἐπὶ ἑκάστῳ ἡ ἐξουσία δέδοται.

Δεῦτε ἐπὶ τὸ αὐτὸ, ἅπαντες προσκυνήσωμεν αὐτῷ, καὶ κλαύσωμεν ἐνώπιον Κυρίου τοῦ ποιήσαντος ἡμᾶς, λέγοντες· ὦ Δέσποτα, ταῦτα πάντα ὡς Θεὸς ὑπέμεινας διὰ ἡμᾶς, ἡμεῖς δὲ οἱ ἁμαρτωλοὶ
F καὶ ἀμνήμονες ἐπελαθόμεθα τῆς μεγάλης σου ἀνταλλαγχνίας. Τί οὖν Σοι ἀποδώσῃ γένος τῶν ἁμαρτωλῶν, Θεῷ ἀκαταλήπτῳ, ἀγαθῷ καὶ ἀνταλλάγχνῳ; ὁ φωτίσας χαίτι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, ὁ τοὺς ἐκ μητρὸς τυφλοὺς τοὺς ὀφθαλμοὺς φωτίσας, φώτισον καὶ τοὺς ἡμῶν ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας, τοῦ ἀγαπᾶν σε, Δέσποτα, ποθῷ ἐπιτελεῖν

A in igne inextinguibili. Horrendum ibi fratres erit judicium, in quo etiam absque testibus cuncta erunt manifesta, opera atque sermones, cogitationes & animorum sensa. Ubi etiam adsistent millia millium, & decies dena millia Archangelorum, & Angelorum, Cherubim & Seraphim; justorum & Sanctorum, Prophetarum atque Apostolorum chori. Quid ergo torpemus & negligentes sumus, fratres carissimi? Ecce nunc tempus appro-
B pinquavit, & dies nos præoccupat, quo omnia nostra etiam occultissima tremendus Judex in lumen proferet. Quod si nossemus, fratres, quid nobis immineat, diu noctuque indesinenter plangeremus, Deum deprecantes, ut nos a confusione illa æternisque tenebris liberet. Obturabitur enim coram tribunali illo os hominis peccatoris: & contremiscet omnis creatura, ipsaque sanctorum Angelorum agmina ob majestatem illam & gloriam adventus ejus expavescent. Quid vero
C in die judicii ei dicemus, si hoc vitæ tempore adeo negligentes fuerimus, fratres? Ipse enim patienter nos exspectat, & omnes nos ad suum regnum invitat. Rationem etiam a nobis de tanta brevis hujusce vitæ negligentia exquiret; dicetque ad nos ipse: Propter vos incarnatus sum, propter vos in terris palam incessi, propter vos flagellatus sum, propter vos virgis cæsus sum, propter vos
D crucifixus sum, exaltatus in ligno: propter vos terrenos aceto potatus sum, ut vos sanctos atque cœlestes redderem. Regnum meum donavi vobis. Omnes vos meos vocavi fratres: Patri vos obtuli: Spiritum misi vobis. Quid amplius his mihi fuit agendum, quod non egerim, ut salvemini? Tantum liberam vestram voluntatem nolo cogere, ne saluti vestræ vis ac necessitas imponatur. Jam
E dicite peccatores & natura mortales, quid vos propter me Dominum vestrum perpessi estis, quum ego pro vobis sim passus? Ecce ergo præparatum vobis est regnum & vita, requies & gaudium, supplicium item æternum in tenebris exterioribus. Quam quisque maluerit incedere viam, eo pergat: in libera uniuscujusque positum est voluntate.

Venite omnes, procidamus coram ipso, & ploremus coram Domino, qui fecit nos, dicentes: O Domine, hæc omnia tu Deus
F propter nos sustinuisti; at nos peccatores multarum miserationum tuarum immemores sumus. Quid igitur peccatorum genus tibi incomprehensibili, benignissimo, & misericordi Deo retribuet? Qui gratia tua universum terrarum orbem illuminasti, quique cœci ex utero nati oculos aperuisti; illumina quoque cordis nostri oculos, ut te diligamus, Domine, & cum desiderio

tuas jugiter voluntates perficiamus. Ecce calix tremendi tui Sanguinis lumine ac vita plenus est. Intelligentiam nobis lumenque largire, ut cum fide, & desiderio, ac sanctificatione ad ipsum accedamus, sitque nobis in remissionem peccatorum, & non ad judicium. Qui enim anima indigne ad divina mysteria accesserit, seipsum condemnat, non purificans se, ut Regem in thalamum suum suscipiat. Est enim nostra anima sponsa sancta immortalis sponsi. Nuptiæ autem sunt divina sacramenta, quæ in sancta anima comeduntur & bibuntur. Attende itaque tibi ipse: thalamumque tuum jugiter immaculatum custodire, & cœlestem sponsum Christum Regem suscipere contende, ut in die adventus sui mansionem apud te una cum Patre suo faciat, eritque laus tibi coram sanctis Archangelis, ingredierisque in paradisum magna cum gloria & gaudio. Quid enim a te quærit Deus præter salutem tuam, o frater? Si vero neglexeris, & salvari nolueris, rectasque vias Domini non ambulaveris, & mandata ejus non custodieris, teipsum interimes, & ex cœlesti thalamo ejicies. Deus sanctus, qui solus est absque peccato, propter te proprio non pepercit Filio; & tu infelix tui ipsius non misereris? Expergiscere igitur parumper a somno tuo, o vilis atque abjecte homo. Aperi os tuum, & invoca eum. Ora assidue, lacrymas indesinenter funde. Segnitiem atque ignaviam fuge. Ama mansuetudinem, dilige continentiam, sectare quietem, meditare psalmodiam. Dilige Deum ex tota anima tua, sicut & ipse te dilexit. Esto Dei templum, & in te excelsus Deus habitabit. Nam anima, quæ in seipsa Deum habet, templum Dei sanctum & mundum efficitur. Habitante enim Deo in anima, Angeli cœlestes super ea lætantur, festinantque honorare illam, utpote templum Domini sui effectam.

Beatus vir, qui te ex toto corde dilexerit, mundumque & quæcumque in eo sunt, detestatus fuerit; ut te solum Dominum sanctissimum, pretiosam margaritam, ac vitæ thesaurum possideat. Siquis ita Deum sincere diligit, nequaquam in terris ejus est cogitatio; sed sursum semper, ubi & diligit, & sitit, ut perfruatur. Inde dulcedinem sentit, inde illuminatur, inde perpetua dulcedine amoris Dei satiatur. Sed quis putas amorem Dei digne

A τελεῖν αἰὶ τὰ σὰ θελήματα. Ἰδὲ ὃ ποτήριον
τ̃ φρικτ̃ σε αἵματος πλῆρες φωτὸς καὶ ζωῆς
τοῦτο. Ἡμῖν χάρισαι σωφρονεῖν καὶ φωτισμόν, ἵνα
μὴ πρὸς κρίσιν τόλμῃ καὶ ἁγιασμῷ προσερχώμεθα
αὐτῷ, ἵνα γένηται ἡμῖν ἁμαρτιῶν ἄφεσις, καὶ
μὴ εἰς κατάκριμα. Ὁ γὰρ προσερχόμενος τοῖς
θείοις μυστηρίοις ἀναξίως τῇ ψυχῇ, ἑαυτὸν κατα-
κρίνει, μὴ ἁγνίσας ἑαυτὸν βασιλέα δέξασθαι ἐν τῷ
αὐτ̃ νυμφῶνι. Ἡ ἡμετέρα ψυχὴ νύμφη ἁγία
ἐστὶν ἀθανάτ̃ Νυμφίου. Ὁ δὲ γάμος τυγχάνει
τὰ θεῖα μυστήρια ἐσθιόμενα καὶ πινόμενα ἐν τῇ
ἁγίᾳ ψυχῇ. Πρόσεχε οὖν σεαυτῷ τ̃ νυμφῶ-
νά σε ἀεὶ ἄσπιλον φυλάττειν, καὶ τόπασον δέ-
ξασθαι οὐράνιον Νυμφίον, Χριστὸν τ̃ βασιλέα, ἵνα
καὶ ἐν ἡμέρᾳ τ̃ αὐτ̃ παρουσίας, μονὴν ποιήσ
ποιήσῃ σὺν τῷ ἰδίῳ Πατρὶ, καὶ ἔμπροσθεν
ἁγίων Ἀρχαγγέλων ὁ ἔπαινός σοι ἔσται, καὶ εἰς
τ̃ παράδεισον μετὰ δόξης μεγάλης καὶ χαρᾶς εἰ-
σελθεῖν. Τί γὰρ ζητεῖ ὁ Θεὸς παρά σε, ἀ-
δελφὲ, πλὴν τ̃ σῆς σωτηρίας; Ἐὰν δὲ σὺ ἀμε-
λεῖς, μὴ βουλόμενος σωθῆναι, καὶ τὰς εὐθείας
ὁδοὺς τ̃ Θεοῦ μὴ βαδίζεις, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτ̃
μὴ θελήσῃς ἐπιτελεῖν, σεαυτὸν ἀποκτενεῖς, καὶ
σεαυτὸν ἐκβαλεῖς τ̃ οὐρανίου νυμφῶνος. Ὁ Θεὸς
ὁ ἅγιος, ὁ μόνος ἀναμάρτητος, τ̃ ἑαυτοῦ μονο-
γενοῦς παρά σε οὐκ ἐφείσατο· αὐτὸς δὲ, ὦ ἄθλιε,
σεαυτὸν οὐκ ἐλεεῖς; Νῆφον οὖν τ̃ ὕπνου σε ὀλί-
γον, ὦ ἀτελές. Ἄνοιξον τὸ στόμα σου, παρακά-
λεσον αὐτόν. δεήθητι σφοδρῶς, δάκρυσον δια-
νεκῶς, φεῦγε τὴν χαυνότητα. ἀγάπα πραότητα,
τόπασον ἐγκράτειαν, ἄσκησον ἡσυχίαν, μελέτα
ψαλμῳδίαν. Ἀγάπησον τὸν Θεὸν ἐξ ὅλης σου τ̃
ψυχῆς καθὼς σε ἠγάπησε. γνοῦ ναὸς τ̃ Θεοῦ,
καὶ ἐνοικήσῃ ἐν σοὶ ὁ Θεὸς ὁ ὕψιστος. Ψυχὴ γὰρ
ἡ ἔχουσα τὸν Θεὸν ἐν ἑαυτῇ, ναὸς τυγχάνει Θεοῦ
ἅγιος καὶ καθαρός· ἐπεὶ ἂν οὖν ὁ Κύριος ἐνοι-
κήσῃ τῇ ψυχῇ, ἄγγελοι οὐράνιοι ἀγάλλονται ἐν
αὐτῇ καὶ σπουδάζουσι προτιμῆσαι τῇ ψυχῇ, διό-
τι ναὸς τυγχάνει τ̃ αὐτ̃ Δεσπότου.

Μακάριος ἄνθρωπος, ὅστις σε ἠγάπησεν
ἐξ ὅλης αὐτοῦ τῆς ψυχῆς, ἐμίσησε τὸν κόσμον, καὶ
τὰ ἐν αὐτῷ πάντα, ἵνα μόνον σὲ ἔχῃ τὸν πανά-
γιον Δεσπότην, τὸν καλὸν μαργαρίτην, τῆς ζωῆς
τὸν θησαυρόν. Εἴτις ὅτως ἀγαπᾷ τὸν Θεὸν εἰλι-
κρινῶς, ἐκεῖνος ἐπὶ τ̃ γῆς ἀεὶ οὐκ ἔστιν ἡ διάνοια, ἀλλ' ἄνω πάντοτε, ὅπερ ἠγάπησε καὶ δίψᾳ
ἐπιτυχεῖν. Ἐκεῖθεν γλυκαίνεται, ἐκεῖθεν φω-
τίζεται, ἐκεῖθεν κορέννυται τ̃ γλυκύτητος ἀεὶ
καὶ τ̃ ἀγάπης τ̃ Θεοῦ. Περὶ τ̃ γλυκύτητος τῆς
ἀγά-

ὄσας, κράζει, καὶ ὀδύρεται, κ̀ οὐκ ἔςι ὁ εἰσ-
ακούων· τύπτει τὸ πρόσωπον, δονεῖται ὅλῳ τῷ
σώματι, καὶ καθ' ἑκάςην ὥραν προσδοκᾷ τ̃
θάνατον. ὁ πρὸ ὀλίγου σοφὸς, τήκεται τῷ
λιμῷ καὶ τῷ φόβῳ, καὶ ξηραίνεται δίψει, καὶ B
οὐκ ἔςιν ὁ παραμυθούμενος. οὕτως καὶ ἡμεῖς οἱ
ἀμελεῖς παρχωμεν ἐπὶ ξηρᾶς. τρυφώντων γὰρ
ἡμῶν ἐν βίῳ τῷ ματαίῳ, ἦλθεν ἄφνω θάνατος,
ἥρπασε τ̃ ἀμελῆ, καὶ ἔρριψεν εἰς φοβερὸς τό-
πους, ἔνθα κολασθήσον) πάντες ἁμαρτωλοὶ,
ἀθετήσαντες ἀεὶ τ̃ ἴδιον Δεσπότην.

ΟΓ.

C

Κατανοήσωμεν ἀσφαλῶς, ἐν ποίῳ φόβῳ
ἔσται ὁ ὑπὸ κυμάτων ἐκριφεὶς εἰς ὄρια
ἀοίκητα, καὶ μὴ ἔχων παντελῆ παραμυθίαν
τινός· ἐννοηθῶμεν τοίνυν ἐν ποίῳ φόβῳ ἔσται ὁ
ῥιφεὶς ἁμαρτωλὸς ἐν τόπῳ κολάσεως.

ΟΔ.

D

Ἡ Καρδία μου ςενάζει, καὶ οἱ ὀφθαλμοί
μου ἐπιθυμοῦσι δάκρυα, καὶ ἡ ἁμαρτία
μου ἀχμαλωτίζει μου τ̃ νοῦν, ἵνα μὴ καταυγεὶς
δεηθῶ τοῦ Κυρίου μ̃ πικρῶν δακρύων, τοῦ μὴ
ῥιφῆναί με ἐν σκότει ἐξωτέρῳ.

ΟΕ.

E

Ὁ Ῥυσάμενος τ̃ λαόν σου ἐκ χειρὸς τ̃ Φα-
ραὼ, καὶ ἐκ καμίνου σιδηρᾶς, καὶ διασώσας αὐτοὺς διὰ τ̃ Ἐρυθρᾶς θαλάσσης, ῥῦ-
σαι καὶ ἡμᾶς ἐκ τ̃ ἀνομιῶν ἡμῶν, ὅπως εὕρω-
μεν χάριν ἐνώπιόν σου, ὅταν μέλλῃς κρίνειν ζῶν-
τας κ̀ νεκρούς.

Ος.

F

Ἐν ὅσῳ ἐν ἡμῖν ἰσχύς ἐςι, δουλεύσωμεν τῷ
Κυρίῳ ἐν ἁπλότητι καρδίας, ἵνα ἐν καιρῷ
θλίψεως εὕρωμεν αὐτὸν βοηθὸν, ῥυόμενον ἡμᾶς
ἐκ μεγάλων κινδύνων.

inopinato autem ſuboritur tempeſtas, quæ mare turbat, & navem confringit, ipſeque ſolus a fluctibus & undis in inſulas deſertas ferisque plenas abripitur, ubi vociferatur & plorat, nec eſt qui exaudiat: verberat faciem, toto exagitatur corpore, & in horas mortem expectat. Qui paulo ante inſolens ac ſuperbus erat, fame atque timore tabeſcit, & ſiti perit, nulluſque adeſt, qui ipſum conſoletur. Idem nobis quoque negligentibus in terra contingit. Dum enim in vana hac vita deliciis ac voluptatibus indulgemus, repente nos ignavos mors invadit, & in loca horrore plena abripit atque detrudit, ubi cuncti cruciabuntur peccatores, qui ſemper Dominum ſuum contemſerunt.

LXXIII.

PErpendamus dum in tuto ſumus, in quo timore verſetur is, qui a fluctibus in deſertos conjicitur fines, nec habet a quo ſolatium accipiat. Hinc quoque cogitemus, in quanto erit metu peccator, in ſuppliciorum locum conjectus.

LXXIV.

COr meum ſuſpirat, oculique mei lacrymas deſiderant; ſed peccatum mentem meam captivam detinet, ne cum cordis compunctione deprecer Dominum cum amaris lacrymis, ne me projiciat in tenebras exteriores.

LXXV.

QUi e manu Pharaonis & ex camino ferreo populum tuum liberaſti, eumque per mare Rubrum eduxiſti ſalvum: nos quoque ab iniquitatibus noſtris libera, ut in conſpectu tuo gratiam inveniamus, quando judicaturus es vivos & mortuos.

LXXVI.

DOnec vires nobis ſuppetunt, Domino in rectitudine cordis ſerviamus: ut in tempore tribulationis nos adjuvet, & ex ingentibus periculis liberet.

LXXVII.

QUi ſibi in cordis puritate ſerviunt, eos incomparabili ornat gloria: nullus enim Sanctorum gloriæ invenitur finis.

LXXVII.

DIvino juſſu Jonam Prophetam cetus deglutivit, ac veluti in quodam penu illum in ventre ſuo ſervavit. Caput ejus ad montium ſciſſuras deſcendit, & extrema abyſſus ipſum vallavit: in terram deſcendit, cujus vectes æterni eum conſtrinxerant: ibique orans, clamabat dicens: Reſurgat e corruptione vita mea, Domine Deus meus. Oratio ejus profundum diviſit, aërem ſcidit, in cœlum aſcendit, & in aures Domini introivit. Aut potius ipſe, qui univerſa replet Dominus, a vero ſervo ſuo non longe abfuit.

Jon. 2.

LXXIX.

MAndavit Dominus ceto, & Prophetam evomuit, qui quaſi e navi deſcendens, ad prædicationem ſe convertit.

LXXX.

DEntibus adverſus juſtos ſtrident peccatores. Ingruunt tentationes: coronantur Sancti: impii autem, qui mala in Sanctos Dei cogitabant, confunduntur.

LXXXI.

ELias Thesbites perſecutionem olim ab improba paſſus eſt femina. Sed corvi miniſterio Prophetam paſcebat Dominus; peccatores vero graviſſima fames invaſit.

3. Reg. 17. 18.

LXXXII.

IN curru ſublatus eſt igneo Elias Propheta. Impia autem Jezabel e faſtigio domus ſuæ præceps deturbata eſt, & in plateis civitatis devorata.

4. Reg. 2.

OZ.

Τοὺς δικαίους ἐαυτῷ ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ, δοξάσῃ ἐν δόξῃ ἀνεικάστῳ· τ γὰρ δόξης τ̃ ἁγίων τέλος οὐχ εὑίσκεται.

OH.

Κατέπιε τὸ κῆτος τ̃ Προφήτην Ἰωνᾶν, ἀφ' ὧν ἐτάγματος Θεοῦ, καὶ ὡς ἐν ταμιείῳ τινὶ ἐφυλάττετο ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους. ἔδυ ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ εἰς σχισμὰς ὀρέων, καὶ ἐκύκλωσεν αὐτὸν ἄβυσσος ἐχάτη. κατέβη εἰς γῆν, ἧς οἱ μοχλοὶ αὐτῆς κάτοχοι αἰώνιοι. κἀκεῖ προσευχόμενος ἐβόα, ἔτως λέγων· ἀνάβητω ἐκ φθορᾶς ἡ ζωή μου, Κύριε ὁ Θεός μου. ἀνέσχισεν ἡ προσευχὴ τ̃ βυθὸν, ἔτεμε τ̃ ἀέρα, ἀνέβη εἰς οὐρανὸς καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὰ ὦτα τοῦ Κυρίου. μᾶλλον δ' αὐτὸς ὁ Κύριος, ὁ πληρῶν τ̃ σύμπασαν, ἐ μακρὰν ἀφίστατο τοῦ γνησίου οἰκέτου.

OΘ.

Προσέταξεν ὁ Θεὸς τῷ κήτει, καὶ ἐξέρασε τ̃ προφήτην· κ ὡς ἀπὸ πλοίου ἀποβὰς, ἦρχετο τοῦ κηρύγματος.

Π.

Τρίβουσιν ἁμαρτωλοὶ, κ δικαίων, ὀδόντας· πειρασμοὶ ὑπέρχονται· στεφανοῦνται ὅσιοι· ἀσχύνονται ἀσεβεῖς κακὰ βουλευσάμενοι κ ἁγίων Θεοῦ.

ΠΑ.

Ἐδιώκετό ποτε ὑπὸ πονηρᾶς γυναικὸς Ἠλιοὺ ὁ Θεσβίτης· ὁ δ Κύριος δι' ὀρνέου ἔτρεφε τ̃ Προφήτην. ἐπὶ δ τοῖς ἁμαρτωλοῖς λιμὸς ἐπῆλθε δεινός.

ΠΒ.

Ἐν ἅρματι πυρινῷ ἀνελήφθη ὁ Προφήτης Ἠλιού. ἡ δ ἄνομος Ἰεζάβελ ἐξ ὕψους ἑαυτῆς οἴκου καταῤῥαγεῖσα ἐπὶ γῆς κατεβρώθη ἐν πλατείαις πόλεως.

Hje-

Ἐβαλ-

ΠΓ.

Ἔβαλον οἱ ἄνομοι τὸν Προφήτην Ἱερεμίαν ἐν τῷ λάκκῳ τοῦ βορβόρου, μὴ ἀνεχόμενοι ἀκοῦσαι λόγον θεοσεβείας. Ἤκουσε δὲ τοῦ τόλμιου αὐτῶν Ἀβιμέλεχ ὁ Αἰθίοψ, λαμπρὸς ὑπάρχων τῇ ψυχῇ καὶ τῇ φύσει ἀστραπτων, ἤλεγξε τὸν βασιλέα ἐπὶ ἀνομίᾳ. ἔλαβεν ἐξουσίαν, ἀνεῖλκυσε τὸν Προφήτην, καὶ ἔτυχεν εὐλογίας.

LXXXIII.

HIeremiam Prophetam, quod pios ejus sufferre nequirent sermones, in cœni lacum conjecerunt impii. Quorum temeritate audita Abimelech corpore quidem æthiops ac niger, sed animo candidus & fide coruscans, iniquitatem Regis coarguit, acceptaque potestate, Prophetam eduxit, & benedictionem obtinuit. *Hierem. 37. 38.*

ΠΔ.

Ἐπέρησαν οἱ πορθοῦντες ἐπὶ τοὺς πορθήσαντας ἀεὶ τοὺς τοῦ Θεοῦ προφήτας, καὶ ἐδόθη ὁ λαὸς τῶν Ἑβραίων ἐν χειρὶ τῶν πολεμίων. εἶδον οἱ πολέμιοι τὸν προφήτην τοῦ Θεοῦ, καὶ ἔλυσαν ἐκ τῶν ποδῶν δῶρα προσκομίσαντες· ἐθεώρουν γὰρ αὐτὸν ἐν πολλῇ εὐσεβείᾳ. ὥσπερ γὰρ ὁ βαστάζων λύχνον φωτίζει τοὺς πόντας, οὕτως ἐστὶν ἡ ἀρετὴ πάντοτε, τὸ κλέος ἀεὶ βαστάζουσα.

LXXXIV.

INsurrexerunt hostes in eos, qui semper Prophetas Dei oppugnabant, datusque est populus Hebræorum in hostium manus. Viderunt inimici Prophetam Dei, & vincula e pedibus ejus solverunt, ac munera obtulerunt: magna enim illum pietate conspicuum aspexerunt: nam sicut qui lucernam defert, præsentibus lumen præbet: ita & virtus semper gloriæ splendorem secum defert.

ΠΕ.

Ἔβαλον τὸν Προφήτην Δανιὴλ οἱ ἀσεβεῖς εἰς τὸν λάκκον τῶν λεόντων διὰ θεοσέβειαν, ὅπως ὑπ' αὐτῶν καταβρωθῇ· καὶ οὐκ ἔγνωσαν οἱ ἄνομοι, ὅτι εἰς ἐντροπὴν ἰδίαν τοῦτο κατεργάζονται. ὁ δὲ Κύριος ἐν χειρὶ τοῦ Ἀμβακούμ, καὶ δι' ἀγγέλου ἁγίου, ἄριστον ἀπέστειλε τῷ γνησίῳ οἰκέτῃ. Οἱ δὲ ἄγριοι θῆρες ἰδόντες τὸν προφήτην ἐν μέσῳ αὐτῶν, κύπτοντες προσεκύνουν· δυνάμις γὰρ οὐράνιος ἐνέφραξε τὰ στόματα τῶν λεόντων τοῦ μὴ λυμαίνεσθαι τὸν δίκαιον.

LXXXV.

DAnielem Prophetam in lacum leonum propter ejus pietatem conjecerunt impii, ut ab illis devoraretur, ignorantes scelerati, se in propriam id machinari confusionem. Deus autem per manum Habacuc, & per sanctum Angelum, fideli servo suo misit prandium. Immanes autem feræ in medio sui videntes Prophetam, inclinantes se, adorabant illum. Virtus enim cœlestis ora leonum obturaverat, ne virum justum læderent. *Dan. 6.* *Dan. 14.*

Πς.

Ἀνείλκυσαν τὸν προφήτην ἐκ μέσου τῶν θηρείων, καὶ ἐξηλέγχετο ἐκ μέρους ἡ ἀσέβεια αὐτῶν, θεασάμενοι αὐτὸν ὡς νυμφίον ἐκ θαλάμου σὺν βοντα τῷ προσώπῳ καὶ τῇ δόξῃ λαμπόμενον.

LXXXVI.

PRopheta e medio ferarum educto, reprehensione se dignos cognoverunt homines illi impii, cernentes eum, tamquam sponsum e thalamo, facie splendida gloriaque illustri progredientem.

ΠΖ.

Ἐικότως τὸ δεύτερον ἀμφέβαλον Βαβυλωνίων τὸ ἔθνος, μὴ ἄρα ἐκαχέκτησαν οἱ ἅγιοι θῆρες, τοῦ μηκέτι ἐθίειν τῶν ἀνθρώπων τὰ σώματα· ἕκτην γὰρ ἡμέραν ποιήσας ὁ ἐκλεκτὸς τοῦ Θεοῦ ἀνὰ μέσον τῶν ἑπτὰ λεόντων, πᾶσα ἀφθορὰ οὐχ εὑρέθη ἐν αὐτῷ· τῇ δὲ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ ἦλθεν

LXXXVII.

MErito dubitabant Babylonii, utrum ex morbo aliquo immanes feræ non attigissent hominum corpora. Ad sextum quippe diem in medio septem leonum electus Dei fuerat, nec ulla in eo inventa est corruptio. Venit autem

tem Rex die ſeptimo, ut lugeret juſtum: & inclinans ſe in lacum, aſpexit illum inter leones ſedentem, velut paſtorem in medio ſuarum ovium. Qua de cauſa merito de ejus ſalute infideles illi dubitabant. Quum autem in lacum leonum miſſi ſunt, qui perditionis juſti cauſa fuerant, membratim diſcerpti ſunt, illorumque oſſa comminuta. Unde præ admiratione vehementer exclamarunt: magnus es Domine Deus Danielis.

A ἦλθεν ὁ βασιλεὺς πενθῆσαι τ̃ δίκαιον, κύψας εἰ̃ ἐν τῷ̃ λάκκῳ, θεωρεῖ αὐτὸν καθήμενον μεταξὺ τ̃ λεόντων, ὥσπερ ποιμένα ἀνὰ μέσον τ̃ ἰδίων προβάτων. Τότε χαίειν εἰκότως ἠμφισβήτουν οἱ ἄπιστοι περὶ τ̃ τότε σωτηρίας. ἡνίκα εἰ̃ ἐνεβλήθησαν ἐν τῷ̃ λάκκῳ τ̃ λεόντων οἱ ἐχθροὶ τ̃ δικαίου, θεασάμενοι αὐτὸν μεληδὸν παραχθέντας, καὶ τ̃ ὀστέων αὐτῶν λεπτυνθέντων, εἰς τέλος λίαν θαυμάσαντες ἀνεβόησαν ἰσχυρῶς·
B μέγας εἶ, Κύριε ὁ Θεὸς τ̃ Δανιήλ.

LXXXVIII.

Daniel.3. TRes Pueri de domo Azariæ, quod imaginem auream non adoraſſent, fortiter ligati, miſſi ſunt in fornacem ignis ardentis, quorum tamen ne capillum quidem auſus eſt abſumere ignis: at contra erumpens flamma eos, qui ipſam incenderant, combuſſit.

ΠΗ.

Οἱ τρεῖς παῖδες οἱ περὶ Ἀζαρίαν μὴ προσκυνήσαντες τῇ̃ εἰκόνι τῇ̃ χρυσῇ̃, ἰσχυρῶς πεδηθέντες, ἐρρίφησαν εἰς τὴν ἐξαφθεῖσαν
C φλόγα· τὸ γὰρ πῦρ κατετόλμησε φλογίσαι τείχας αὐτῶν· ὀργὴ ἐξελθοῦσα ἡ φλὸξ ἐνεπύρωσε τοὺς ταύτην ἐκκαύσαντας.

LXXXIX.

HÆc igitur conſiderantes, fratres dilectiſſimi, ſolliciti ſimus, ne tentationum tempore inveniamur reprobi. Nam propter tolerantiam tentationum, ſemper
D magnificantur amici Dei.

ΠΘ.

Ταῦτα οὖν ἐννοοῦντες, ὦ γνήσιοι, μὴ ὀφθῶμεν ἀδόκιμοι ἐν καιρῷ̃ τ̃ πειρασμῶν. Διὰ γὰρ τ̃ ὑπομονῆς τ̃ πειρασμῶν, μεγαλύνονται οἱ θεοφιλεῖς ἀεί.

XC.

DOnec vires nobis ſuppetunt, Domino in timore, & recto corde, bonoque propoſito ſerviamus, ut tentationis tempore infirmitatem noſtram adjuvet, noſque coronis ornatos exhibeat, & in ſuum regnum introducat. Amen.

ϞΗ.

Ὡς ἔτι ἐν ἡμῖν ἰσχύς ἐστι, δουλεύσωμεν τῷ̃ Κυρίῳ ἐν φόβῳ καὶ εὐθείᾳ καρδίᾳ καὶ ἐν
E καλῇ̃ προαιρέσει· ἵνα ἐν καιρῷ̃ πειρασμοῦ βοηθήσας τῇ̃ ἡμῶν ἀσθενείᾳ, στεφανηφόρους ἀναδείξας εἰσάξῃ ἡμᾶς εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ. ἀμήν.

EJUSDEM SANCTI PATRIS EPHRÆM SYRI

SERMONES PARÆNETICI AD MONACHOS ÆGYPTI.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΕΦΡΑΙΜ ΤΟΥ ΣΥΡΟΥ

ΛΟΓΟΙ ΠΑΡΑΙΝΕΤΙΚΟΙ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΚΑΤ' ΑΙΓΥΠΤΟΝ ΜΟΝΑΧΟΥΣ.

PARÆNESIS I.

GLoria tibi, Deus, gloria tibi: iterumque dicam: gloria tibi, Deus ſuperlaudatus & ſuperexaltatus in ſecula. Omni tempore, cariſſimi, gratias agere debemus Deo, qui dignatus eſt nos ſuavi jugo ſuo, & liberavit nos a caducis & corruptibilibus mundi rebus. Statutum

F

ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ Α.

ΔΌξα σοι, ὁ Θεὸς, δόξα σοι· καὶ πάλιν ἐρῶ, δόξα σοι ὁ Θεὸς ὑπερυμνητὸς καὶ ὑπερυψούμενος εἰς τοὺς αἰῶνας. Εὐχαριστεῖν ὀφείλομεν τῷ̃ Θεῷ̃, ἀγαπητοὶ, παντὸς τῷ̃ ἀξιώσαντι ἡμᾶς ὑπὸ τ̃ χρηστὸν αὐτοῦ ζυγὸν, καὶ ῥυσαμένῳ τῶν προσκαίρων καὶ φθαρτῶν. Βούλομαι πα-

ἀφωνῆσαι λόγους, ὡς ἡ χάρις ἐφώτισέ μοι τὴν ἀφάνειαν. Λαλῆσαι δὲ βούλομαι οὐκ ἐν σοφισμοῖς λόγοις, καίγὼ ἄνθρωπός εἰμι ἰδιώτης καὶ ἀτελέστατος. Ἀλλ' ὅμως τὰ σοφισμοῖς λεγόμενα οὐ πᾶσίν ἐστι δῆλα, καὶ μάλιστα τοῖς μὴ μετεσχηκόσι τῆς κοσμικῆς φιλοσοφίας. Οὕτω χρὴ εὔσημον λόγον διδόναι, ὃν οὐ δύνανται οἱ ἀναγινώσκοντες νοῆσαι, κατὰ τὸ μακάριον Ἀπόστολον· ἐὰν φησὶ, μὴ εἰδῶ τὴν δύναμιν τῆς φωνῆς, ἔσομαι τῷ λαλοῦντί μοι βάρβαρος, καὶ ὁ λαλῶν ἐν ἐμοὶ βάρβαρος. Δύναται δὲ ὁ πνευματικὸς λόγος πεῖσαι τοὺς ὑπηκόους τῆς πίστεως, εἴπερ δίχα τῆς γραμματικῆς καὶ ῥητορικῆς. Εὐλογητὸς δὲ ὁ Θεὸς ὁ παρέχων τοῖς πᾶσι τὰ πάντα, καὶ φωτίζων ἕκαστον πρὸς τὸ συμφέρον. Οὔτι δὲ ὑπὲρ τὰ ἐμὰ μέτρα τοῦτο ὑπάρχει οὐκ ἀγνοῶ· ἀλλὰ γέγραπται· καιρὸς τοῦ σιγᾶν, καὶ καιρὸς τοῦ λαλεῖν. Ποίαν οὖν ἔξομεν ἀπολογίαν ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, μὴ βοηθήσαντες κατὰ δύναμιν τοῖς κάμνουσιν ὑπ' ἀπειρίας, καὶ μάλιστα ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ, ὡς αὐτοῖς καὶ χειμαζομένοις ὑπὸ κακῆς διδασκαλίας καὶ ἀθέσμου συμβουλίας; Ὁ γὰρ ἀμοβόρος Λέων, καὶ τῆς ἀληθείας ἐχθρὸς ὢν πάντας ἁρπαγῆν τοὺς μὴ λίαν προσέχοντας, καὶ σάρκας ἀνθρώπων κατεσθίειν βουλόμενος, ἀλλὰ ψυχὰς ἐν γεέννῃ συγκαταπαῦσαι προθυμούμενος. Πόσους οἴεσθε μετὰ τὴν ἀναχώρησιν, πάλιν τοῖς ἀτίμοις πάθεσιν ὑποτάξαντας; πόσους μετὰ τὸ στοιχειωθῆναι τῇ ἀδελφότητι, ἀποσάτας ἀπεργάσατο, καὶ αὐτοῦ τοῦ σχήματος ξένους κατέστησεν. Οὐκ ἐχρὴ μὴ πατρέπεσθαι, ἀλλ' ἀδελφὸς ὑπὸ ἀδελφοῦ βοηθούμενος ἀνάλωτοι παθίσαντας τοῖς τοῦ Διαβόλου παγίοις. Ἡμεῖς δὲ φαμεν κατὰ τὸν Ἀπόστολον· οὐχ ὅτι ἱκανοί ἐσμεν ἀφ' ἑαυτῶν λογίσασθαί τι, ὡς ἐξ ἑαυτῶν, ἀλλ' ἡ ἱκανότης ἡμῶν ἐκ τοῦ Θεοῦ· ὃς καὶ ἱκάνωσεν ἡμᾶς διακόνους εἶναι αὐτοῦ ἀναξίους ὄντας. ὑμῖν δὲ δῴη ὁ Κύριος, λαβόντας τὸν λόγον, ὡς τὴν ἀγαθὴν γῆν, τέλειον καὶ πολυπλασίονα τὸν καρπὸν ἀποδοῦναι ἐν δικαιοσύνῃ Χριστῷ τῷ Σωτῆρι ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

A tutum est mihi sermones subministrare, quales lumine gratiæ occurrunt menti meæ. Loqui autem volo, non in doctis sapientiæ verbis: nam & ego homo sum idiota, ac vilissimus. Veruntamen quia argute dicta non omnibus sunt perspicua, & iis potissimum, qui non degustarunt sapientiam mundanam: idcirco claram oportet proferre orationem, quam assequi possint qui legunt, secundum Beatum Apostolum: *Si* B *enim*, ait, *nesciero virtutem vocis, ero ei, cui loquor, barbarus, & qui loquitur mecum, mihi barbarus. Potens est autem sermo spiritalis persuadere obtemperantibus fidei*, etiam absque grammatica & rhetorica. Benedictus autem Deus, qui cunctis cuncta præbet, & unumquemque, quantum expedit, illuminat. Id verò captum meum excedere, non sum nescius. Sed scriptum est; *Tempus tacendi, & tempus loquendi*. Ecclesiast. 3.

C Quam ergo excusationem in die judicii habituri sumus, non succurrentes pro viribus imperitia laborantibus, & maximè tempore isto, quo fluctibus perversæ doctrinæ pravique consilii agitantur? Leo enim cruentus, & veritatis inimicus non cessat eos, qui non valde attendunt, decipere: non quidem humanas carnes devorare volens, verum animas secum in gehennam trahere gestiens. Quot putatis D post abdicationem rerum terrenarum, iterum perturbationibus ac passionibus ignominiosis per eum subigi? Quot post prima religionis elementa tradita, effecit apostatas, & habitu ipso spoliavit? Quare a via non est aberrandum: sed frater adjutus a fratre, laqueis Diaboli capi nequit. Nos autem cum Apostolo dicimus: *non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis; sed sufficientia nostra ex* 2. Cor. 3. E *Deo est: qui & idoneos nos fecit sibi ministros, licet indignos*. Vobis autem concedat Dominus suscipere verbum instar terræ bonæ, ut perfectum multiplicemque fructum in justitia referatis Christo Salvatori nostro: cui sit gloria in secula. Amen.

F

EJUSDEM SANCTI PATRIS EPHRÆM SYRI

ADHORTATIO AD PIETATEM.

PARÆNESIS II.

CAriſſime, divina gratia Chriſtianus es? Serva mandata Domini noſtri Jeſu Chriſti; & ſalvaberis. Scriptum eſt enim: *In veritate comperi, quia non eſt perſonarum acceptor Deus: ſed in omni gente, qui timet eum, & operatur juſtitiam, acceptus eſt illi.* Si autem volueris etiam ad perfectam vitæ monachorum rationem contendere, ut & melioribus potiaris: ſcito, quod niſi ita ſtatueris, jam te ex hac vita migraſſe, mundumque iſtum cum omni gloria ſua inſtar umbræ evaneſcere; non poteris affectiones terrenas & concupiſcentias mundanas ſuperare; quæ quidem demergunt homines in perniciem carnis atque perditionem. Verax enim eſt, qui ait: *Si quis vult poſt me venire, abneget ſeipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Qui enim voluerit animam ſuam invenire, perdet eam. Qui autem perdiderit eam propter me, inveniet eam. Quid enim proderit homini, ſi univerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur: aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua?* Neque enim eſt labor fundamentum jacere, ſed ædificium perficere. Quanto enim amplius in altum erigitur ædificium, tanto major labor relinquitur ædificanti uſque ad perfectionem operis. Audiamus ſalutarem vocem dicentis: *Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, nonne prius ſedens computat ſumtus, ſi habeat ad perficiendum? ne poſteaquam poſuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui vident, incipiant illudere ei, dicentes: Quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare.* Bellum quidem militum, breve: ſed monachi pugna, quoad uſque emigret ad Dominum, durat. Idcirco omni cum ſtudio ac vigilantia & patientia opificium auſpicari oportet. Si igitur, dilectiſſime, leonem jugulare tentes, firmiter apprehende, ne forte tibi confringat oſſa inſtar vaſis teſtacei. Si vero te ipſum in mare præcipitem dede-

Actor.10.

Matth. 16. Marc. 8. Luc. 9.

Luc. 14.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΕΦΡΑΙΜ ΤΟΥ ΣΥΡΟΥ

ΠΡΟΤΡΟΠΗ ΕΙΣ ΤΗΝ ΘΕΟΣΕΒΕΙΑΝ.

ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ Β.

Β Ἀγαπητὲ, Χριστιανὸς εἶ διὰ τὸ χάριτος τοῦ Θεοῦ; τήρησον τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ σωθήσῃ· γέγραπται γάρ· ὅτι ἐπ' ἀληθείας καταλαμβάνομαι, ὅτι οὐκ ἔστι προσωπολήπτης ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἐν παντὶ ἔθνει ὁ φοβούμενος αὐτὸν, καὶ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην, δεκτὸς αὐτῷ ἐστιν. Εἰ δὲ βούλει καὶ ἐπὶ τὸ ἀκριβῆ βίον τῶν μοναχῶν ἐλθεῖν, ὅπως καὶ τῶν κρειττόνων ἐπιτύχῃς, ἐὰν μὴ θῇς ἐν τῷ C λογισμῷ σου, ὅτι ἤδη μετέστης τοῦ βίου τούτου, καὶ ἤγησῃ τὸν κόσμον τοῦτον καὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ, ὥσπερ σκηνὴν καταλελυμένην, ἃ δυνάσαι νικῆσαι τὰ πάθη τὰ γήινα, καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας, αἵτινες βυθίζουσι τοὺς ἀνθρώπους εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς καὶ ἀπώλειαν. Ἀψευδὴς γὰρ ὁ εἰπών. εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι. ὁ γὰρ θέλων τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι D ἀπολέσει αὐτήν. ὁ δὲ ἀπολέσας αὐτὴν ἕνεκεν ἐμοῦ, εὑρήσει αὐτήν. τί γὰρ ὠφεληθήσεται ἄνθρωπος, ἐὰν ὅλον τὸν κόσμον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ; ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ; Οὐ γάρ ἐστι κόπος βαλεῖν θεμέλιον, μᾶλλον δὲ ἐκτελέσαι τὴν οἰκοδομήν. ὅσῳ γὰρ ὑψηλοτέρα ἡ οἰκοδομὴ, τοσούτῳ πλείων κόπον περέχει τῷ οἰκοδομοῦντι, ἄχρι τοῦ τελειώσεως τὸ ἔργον. Ἀκούσωμεν τοῦ σωτηριώδους φωνῆς τοῦ λεγούσης· τίς γὰρ ἐξ ὑμῶν θέλων πύργον οἰκοδομῆσαι, οὐχὶ πρῶτον καθίσας ψηφίζει τὴν δαπάνην, εἰ ἔχει πρὸς ἀπαρτισμόν; ἵνα μήποτε θέντος αὐτοῦ θεμέλιον, καὶ μὴ ἰσχύσαντος ἐκτελέσαι, πάντες οἱ θεωροῦντες ἄρξωνταί αὐτῷ ἐμπαίζειν, λέγοντες· οὗτος ὁ ἄνθρωπος ἤρξατο οἰκοδομεῖν, καὶ οὐκ ἴσχυσεν ἐκτελέσαι. Οὐ πόλεμος τῶν στρατιωτῶν, βραχύς· τοῦ δὲ μοναχοῦ, ἄχρι τῆς ἀποδημίας αὐτοῦ πρὸς τὸν Κύριον. Διὰ τοῦτο χρὴ ἐναρξάσθαι ἐν τῇ ἐργασίᾳ μετὰ πάσης σπουδῆς καὶ νήψεως καὶ ὑπομονῆς. Ἐὰν οὖν, ἀγαπητὲ, ἐπιχειρήσῃς σφάξαι λέοντα, ἑδραίως λαβοῦ, μήποτε σωτείψῃ τὰ ὀδόντα σου, ὡς ἀγγεῖον ὀστράκινον. Ἐὰν δὲ ῥίψῃς ἑαυτὸν εἰς

εἰς τ᾽ θάλασσαν, μὴ ὀλιγοψύχει ἄχρις ἂν ἐξέλθῃς εἰς τ᾽ ξηρὰν, ἵνα μὴ κατέλθῃς εἰς βυθὸν, ὡσεὶ λίθος. Ἀδελφὲ, ἐὰν ἔλθῃς ἀγωνίσασθαι, νηφάλαιος ἴσθι, μήποτε ὁ ἀνταγωνιστής σου νικήσας ἐπιχαίρῃ σοι, καὶ ἀντὶ στεφάνου κομίσῃ τὰ ἐναντία. Πᾶς οὖν θέλων εἶναι μοναχὸς, τοῦτο ἐν ἑτοίμῳ ἔχει, τὸ ἀνθυπομεῖναι γενναίως, μήποτε εἰσελθόντος αὐτοῦ εἴπῃ, ὅτι οὐκ εἶδον ὅτι ταῦτα ἔμελλόν μοι συμβαίνειν. Ἴδε προεγνώσθη σοι ταῦτα, ἵνα καὶ σὺ τ᾽ λογισμόν σου καταρτίσῃς, εἰδὼς ὅτι ἐν τούτῳ φανήσεταί σου ἡ δοκιμή. Σιώπα τὸ λεγόμενον, ἀγαπητὲ, μὴ σήμερον προσθύραις ὤν, καὶ ἐπερωτώμενος εἴπῃς, πάντα ἀνθυπομένω· καὶ αὔριον ἐν λόγοις καὶ ἔργοις πραγτήσῃ· οἱ γὰρ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ παρίστανται, καὶ ἀκούουσι πάντα τὰ ἐκπορευόμενα ἀφ᾽ τῶν χειλέων σου. Βλέπε, ἀγαπητὲ, σοῦ εἴς σε βιάζεται, καὶ εἰ ἀληθινῶς σωτάσῃ, βλέπε μὴ ψεύσῃ, ὅτι Κύριος ἀπολεῖ πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος. Ταῦτα οὖν συμβαίνει τῷ προσερχομένῳ τῷ Θεῷ· πρῶτον μὲν πειρασμὸς, ἔπειτα θλῖψις, εἶτα πόνος, ἀκηδία, γυμνότης, πάθη, ξενοχωρία, ἐξουδένωσις. ἐν τούτοις γὰρ φαίνεται ἡ ἀνθυπομονὴ καὶ ἡ δοκιμὴ τῶν πιστῶν· καὶ ἐν τούτοις πᾶσι ὑπομένει ὁ δοῦλος ἑαυτὸν ἐν ὅλῃ καρδίᾳ τῇ τοῦ Θεοῦ κυβερνήσει, καὶ ἀνθυπομένει τῷ βουλήματι αὐτοῦ. Μόνον γὰρ τὴν τελείαν προσθεσιν αἰτεῖ παρ᾽ ἡμῶν ὁ Θεὸς, καὶ αὐτὸς ἡμῖν ἐπιχορηγήσει τὴν ἰσχὺν, καὶ τὸ νῖκος δωρήσεται· καθὼς γέγραπται· ὑπομονὴ ἔσται πάντων τῶν ἐλπιζόντων ἐπ᾽ αὐτόν. καὶ πάλιν λέγει· ἐγγὺς Κύριος πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτὸν ἐν ἀληθείᾳ. θέλημα τῶν φοβουμένων αὐτὸν ποιήσει, καὶ τ᾽ δεήσεως αὐτῶν εἰσακούσεται, καὶ σώσει αὐτούς. Εὔχεσθε ὑπὲρ ἡμῶν, παρακαλῶ, ἵνα ἃ μέλλωμεν λέγειν, δῴη ἡμῖν ὁ Κύριος, ἀμέμπτως ποιεῖν αὐτά. Οὐ γὰρ ὡς φθάσαντες, εἰς ταῦτα τὰ μέτρα συμβαλλόμεθα. ἀλλὰ Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν ἐπικαλεσώμεθα δοτῆρα καὶ ἐπιχορηγὸν τῶν λόγων, ἀρχόμενοι γυμνάζειν τ᾽ λόγον, ἵνα ἅμα ὠφεληθῶμεν καὶ ὠφελήσωμεν. Εἰ γὰρ οἱ λεγόμενοι φαρμακοπῶλαι ἐπιμελῶς ἐξερεύνησαν τὰς ῥίζας καὶ τὰ εἴδη τῶν βοτανῶν, καὶ ἐν γραφῇ παραδεδώκασι, καὶ τοῦτο δηλοῖ οἰκονομίαν Θεοῦ μείζω πρὸς παραμυθίαν τῶν ἀσθενούντων κατὰ σάρκα· πόσῳ μᾶλλον ὀφειλέται ἐσμὲν ἡμεῖς ἀναλύπτειν τ᾽ θησαυρὸν τῆς χάριτος κατὰ τὴν αὐτοῦ δωρεάν; ὃν ἐξέφυγε τιμωρίας ὁ δοῦλος ὁ πονηρὸς κρύψας ἐν

A dederis, cave abjicias animum, donec ad terram evaseris, ne forte in profundum descendas tamquam lapis. Frater, si ad certamen ingrediaris, sobrius esto ac vigilans, ne forte adversarius tuus victor evadens, supergaudeat tibi, & pro corona contrarium referas. Quicumque igitur cupit esse monachus, ad fortiter resistendum se promtum exhibeat: ne ingressus, dicat, ignorasse se, quod ista
B sibi eventura essent. Ecce præsciviisti ista, ut & tu cogitationem tuam componas, sciens quod in hoc manifestabitur tua probatio. Intellige quod dicitur, carissime, ne hodie pro foribus consistens, interrogatusque dicas, omnia suffero; cras autem in verbis & operibus detrectes. Angeli enim Dei adstant, audiuntque omnia de labiis tuis procedentia. Vide,
C carissime, quod nemo te cogit: & si vere & ex animo hoc institutum cepisti, cave mentiaris, quoniam Dominus perdit omnes qui loquuntur mendacium. Hæc igitur ad Deum accedenti contingunt: primo quidem tentatio, deinde tribulatio, postea labor, tædium, nuditas, passiones, angustia, contemtus. Atqui in istis apparet patientia atque probatio fidelium: & in his omnibus superior est, qui se-
D ipsum ex toto corde gubernationi divinæ offert, voluntatis ejus imperio se subdens. Bonum enim tantummodo a nobis propositum postulat atque requirit Deus, & ipse nobis fortitudinem subministrabit, concedetque victoriam, sicut scriptum est: *Protector est omnium sperantium in se*. Rursusque ait: *Prope est Dominus omnibus invocantibus ipsum in*
E *veritate: voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & salvos faciet eos*. Orate autem & pro nobis, obsecro, ut quæ sumus dicturi, Domino nobis dante, sine reprehensione peragamus. Non enim, quasi ad hanc mensuram pervenerimus, vos adhortari statuimus; sed invocato prius Domino Jesu Christo datore & largitore gratiæ verbi, incipimus sermonem exercere, ut simul & juvemur & juvemus. Nam si ii qui dicuntur pigmentarii, si-
F ve pharmacopolæ, studiose inquirunt radices ac species herbarum, easque in scriptis tradunt: & hoc dispensationem divinam ostendit in solatium infirmorum secundum carnem: nonne multo magis debemus thesaurum gratiæ ab eo donatum promulgare? nequaquam enimi effugit pœnam servus nequam, qui talentum Domini sui per

Psal. 18.
Psal. 145.

negligentiam abſcondit. At quis ſuper me non ingemiſcat, qui fictitium mihi nomen monachi attribuo? Quis ſuper me non plangat, qui pietatem & patientiam deperdidi? Et quid agam, quando me viſitaverit dominus meus Chriſtus? Ideo precor, cariſſimi, orate pro me ſervo inutili, ut ex præſenti ſeculo nequam liberer, & gratia ejus mihi labia aperiat, ad glorificationem ſanctæ & conſubſtantialis Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus Sancti. Quia in manu ejus & nos & ſermones noſtri. *Ipſe enim eſt qui hominem docet ſcientiam*. Ipſi gloria in ſecula. Amen.

Pſal. 94.

AD MONACHOS NOVITIOS PARÆNESIS III.

CAriſſime, ſi ſeculo renuncians ad fratres ingreſſus ſis, incideriſque in cœnobium fratrum, cum iis vivere & Domino noſtro Jeſu Chriſto ſervire cupiens; conſpexeriſque ibi fratres quoſdam immodeſte atque incompoſite incedentes, aut quæ non placent Deo loquentes: tu cave, ipſis aut eorum ſermonibus attendas: fine eos loqui ſibi ipſis. Qui enim loquuntur diſplicentia Deo, ipſi Deum non timent, vitam in negligentia tranſigentes: os eorum ſemper loquitur ſuperba. Tu autem Deum præ oculis habe. Scriptum quippe eſt in Pſalmo: *Providebam Dominum in conſpectu meo ſemper: quoniam a dextris eſt mihi, ne commovear*. Et ne te ſerpens callidus dicere doceat: Quod ſi ſenes iſti improbæ ſint converſationis, ego qui ſum junior, quid agam? ſed Dominum audi dicentem: *multi vocati; pauci vero electi*. Salvari igitur exopta, ut ſis unus inter electos. Qui enim malum committunt, ſive in cœnobio, ſive in qualicumque loco, ipſi filii ſunt hoſtis nequam, adſimilati zizaniis in medio tritici. Eſto igitur tu triticum, ut congregeris in horrea Domini, & non inſtar zizaniorum comburaris igne inextinguibili. Verùm neque judicemus quemquam: non enim ejus novimus pœnitentiam: neque ſi ridentem, aut quia loquentem adſpexerimus: quum nobis exploratum non ſit, quomodo in ſua cella vitam degat, aut cujuſmodi erga Deum laborem ſubeat. Ideo unumquemque noſtrum oportet ſibi attendere: quia ſinguli noſtrum Deo rationem reddituri ſunt. Toto corde tuo attende Pſalmodiæ, & lectioni divinarum Scripturarum, & uti-

Pſal. 16.

Matth. 20.

ἐν ὀκνηρίᾳ τὸ τάλαντον τ̃ Κυρίου αὐτ̃. Τίς ὁ μὴ ϛενάζει ἐπ' ἐμοὶ, τῷ ἐπιπλάϛως ἔχοντι ὄνομα μοναχ̃; Τίς ὁ μὴ κλαύσῃ ἐπ' ἐμοὶ, τῷ ἀπολωλεκότι τὴν βλάβειαν ϛ τ̃ ὑπομονήν; Καὶ τί ποιήσω, ὅταν ἐπισκέψηταί με ὁ δεσπότης μου Χριϛός; Διὸ δέομαι, ἀγαπητοὶ, προσεύχεσθε ὑπὲρ ἐμ̃ τ̃ ἀχρείου δούλου, ὅπως ῥυθῶ ἀπ τ̃ ἐνεϛῶτος αἰ̃νος πονηρ̃, καὶ ἡ χάρις αὐτ̃ ἀνοίξει μου τὰ χείλη πρὸϛ δοξολογίαν τ̃ ἁγίας καὶ ὁμοουσίου Τριάδος, Πατρὸς καὶ Υἱ̃ ϛ ἁγίου Πνεύματος· ὅτι ἐν τ̃ χειρὶ αὐτ̃ καὶ ἡμεῖς καὶ οἱ λόγοι ἡμῶν. αὐτὸς γάρ ἐϛιν ὁ διδάϛκων γνῶϛιν τ̃ ἀνθρώπου. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰ̃νας. ἀμήν.

ΠΡΟΣ ΑΡΧΑΡΙΟΥΣ ΑΣΚΗΤΑΣ. ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ Γ.

ΑΓαπητὲ, ἀποταξάμενος τῷ βίῳ, ἐὰν εἰσέλθῃς εἰς τοὺς ἀδελφοὺς καὶ καταϛήσῃς εἰς κοινόβιον ἀδελφῶν, καὶ βάλει συζῆν αὐτοῖς, καὶ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰηϛ̃ Χριϛῷ δουλεύειν, καὶ θεάσῃ τινὰς ἀδελφοὺς ἀτάκτως περιπατοῦντας, ἢ λαλοῦντας ἃ μὴ ἀρέσκῃ Θεῷ, σὺ μὴ προσέχῃς αὐτοῖς, μηδὲ τοῖς λόγοις αὐτῶν, ἀφεὶς αὐτοὺς λαλεῖν ἐν αὐτοῖς. οἱ γὰρ λαλοῦντες τὰ μὴ ἀρέσκοντα Θεῷ, ἐ φοβοῦνται τ Κύριον, οἱ αὐτοὶ ἐν ἀμελείᾳ διάγοντες· ἀεὶ τὸ ϛόμα αὐτῶν λαλεῖ ὑπέρογκα ἐν παντὶ καιρῷ. Σὺ δὲ τ Θεὸν ἔχε πρὸ ὀφθαλμῶν σου· γέγραπται γὰρ ἐν Ψαλμῷ· προορώμην τ Κύριον ἐνώπιόν μου διαπαντὸϛ, ὅτι ἐκ δεξιῶν μου ἐϛὶν, ἵνα μὴ σαλευθῶ. Καὶ μή σε διδάξῃ ὁ δεινὸς Ὄφις λέγειν· εἰ γὰρ οἱ γέροντες καὶ ἔτοι κακῶϛ ἀναϛρέφονται· τί ποιήσω ἐγὼ, νεώτερος ὤν; ἀλλ' ἄκουσον τ Κυρίου λέγοντος· πολλοὶ κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί. Ἀγάπα οὖν τὸ σωθῆναι, ἵνα ἔϛῃ εἷς τ ἐκλεκτῶν. Οἱ γὰρ ποιοῦντες τὸ πονηρὸν, εἴτε ἐν κοινοβίῳ, εἴτε ἐν οἱῳδήποτε τόπῳ, αὐτοί εἰϛιν οἱ υἱοὶ τ Πονηρ̃, οἱ ἀφομοιωθέντες τοῖς ζιζανίοις ἀνὰ μέϲον τ ϲίτου. Μὴ οὖν οἶτος, ἵνα ϲωαχθῇς εἰς τὰς ἀποθήκας τ Κυρίου, καὶ μὴ ζιζάνιον καταλάβῃ ϖοτὲ ἀσθενῆ. Ἀλλὰ μηδὲ κεῖνόν τινα, ὃν οἴδαμεν πῶϛ διάγει ἐν τῷ κελλίῳ αὐτ̃, ἢ ποῖον πόνον ἔχει πρὸϛ τ Θεόν. μήτε ἐὰν θεωρῶμεν γελῶντα ἢ λαλοῦντά τινα, ὅτι δὴ ἴϲμεν ὡϛ διάκειται ἐν τῷ κελλίῳ αὐτ̃, ἢ ποῖον πόνον ἔχει πρὸϛ τ Θεόν. Διόπερ χρὴ ἕκαϛον ἡμῶν ἑαυτῷ προσέχειν, διότι ἕκαϛος ἡμῶν ὑπὲρ ἑαυτ̃ λόγον δώϲει τῷ Θεῷ. Πρόσεχε ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ϲου τῇ ψαλμῳδίᾳ, καὶ τῇ ἀναγνώϲει τ θείων Γραφῶν, καὶ

καὶ σύμπινε τὴν ἐξ αὐτῆς γινομένην ὠφέλειαν ἐν τῇ ψυχῇ σε, ὥσπερ νήπιον θηλάζον μαθόν. ἐξ αὐτῶν γὰρ μαθήσῃ τὰ ἆθλα τῆς ἀρετῆς, καὶ ἔσται χαρὰ καὶ ἀγαλλίασις τῇ καρδίᾳ σε. Πρᾶος γοῦν καὶ ὑπήκοος καὶ φρόνιμος. πρᾶος μέν, ἵνα ἐάν σε ἀγγαρεύσῃ παιδίον, ἀκολουθήσας αὐτῷ, καὶ ἐπιτελέσας τὸ ἔργον· σιγῶν ἀνάστρεφε εἰς τὸ κελλίον σε, σιγῶν τοῖς χείλεσι, τῇ δὲ καρδίᾳ προσευχόμενος. ὑπήκοος δὲ ἔσο, ἵνα τὴν ἁγνείαν τοῦ σώματός σε φυλάξῃς ἐν Κυρίῳ ὡς τίμιον μαργαρίτην. Ἱματίοις μὴ καλλώπιζέ σε, καὶ ἐπὶ γονέων πλουσίων μὴ ἐπαίρου. ὁ γὰρ καυχώμενος, ἐν Κυρίῳ καυχάσθω. ὅτι καὶ πᾶσα σὰρξ χόρτος, πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου. Ἐξηράνθη ὁ χόρτος, καὶ τὸ ἄνθος αὐτοῦ ἐξέλιπε· τὸ δὲ ῥῆμα Κυρίου μένει εἰς τὸν αἰῶνα. Κάτω τὸ ὄμμα ἔχε· ἄνω δὲ τὴν ψυχήν. Μετὰ μειρακίου μὴ κτήσῃ παῤῥησίαν· μετὰ δὲ γυναικὸς φλυαρὸν ὄφελος καὶ λέγειν. Μετὰ παιδίου μὴ πληθύνῃς λόγους· μετὰ δὲ μεθύσων, ἢ ἀνυποτάκτων, ἢ γελοιαστῶν, μὴ συναναμίγνυσο· ἀλλ' ἐν φόβῳ Θεοῦ ἴσθι ὅλην τὴν ἡμέραν· καθὼς λέγει ἐν τῷ Ἀποστόλῳ· ἐν σοφίᾳ περιπατεῖτε, τὸν καιρὸν ἐξαγοραζόμενοι, ὅτι αἱ ἡμέραι πονηραί εἰσιν. διὰ τοῦτο μὴ γίνεσθε ἄφρονες, ἀλλὰ συνιέντες τί τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ· καὶ μὴ μεθύσκεσθε οἴνῳ, ἐν ᾧ ἐστιν ἀσωτία. καὶ πάλιν· ἵνα ἐντραπῇ ὁ ἐξεναντίας, μηδὲν ἔχων λέγειν περὶ ὑμῶν φαῦλον πρᾶγμα.

A utilitatem ex iis manantem in anima tua combibe, ſicut infans matris ſugit ubera. Ex iis quippe virtutum diſces præmia, eritque gaudium & exultatio cordi tuo. Manſuetum te præbe, & morigerum, atque prudentem: manſuetum quidem, ut ſi te vel puer compulerit, ſequaris ipſum; & opere tuo confecto, tacens revertere in cellam tuam; ac labiis ſilens, corde ora. Obedientem vero, ut caſtitatem tui corpo-
B ris, tamquam pretioſam margaritam, conſerves in Domino. Veſtium ornatu non delecteris, & parentum divitiis non effe-
raris: *Qui enim gloriatur, in Domino glorietur. Omnis quippe caro fœnum, & omnis gloria hominis tamquam flos fœni: exaruit fœnum, & flos ejus decidit; verbum autem Domini manet in æternum.* Oculos in terram defixos habe, animam vero in cœlos. Cum adoleſcentulo nimiam familiaritatem
C caveto: cum muliere vero, etiam loqui ſuperfluum ducito. Cum puero verba ne multiplicaveris: cum ebriis vero, & inobedientibus, riſuique deditis non commiſcearis: at in timore Dei omni tempore perſiſte: quemadmodum ait Apoſtolus: *Sapienter ambulate, redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt. Propterea nolite fieri imprudentes, ſed intelligentes, quæ ſit voluntas Dei: & nolite inebriari vino, in quo eſt*
D *luxuria*. Et rurſus: *Ut is qui ex adverſo eſt, vereatur, nihil habens malum dicere de vobis.*

1. Cor. 1. Iſ. 40.

Epheſ. 5.

ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ Δ.

Ἀγαπητέ, ἰδοὺ παρατίθημί σοι παρακαταθήκην ἑτέραν ἐν Κυρίῳ· ἐὰν φυλάξῃς αὐτήν, ὕστερον ἀναδώσει σοι εὐφροσύνην. Ἐὰν ἀποταξάμενος τῷ βίῳ τῷ ματαίῳ, εἰσέλθῃς εἰς κοινόβιον πλειόνων ἀδελφῶν, θέλων γνήσιος μοναχὸς, μή σε ἀπατάτω ὁ Ἐχθρὸς, τὴν ἄσκησιν τοῦ κοινοβίου, μηδὲ τὸ λαβεῖν τὸ ἅγιον ἔνδυμα τοῦ μοναχοῦ. μήτε δὲ τελευταῖον, σφόδρα δὲ μεταμεληθήσῃ, ἀρχὰς βάλλων ἀγαθὰς μὴ πάσης ταπεινοφροσύνης. Τὰς ἐπερχομένας πειρασμὰς κατά σε ἀπὸ τοῦ Ἐχθροῦ μὴ θαυμάσῃς, ἀλλ' ἀπόμεινον, ἵνα ἐπιτύχῃς τοῦ μακαρισμοῦ. Γέγραπται γάρ· μακάριος ἀνὴρ, ὃς ὑπομένει πειρασμόν, ὅτι δόκιμος γενόμενος λήψεται τὸν στέφανον τῆς ζωῆς, ὃν ἐπηγγείλατο ὁ Κύριος τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. Θέλεις δὲ μὴ κυλισθῆναι ἀπὸ τοῦ πειρασμοῦ; πᾶν θέλημά σε ἀπόκοψον. Ἐὰν δὲ μὴ δοκεῖς καλὸν εἶναι τὸ πρᾶγμα, ἀπὸ δὲ τοῦ προεστώτος σε ἐν Κυ-

PARÆNESIS IV.

CAriſſime, ecce aliud tibi ſervandum commendo depoſitum in Domino: quod ſi cuſtodieris, in fine lætitiam at-
E que jucunditatem tibi retribuet. Si vana hujus ſeculi vita abdicata ingreſſus fueris cœnobium plurium fratrum, cupiens fieri monachus: vide ne te decipiat inimicus ad exeundum cœnobio tentans, antequam ſanctum Monachi indumentum aſſumas; ut ne ad extremum te vehementer pœniteat: ſed perfer; bona jaciens fundamenta cum omni humilitate. Supervenientes vero atque immiſſas ab
F inimico tentationes ne pertimueris: verum ſuffer ac tolera, ut beatitudinem conſequaris: ſcriptum quippe eſt: *Beatus vir qui ſuffert tentationem: quoniam quum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Dominus diligentibus ſe*. Cupis autem non ſuccumbere tentationibus? omnem tuam voluntatem abſcinde. Si vero & bona tibi res videatur, quæ a tuo Præfe-

Jacob. 1.

eto in Domino non bona judicetur; crede illi in Domino. Nam contentioſum eſſe ac pertinacem, proprioque conſilio duci, ſubverſionis ſignum exiſtit: novitius enim quum quis ſit & inobediens, contumelioſum probriſque obnoxium ſibi nomen conciliat. Dicit enim in Pſalmo: *Servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite diſciplinam, nequando iraſcatur Dominus, & pereatis de via juſta.* Qui igitur juſtitiam diligit, non peribit: at qui diſciplinam averſatur, ſibi ipſi damnum infert. Quemadmodum autem in dolium immitti vinum ſimul & acetum nequeunt: ſic neque in ſolitaria vita virtus ſimul degere cum diſſolutione poterit. Fidemque hujus tibi faciat Apoſtolus: *Quæ enim conventio Chriſti ad Belial? aut quæ ſocietas luci ad tenebras?* Ama igitur temperantiam ſummopere, ut divini Spiritus tabernaculum efficiaris. Et quandoquidem vitæ monaſticæ habitum ferre meruiſti, ne ſic quæſo cogitationibus conſentias; ſiquidem te a fraternitate ſeparare voluerint: ne forte a juventute tua diſcas eſſe vagabundus & inſtabilis. Vide autem, ne pietatem, quam dum ingredereris habebas, deperdas: ſed eam ad finem uſque retinere contende. Maledicentia autem, vel jusjurandum nec nominetur in labiis tuis, ſicut decet ſanctos: ſed humilis eſto: & in omni tua reſponſione hoc verbum, *ignoſce*, adhibeto; ut inutiles ſeculi mores abs te evellas ac deſtruas; vitamque Deo gratam ducens, ab eo laudem obtineas. Quum vero jam monachiſmum inchoaveris; ne aurum, argentum, veſteſque deſideres: verum cuncta in cœlum tibi præmitteus ſecundum Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti præceptum, hæc tibi acquire: fidem, continentiam, patientiam, humilitatem, & reliqua, quæ Deus ex ſua benignitate tibi præbebit: cui gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Pſal. 2.

2. Cor. 6.

Epheſ. 5.

Ad Monachos novitios Parænesis V.

Siquis a magna vani ſeculi exiſtimatione ad monachatum acceſſerit; ſeipſum a faſtus & arrogantiæ dæmone cuſtodiat oportet, ne in ſpiritum ſuperbiæ & inobedientiæ incidat, ſibique ipſe detrimentum adferat. Non tibi hic, cariſſime, ſit pudor, quod ſub obedientia vivas in Domino, neque quod propriis opereris manibus bonum. Nam exigua iſta anguſtia & tribulatio, quam Domini cauſa toleras, vitam tibi æternam conciliabit. Et

Κυείῳ κείνεται μὴ ἓν καλὸν, πειάθητι ἀυτῷ ἐν Κυείῳ· τὸ γὰ φιλονεικεῖν, καὶ τῷ ἰδίῳ σκοπῷ ἀκολυθεῖν, σημεῖόν ὅτι καπαςροφῆς. ἀρχαέιος γὰ ἡ ἀνυποκαπτῶ ὄνομα ἐπονείδιςον ἑαυτοποιεῖται ἑαυτῷ. Λέγε γὰ ἐν τῷ Ψαλμῷ· δυλλύσατε τῷ Κυείῳ ἐν φόβῳ καὶ ἀγαλλιᾶσθε αὐτῷ ἐν τρόμῳ· δράξασθε παιδείας, μήποτε ὀργισθῇ Κύειος καὶ ἀπολεῖσθε ἐκ ὁδὸ δικαίας. Ὁ θέλω ἀγαπᾶν τὴ δικαιοσυνίω, ὐκ ἀπολεῖται· ὁ δὲ μισῶν παιδείαν, ἑαυτὸν ζημιοῖ. Ὥ"σπερ ἐν κεραμίῳ ἐμβληθῆναι οἶνον καὶ ὄξος ὐ δυνατόν· ὕτως ὐδὲ ἡ ἀρετὴ τὸ μονήρυς βιὸ δύναται συνοικῆσαι ἀπαιδευσίᾳ. Καὶ πειθέτω σε ὁ Ἀπόςολος, λέγων· τίς γὰ συμφώνησις Χειςὸ πρὸς Βηλίαρ; ἢ τίς κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; Ἀγάπα δὲ τὴ σωφροσύνην εἰς ἄκρον, ἵνα καπασκηνώσῃ ἐν σοὶ τὸ Πνεῦμα τὸ Θεὸ. Καὶ ὅταν δὲ καταξιωθῇς τὸ ἐνδύματος τὸ μονήρυς βιὸ, μηδὲ ὕτως συγκαπατίθε τοῖς λογισμοῖς, ἑάνπερ βάλονταί σε χωρίσαι τὸ ἀδελφότητος, μήποτε ὃν νεότητός σε μάθῃς πλανήτης καὶ ἀκάθιςος. Ὅ"ρα δὲ μὴ ἀπολέσῃς τὴ παῤῥησίαν, ὧ εἰσῆλθες ἔχων, ἀλλὰ αὐτὴν κάτεχε ἕως τέλους. Δυσφημία δὲ ἡ ὅρκος μηδὲ ὀνομαζέθω ἐν τοῖς χείλεσί σε, καθὼς πρέπει ἁγίοις. ἀλλ' ἴθι καπεί νωσιν ἔχων. Ἐν πάσῃ ἀποκείσθω σε, τὸ συγχώρησον, ὅπως ἀφαιρεθείῃς ἀπό σε τὰ ἄχθηςα ἤδη τὸ κόσμυ, καὶ πολιτευσάμενος βαρέσεως τῷ Κυείῳ, ἕξῃς πρὸ αὐτὸ τὸ ἔπαινον. Ἐρχομένυ δέ σε εἰς τὸ μοναχὸν, ὐ χρὴ ζῆς χρυσὸν, ὐκ ἄργυρον, ὐχ ἱματισμόν· ἀλλὰ πάντα περιαποςείλας εἰς τὸ ὐρανὸν, κτᾶ τὸ ἐντολὼ τὸ Σωτῆρος ἡμῶ Ἰησὸ Χειςὸ, πάντα κτήσαι σεαυτῷ· πίςιν, ἐγκράτειαν, ὑπομονὼ καὶ ταπεινοφροσυνίω, καὶ τὰ λοιπὰ, ἃ ὁ Θεὸς ἐκ τὸ ἀγαθότητος αὐτὸ ἐπιχορηγήσῃ σοι. ᾧ ἡ δόξα εἰς τὺς αἰῶνας τὸ αἰώνων. ἀμήν.

Ad Monachos novitios Parænesis V.

Si quis a magna vani ſeculi exiſtimatione ad monachatum acceſſerit; ſeipſum a faſtus & arrogantiæ dæmone cuſtodiat oportet, ne in ſpiritum ſuperbiæ & inobedientiæ incidat, ſibique ipſe detrimentum adferat. Non tibi hic, cariſſime, ſit pudor, quod ſub obedientia vivas in Domino, neque quod propriis opereris manibus bonum. Nam exigua iſta anguſtia & tribulatio, quam Domini cauſa toleras, vitam tibi æternam conciliabit. Et

ΠΡΟΣ ΑΡΧΑΡΙΟΥΣ ΑΣΚΗΤΑΣ. ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ Ε.

Ἐάν τις ἀπὸ μεγάλης κοσμικῆς πολιτείας τὸ βίυ ἔλθῃ εἰς τὸ μοναχὸν, τηρείτω ἑαυτὸν ἀπὸ τὸ δαίμονος τὸ ὑψηλοφροσυνης, ἵνα μὴ ἐμπέσῃ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ὑπερηφανείας καὶ ἀνυποταγῆς, καὶ ζημιώσῃ ἑαυτόν. Ἀγαπητὲ, ὐκ ἔςι σοι αὕτη αἰσχύνη, ἐὰν ἦς ὑποταγῇ ἐν Κυείῳ, ἀλλὰ ἐὰν ἐργάζῃ ταῖς ἰδίαις χερσὶ τὸ ἀγαθόν· αὕτη γὰ ἡ μικρὰ πενοχωρία καὶ θλῖψις, ἣν ὑπομένεις διὰ τὸ Κύειον, πρόξενός σοι γίνεται τὸ αἰωνίυ ζωῆς.

Καὶ

Καὶ τί ἔτι λέγω; ὡς γὰρ ὁ καταλλάσσων δραχμὴν εἰς μυρία τάλαντα χρυσίου, οὕτως πᾶσα στενοχωρία καὶ μονήρους βίου πρὸς τὰ μέλλουσαν θλῖψιν, ἥτις σωματικῇ τοῖς τὰ φαῦλα πράσσουσι. Μικρὰ οὖν πρόσχες, καὶ μεγάλα σοι δίδοται. Νῆφε οὖν, ἀγαπητέ, ὡς καλὸς στρατιώτης· μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος, μήποτε τὰ ἀμφότερα ἥξῃ ἐπί σε, καὶ ἀνθρώπους λυπήσας, στήσῃ τοὺς κατὰ σάρκα γονεῖς, καὶ Θεῷ μὴ ἀρέσας. Ἀλλ' ἀγωνίζου, ὅπως καὶ οἱ ὁρῶντές σε, δοξάσωσι τὸν Θεὸν ἐπὶ τῇ ἀγαθῇ σου ἀναγωγῇ. γέγραπται γάρ, οἱ φοβούμενοί τὸν Κύριον, ὄψονταί με, καὶ εὐφρανθήσονται. καὶ πάλιν, εἰρήνη πολλὴ τοῖς ἀγαπῶσι τὸν νόμον σου, καὶ οὐκ ἔστιν αὐτοῖς σκάνδαλον. Διὸ φυλάττου ἀπὸ τῆς ὑψηλοφροσύνης, καὶ Κύριος ἔσται σου μερίς. ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ ς.

Ἀγαπητέ, ἐὰν βάλλῃς καλὰς ἀρχάς, ὥστε ἀπαρτίσῃς καὶ τὸ γῆράς σου εὐαρέστως, ἔσῃ ὥσπερ φωστήρ, φωτίζων πολλοὺς ἐν τῇ ὁδῷ τοῦ Κυρίου. Ἐὰν δὲ ἐκ γαστρὸς κακὸς ἀποβήσῃ, διαβιώσῃς τὰ κατά σε κακῶς. Θὲς οὖν θεμέλιον ἰσχυρόν, ἵνα ἀναβῇ τὸ ἔργον εἰς ὕψος. Πρὸ πάντων, ἀδελφέ, τὸν Θεὸν φοβοῦ, καὶ αὐτὸν δόξαζε ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ σου, ὅπως καὶ αὐτὸς δοξάσῃ σε μετὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ. Ἐκ νεότητός σου ἐπιλαβοῦ τῆς σοφίας, μὴ ἀφεὶς αὐτὴν ἕως ἐσχάτης ἀναπνοῆς· αὕτη σε ἐπιβιβάσῃ ἐπὶ τρίβους δικαιοσύνης, καὶ ἔσῃ σκεῦος ἐκλογῆς ἐκ νεότητός σου, καὶ ἔντιμον τὸ γῆρας σου ποιήσῃς, καὶ ἕξεις ἐπαίνους παρὰ Θεῷ, καὶ ἀνθρωποι μεγαλυνοῦσι τὸν Κύριον ἐν σοί. Ἐὰν οὖν παραδοθῇς ὑπό τινος πρεσβυτέρου ὑποχείριος ἀδελφοῦ, μή σοι δόξῃς λέγειν ἐν τῇ ἀγνοίᾳ, ὅτι ἐγὼ μού εἰμι μεγάλων καὶ λαμπρῶν γονέων υἱός· ἧττος οὐ ἀνυπολήπτων καὶ ἐπαίνων υἱὸς τυγχάνει, ἢ πολλάκις καὶ ἐκ δουλείας καταγέται· καὶ πῶς δύναμαι ἐγὼ τούτῳ ὑποταγῆναι; ὕβρεις γάρ μοι ἐστὶν, ἐάνπερ τοῦτο ποιήσω. Μὴ τοιαῦτα λογίζου, ἀγαπητέ· οὐ γὰρ ἐν φρονήσει λογίζῃ πρὸς τοῦτο. Ὁ γὰρ τοιαῦτα ἀλογιζόμενος, ὅπου ἀπεδύσατο τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον τὸν φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης. Ἡμεῖς οὖν, ἀγαπητέ, ὡς ὑπὸ Θεοῦ παραδιδόμενοι τοῖς ὁμοψύχοις ἀδελφοῖς εἰς δουλείαν, ὑπομένωμεν, ἵνα ἀξιωθῶμεν τῆς ἐλευθερίας τῶν δικαίων, ἀναλογιζόμενοι τὸν πάντων Δεσπότην, ὃς ἐπτώχευσε δι' ἡμᾶς, πλούσιος ὤν, ἵνα ἡμεῖς τῇ ἐκείνου πτωχείᾳ

Et quid amplius dicam? Sicut enim qui drachmam unam cum decem millibus talentorum auri commutat; ita & vitæ monasticæ tribulatio, ad futuram tribulationem comparata, quæ improbe ac perdite viventibus contingit. Exigua igitur præbes, & magna tibi redduntur. Advigila ergo, dilectissime, tamquam bonus miles: gratiam, quæ in te est, non neglexeris, ne forte utrumque in te eveniat, ut & homines contristes, hoc est, tuos secundum carnem parentes; & Deo non placeas. Verum decerta, ut & videntes te, glorificent Deum super bona conversatione tua: scriptum quippe est: *Qui timent Dominum, videbunt me, & lætabuntur*. Et rursum. *Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum*. Propterea custodi te a superbia, & Dominus pars tibi erit: cui gloria in secula. Amen. *Matth.* 5. *Psal.* 119.

PARÆNESIS VI.

CAriissime, si bona ac pulchra jeceris principia, sic & senectutem tuam Deo gratam & acceptam traducas, erisque instar luminaris, quod multos in via illuminat Domini. Sin autem ab utero malus & non rectus exieris, ipsam quoque vitam misere transiges. Forte igitur ac validum fundamentum colloca, ut opus in altum ascendat. Ante omnia autem, frater, Deum time, ipsumque toto corde tuo glorifica, ut & ipse cum omnibus sanctis suis te glorificet. A juventute tua mansuetissimam sapientiam acquirito, eamque ad extremum usque spiritum non relinquito. Hæc enim in semitas justitiæ deducet te, erisque vas electionis a juventute tua, & honorabilis in senectute tua; obtinebisque laudem apud Deum; & homines in te magnificabunt Dominum. Si igitur a Præfecto in manus fratris sis traditus; non tibi tacita mentis cogitatione dicere videaris: Ego quidem magnorum & illustrium parentum sum filius; hic autem nullius existimationis & mendicorum filius; aut sæpe etiam ex servorum turba originem ducit: & quomodo ego huic subesse atque obedire potero? ignominia enim mihi erit, si istud fecero. Ne talia tecum cogitaveris, carissime: non enim prudens hanc cogitationem suscepisti. Nam qui ejusmodi cogitat, nondum veterem hominem exuit, qui corrumpitur secundum desideria erroris. Nos autem, dilectissime, tamquam a Deo commendati in obsequium concordibus fratribus, sufferamus, ut digni efficiamur libertate justorum; mente recolentes omnium Dominum, qui quum esset dives, propter nos pau-

Ephes. 4.

2. Cor. 8.

per

per est factus, ut nos illius inopia divites essemus. Carissime, collum jugo ipsius submitte, ut requiem animæ tuæ invenias: quia scriptum est: *Immundus coram Domino omnis qui elato est corde*. Quoniam ipsi est gloria in secula seculorum. Amen.

Proverb.16.

A χείρα πλουτήσωμεν. Ἀγαπητὲ, τὸ αὐχένα σοῦ δὸς ὑπὸ τὸν ζυγὸν αὐτοῦ, ἵνα εὕρῃς ἀνάπαυσιν τῇ ψυχῇ σου. διότι γέγραπται, ἀπάθαρτος παρὰ Κυρίῳ, πᾶς ὑψηλοκάρδιος. ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα εἰς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

AD MONACHOS NOVITIOS DE OPERE MANUUM.

PARÆNESIS VII.

OPus quoque manuum non negligas. Nam sæpe tibi cogitatio suggerit dicens: nunquam manuale istud opus addiscere poteris: debilis enim es, ac negligens, & operis hujus labores sufferre in finem usque nequibis. Nam ecce tua membra præ labore defatigari ac frangi cœperunt: non enim laboribus es assuetus. Cæterum transiens, abi unde venisti: nam & ibi, inquit, si timere Deum volueris, salvaberis. At tu, tamquam fidelis, non frangaris ejusmodi cogitationibus: sed Dominum exspecta, qui te ad suum invitavit regnum & gaudium. Ipse quippe dixit: *Amen amen dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, transi, & transibit: & nihil impossibile erit vobis*. Et nos ergo, carissimi, sustineamus: non enim in hominem, qui salvare nequeat, speramus; sed in Deum, qui salvos facit sperantes in se. Sicut scriptum est: *Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion*. Et rursus beatos prædicat Spiritus sanctus eos qui sperant in Domino, dicens: *Domine Deus virtutum, beatus homo qui sperant in te*. Sustine ergo, o dilecte a Domino. Nonne si literas disceres, vexationem sustineres? quod si opificium aliquod seculi; nonne laborem subires? Nonne ergo multo magis cuncta propter Dominum sufferre debemus? Scriptum quippe est: *Labores palmarum tuarum manducabis: beatus es, & bene tibi erit*. Et Apostolus admonet, dicens: *Operantes propriis manibus quod bonum est: ut scilicet non solum vobis quod edatis, laborando curetis; sed etiam ex propriis laboribus habeatis, unde necessitatem habenti tribuatis*. Studium ergo omne nostrum in eo sit, ut a peccatis nostris liberemur: nam si ipsi voluerimus, liberabimur. Ipse quippe dixit: *Petite, & dabitur vobis: omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, invenit; & pulsanti aperietur*. Ipse enim est, qui thesaurum pœnitentiæ non deficientem mundo largitur. Ipsi gloria in secula. Amen.

Matth.17.

Psal. 125.

Psal. 84.

Psal. 128.

Ephes. 4.

Matth. 7.
Luc. 11.

PA-

ΠΡΟΣ ΑΡΧΑΡΙΟΥΣ.

ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ Ζ.

B ΚΑὶ περὶ τῦ ἐργοχείρυ μὴ ὀλιγώρει. πολλάκις γὰρ ὑποβάλλει σοι ὁ λογισμὸς λέγων, ὅτι οὐδέποτε δυνήσῃ μαθεῖν τὸ ἐργόχειρον τοῦτο· ἀσθενὴς γὰρ εἶ καὶ ὀλίγωρος, καὶ τὴν μοχθηρίαν τῦ ἔργυ τούτυ, ἃ δύνῃ ὑπενεγκεῖν εἰς τέλος. Ἴσθι γὰρ τὰ μέλη σε ἤρξω παθεῖν ἀπὸ κόπυ· ἃ γὰρ ἤθισας πάμνειν. Ἀλλὰ διελθὼν πορεύυ ὅθεν παρεγένου. κἀκεῖ γάρ, φησὶν, ἐὰν θέλῃ, φοβηθῆναι τὸν Θεὸν, σώζῃ. Σὺ δὲ, ὡς πιστὸς, μὴ ἐκλύυ ὑπὸ πονηρῶν λογισμῶν· ἀλλ' ὑπόμεινον τῷ Κυρίῳ τῷ καλέσαντί σε εἰς τὴν αὐτῦ βασιλείαν καὶ χαράν. Αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν· ἀμὴν, ἀμὴν, λέγω ὑμῖν, ἐὰν ἔχητε πίστιν, ὡς κόκκον σινάπεως, ἐρεῖτε τῷ ὄρει τούτῳ, Μετάβηθι· καὶ μεταβήσεται· καὶ οὐδὲν ἀδυνατήσῃ ὑμῖν. Καὶ ἡμεῖς οὖν, ἀγαπητοὶ, ὑπομείνωμεν· ἃ γὰρ ἐπ' ἄνθρωπον ἠλπίσαμεν, ὅσις ἃ δύναται σώζειν, μὴ ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ σώζοντι τοὺς ἐλπίζοντας ἐπ' αὐτῷ. Καθὼς γέγραπται· οἱ πεποιθότες ἐπὶ Κύριον, ὡς ὄρος Σιών. Καὶ μακαρίζει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοὺς ἐλπίζοντας ἐπὶ Κύριον, λέγων· Κύριε, ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, μακάριος ἄνθρωπος ὁ ἐλπίζων ἐπί σε. Μεῖνον οὖν, ἠγαπημένε ὑπὸ Κυρίυ· ἆρα γράμματα εἰ ἐμάνθανες, C οὐχ ὑπέμενες τὸν σκυλμόν; εἰ δὲ μὴ τέχνην τινὰ νόσυ, οὐχ ὑπέμενες τὸν κόπον; ἃ πολλῷ μᾶλλον ὀφειλέτας ἐσμὲν ὑπομεῖναι πάντα διὰ τὸν Κύριον; Γέγραπται γὰρ, Τοὺς πόνους τῶν καρπῶν συ φάγεσαι· μακάριος εἶ, καὶ καλῶς σοι ἔσται. Καὶ ὁ Ἀπόστολος παραγγέλλει, λέγων· ταῖς ἰδίαις χερσὶν ἐργάζεσθε τὸ ἀγαθὸν, ὥστε μὴ μόνον αὐτὸ τὸ ἐργαζόμενον ἐσθίειν, ἀλλὰ καὶ τῷ χρείαν D ἔχοντι μεταδιδόναι τῶν ἰδίων πόνων. Σπυδὴ οὖν γενέσθω πᾶσιν ἡμῖν, τὸ ῥυσθῆναι ἐκ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν· ἐὰν γὰρ ἡμεῖς θέλωμεν, ῥυώμεθα. Αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν· αἰτεῖτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν. πᾶς γὰρ ὁ αἰτῶν λαμβάνει, καὶ ὁ ζητῶν εὑρίσκει, καὶ τῷ κρούοντι ἀνοιγήσεται. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ δωρησάμενος τῷ κόσμῳ τὴν ἀνέλπιστον θησαυρὸν τῆς μετανοίας. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

ΠΑ-

A

ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ Η.

Περὶ ὃ τῶν συμβαινόντων σκανδάλων, οἴδαμεν τ' εἰπόντα· μὴ κείνετε, καὶ ὑ μὴ κειθῆτε· ὃν ᾧ γὰ κείματι κείνετε, κειθήσεσθε· καὶ ὃν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν· καὶ τὰ ἑξῆς. Ἵνα ὃ ἔχῃς βοήθημα ὃν τῷ λογισμῷ, ἀνάλογισαι, ὅτι ὁ δίκαιος Λὼτ ἐν Σοδόμοις κατῴκει, ἀλ' ὑ σωαπήχθη τῇ ἐκείνων ὑπερηφανίᾳ καὶ ἀσελγείᾳ· διὸ καὶ ἐσώθη, καθὼς γέγραπται· βλέμματι γὰ καὶ ἀκοῇ ὁ δίκαιος, ἐγκατοικῶν ἐν αὐτοῖς, ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ψυχὴν δικαίαν ἀθέσμοις ἔργοις ἐβασάνιζεν. Ἀλλὰ τί ἐπάγει λέγων· οἶδε Κύριος εὐσεβεῖς ὃκ πειρασμῶ ῥύεται· ἀδίκους ὃ εἰς ἡμέραν κρίσεως κολαζομένους τηρεῖν. καὶ τὰ ἑξῆς. Μὴ οὖν σήμερον ἐγκράτεια καὶ πραΰτης, καὶ αὔριον ἀκρασία καὶ ὑπερηφανία. Μὴ σήμερον ἡσυχία καὶ ἀγρυπνία καὶ ταπείνωσις, καὶ αὔριον περισπασμοὶ καὶ ὕπνος ἀκόρεστος καὶ ἀνυποταγή, καὶ τὰ ὅμοια τούτων. Μὴ σήμερον ἀποταγὴ κόσμου, ἀποταγὴ γηΐνων πραγμάτων, ἀποταγὴ πατρίδος καὶ φίλων καὶ τῆς κατὰ σάρκα γονέων διὰ τὴν εἰς Κύριον ἐλπίδα, καὶ αὔριον χώραν ἢ πατρίδα καὶ κληρονομίαν ἐπιζητήσωμεν, τοῦ βυθίζειν ἑαυτοὺς εἰς κακὰ πολλά. Ἡ γὰρ γυνὴ τοῦ Λὼτ στραφεῖσα εἰς τὰ ὀπίσω, γέγονε στήλη ἁλός. Διὸ καὶ ὁ Κύριος διδάσκει λέγων· οὐδεὶς βαλὼν τὴν χεῖρα ἐπ' ἄροτρον, καὶ στραφεὶς εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ἔχε οὖν ἀεὶ ὃν νῷ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ὃν ᾗ ἀποδυσάμενος πάντα, ἐξῆλθες τοῦ κόσμου διὰ τὸν Κύριον· καὶ ὅτε ἦς περιφρονῶν τῷ φόβῳ τοῦ Θεοῦ, καὶ ζέων τῷ πνεύματι πρὸς τὸν Κύριον, καὶ τὸν σκοπὸν ἔχε ἄχρι τέλους· ὁ γὰ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται· ὅπως κομίσῃ τὸν μισθὸν τῆς ἐργασίας μετὰ ζωῆς αἰωνίου· ὅτι ἀληθινῷ Θεῷ προσῆλθες, καὶ πάντων κατεφρόνησας, ἵνα Χριστὸν κερδήσῃς. ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

ΠΕΡΙ ΥΠΑΚΟΗΣ.

ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ Θ.

Καὶ περὶ τοῦ χρόνου μὴ ὀλιγώρει. τισὶ γὰρ ὑποβάλλει ὁ Ἐχθρὸς ἐπιθυμίαν εἰς τοῦτο ἦλθε πρὸ τοῦ καιροῦ, ὅπως μὴ φέρων ὁ ἀδελφὸς τὸ λεῖον τῆς ἡδονῆς, φύγῃ τὸ στάδιον. Σὺ ὃ, ἀγαπητὲ, ὡς τῷ Θεῷ ἀρέσαι σπουδάζων, μακροθύμησον· τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος, ἐὰν μὴ δύνῃ ἐλεύ-

PARÆNESIS VIII.

DE scandalis porro occurrentibus, novimus eum qui ait: *Nolite judicare, & non judicabimini. In quo enim judicio judicaveritis, judicabimini: & in qua mensura mensi fueritis, remetictur vobis*: & quæ sequuntur. Ut vero cogitationem tuam adjuvare possis, animo revolve, quomodo justus Lot in Sodomis commoratus sit; sed nequaquam illorum abductus est superbia atque lascivia: quare & salvatus est, sicut scriptum reperitur: *Visu enim atque auditu dum justus inter eos habitaret, quotidie animam justam operibus illicitis torquebant*. Sed quid infert, dicens: *Novit Dominus pios de tentationibus eripere, impios autem in diem judicii cruciandos servare*: & reliqua. Ne ergo hodie continentia, atque mansuetudo: & cras incontinentia atque superbia. Ne hodie silentium, vigiliæ, & humilitas: cras autem distractiones, somnus insatiabilis, inobedientia, & his similia. Ne hodie renunciatio seculi, & abdicatio rerum terrenarum, ac valedictio patriæ & amicorum, parentumque carnalium, propter spem in Dominum: cras autem nostram regionem, & patriam, atque hæreditatem inquiramus, demergentes nosmetipsos in plurima mala. Uxor siquidem Lot retrorsum conversa in statuam salis mutata est. Quare & Dominus instruit, dicens: *Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno cœlorum*. Quare semper in mente diem illum habeto, quando exutus omnibus, propter Dominum reliquisti seculum: & quando divino incensus eras timore, fervensque spiritu in Dominum: ac idem institutum retine usque ad finem: *Qui enim perseveraverit usque ad finem, hic salvabitur*: ut mercedem laboris referas atque operationis una cum vita æterna. Quoniam ad Deum verum accessisti, omniaque contemsisti, ut Christum lucrifacias: cui gloria in secula. Amen.

Gen. 19. Matth. 7. Luc. 6. 2. Petr. 2. Gen. 19. Luc. 17. Matth. 10. Marc. 13.

DE OBEDIENTIA.

PARÆNESIS IX.

CIrca tempus etiam noli esse negligens: nam quibusdam inimicus suggerit desiderium suscipiendi habitus præter tempus; ut frater vim cupiditatis non ferens, stadium fugiat. At tu, carissime, quippe qui Deo placere studeas, patientem te præbe atque longanimem: quum dicat Apostolus:

1. Cor. 7. *Sed etsi potes fieri liber, magis utere.* Generationes porro antiquas respice, & vide quo pacto Sancti omnes per longanimitatem & patientiam adepti sint repromissionem. Consolemur ergo & cohortemur nos ipsos quotidie, ut eorum cohæredes inveniamur in Regno cœlorum. Primum quidem Patriarcha Jacob nonne quatuordecim inservivit annos propter Rachel, Laban Syro in Mesopotamia, in calore diei, & gelu noctis? Similiter autem & Joseph dilectus nonne multis annis servivit in terra aliena? Sicut scriptum est: *Et erat Joseph septemdecim annorum, dum oves pasceret cum fratribus suis.* Rursusque ait: *Triginta annorum erat Joseph, quando stetit in conspectu Regis Pharaonis.* Similiter vero & Moyses servus Domini quadraginta annis incola fuit ac peregrinus in terra Madian: Et filii Israël post annos quadraginta in terram ingressi sunt promissionis. Item & Daniel vir præclarus una cum tribus Pueris, qui fornacis ignem rorem per fidem effecerunt, servitutem & tribulationes atque opprobria in terra aliena pertulerunt, quare & salvati sunt. Nos autem ne minimam quidem molestiam sufferre volumus: nam quia non credimus, patientia longe recedit a nobis. Sic enim dolori te ipsum tradidisti, ac si ob alienum deperditum depositum, in captivitatem abiisses. Alacritatem tibi ipsi adhibe in Domino, & viriliter age tamquam fidelis: ne quando præ multa tristitia firmitatem ac robur animi deperdas, & in fine te pœniteat. Perpende igitur animo, carissime, eos qui in exilio, & in metallis, atque acerba servitute torquentur: & subditus esto Præfecto tuo in Domino. Quod si humano more potius servitutem reputas, quam propter Deum sustines: quis obsecro unquam pro Rege ignominia affectus, non potius injuriam pro gloria arbitratur? Verum sæpe forte dicturus es, quod res laborem in se atque molestiam contineat. Hei mihi peccatori & servo inutili. Si laborem propter Dominum sufferre nolumus, quorsum è seculo exivimus? Quis, dilectissime, dignus est, ac sic felix, ut pro eo patiatur, qui pro ipso est passus? Exigua, carissime, præstas, & magna reportas. Patientia porro nobis est necessaria, ut Dei voluntatem facientes, promissiones ejus consequamur. *Qui enim in finem usque perseveraverit, hic salvabitur.*

Genes. 29.

Genes. 37.

Genes. 41.

Exod. 2.
Exod. 14. 15.
num. 14.

Dan. 3.

Matth. 10.

A ἐλεύθερος γενέσθαι, μᾶλλον χρῆσαι. Ἔμβλεψον οὖν εἰς τὰς ἀρχαίας γενεάς, καὶ ἴδε, ὅτι οἱ ἅγιοι πάντες διὰ μακροθυμίας καὶ ὑπομονῆς ἐπέτυχον ἐπαγγελιῶν. Παρακαλέσωμεν οὖν ἑαυτοὺς καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ὅπως συγκληρονόμοι αὐτῶν εὑρεθῶμεν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Πρῶτον μὲν ὁ Πατριάρχης Ἰακώβ, οὐχὶ ἔτη δεκατέσσαρα ἐδούλευσε διὰ Ῥαχήλ, Λάβαν τῷ Σύ-

B ρῳ ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ, ἐν τῷ καύσωνι τῆς ἡμέρας, καὶ τῷ παγετῷ τῆς νυκτός. Ὁμοίως δὲ καὶ Ἰωσήφ, ὁ ἠγαπημένος, οὐχὶ ἔτη ἱκανὰ ἐδούλευσεν ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ; Καὶ γὰρ γέγραπται· καὶ ἦν Ἰωσὴφ ἐτῶν δέκα ἑπτὰ ποιμαίνων τὰ πρόβατα μετὰ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ. Καὶ πάλιν λέγει· Ὁ δὲ Ἰωσὴφ ἐτῶν τριάκοντα, ὅτε ἔστη ἐνώπιον Φαραώ. Ὁμοίως δὲ καὶ Μωϋσῆς ὁ θεράπων Κυρίου τεσσα-

C ράκοντα ἔτη προφήτευσεν ἐν γῇ Μαδιάμ. Καὶ οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ διὰ τεσσαράκοντα ἐτῶν εἰσῆλθον εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας. Ὁμοίως δὲ καὶ Δανιήλ, ὁ ἐνάρετος ἀνήρ, μετὰ καὶ τῶν τριῶν παίδων, τῶν τὸν κάμινον, δρόσον ἐργασαμένων διὰ τῆς πίστεως, ὑπέμειναν δουλείαν καὶ θλίψεις καὶ ὀνειδισμοὺς ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ, διὸ καὶ ἐσώθησαν. Ἡμεῖς δὲ τοσὲ

D κακοπάθειαν μικρὰν ὑπομένομεν· διὰ τὸ μὴ πιστεύειν ἡμᾶς, ἡ ὑπομονὴ μακρύνεται ἀφ' ἡμῶν. Οὕτω γὰρ τῇ λύπῃ ἑαυτὸν ἐκδέδωκας, ὡς ἀπολέσας τὴν καταθήκην ἀλλοτρίαν, ὡς ἐν ἀχμαλωσίᾳ ἐπορεύθης. Δὸς σεαυτῷ τὴν θυμίαν ἐν Κυρίῳ, καὶ ἀνδρίζου ὡς πιστὸς, μήτε ἐν τῇ πολλῇ λύπῃ ἀπολέσῃς τοὺς πόνους τῆς ψυχῆς σου, καὶ ἔσχατον μεταμεληθήσῃ. Ἐννόησον, ἀγαπητὲ, τοὺς ἐν ἐξορίᾳ καὶ μετάλλοις καὶ ἐν πικρᾷ δουλείᾳ ἐξεταζομένους, καὶ ὑποπάγηθι τῷ πρεσβυ-

E τί σου ἐν Κυρίῳ. Εἰ μᾶλλον τις ἄνθρωπον λογίζηται τὴν δουλείαν, καὶ ὑπομένεις διὰ τὸν Κύριον, τίς ἄρα ἀτιμασθεὶς ποτε ὑπὲρ βασιλέως, οὐχὶ μᾶλλον ἡγεῖται τοῦ ὕβρεως, καύχημα; Ἀλλὰ πολλάκις μέλλεις λέγειν, ὅτι τὸ πρᾶγμα κόπον ἔχει. Οἴμοι τῷ ἁμαρτωλῷ καὶ ἀχρείῳ δούλῳ· ἐὰν κόπον δὲ προσφερόμεθα ὑπομονὴν διὰ τὸν Κύριον, τί καὶ ἐλάλησεν ἐν τῷ κόσμῳ; Ἀγαπητὲ, τίς ἄξιος καὶ

F μακάριος παθεῖν ὑπὲρ τοῦ παθόντος ὑπὲρ αὐτοῦ; Μικρὰ πρόσεχε, ἀγαπητὲ, καὶ μεγάλα νόμιζε· ὑπομονῆς γὰρ ἔχομεν χρείαν, ἵνα τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ποιήσαντες, τύχωμεν τῆς ἐπαγγελίας αὐτοῦ. Ὁ γὰρ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται.

PA-

ΠΑ-

A

ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ I.

Ἀ'Δελφὲ μὴ ϲκλύϑ ἕως ἐϖερχομϖίων λογισμῶν· ἀρχὴ γὰρ ἀγωνός ὅϛι. Καπάμαϑε ϲκ τ̃ ὑετίϑ λάκκϑ, ὅτι ὅταν βρέξῃ, ϵ̓ σωναχθῇ ἡ ἀ̓λογία τ̃ ὕδατος ἐν τῷ λάκκῳ, ἐν ἀρχῇ τεταραγμϖόν ὑπάρχει τὸ ὕδωρ· ὅσῳ ϑ̃ ἐγχρονίζει καθαρώτερον ἀποκαθίϛαϑ. Λοιπόν, ἀγαπητὲ, ἴϑι μὴ ϲκλυόμενος· γέγραπϖαι γὰρ, B χείμαρροι ἀνομίας ἐξεπάραξάν με. καὶ ἐν ἑτέρῳ Ψαλμῷ λέγϛ. ὅτι ἐπλήϑη κακῶν ἡ ψυχή μϑ, καὶ ἡ ζωή μϑ τῷ ᾅδῃ ἤγγισε. Διὸ λέγϛ, Κύριος ἐμοὶ βοηθὸς, καὶ ϑ̀ φοβηθήσομαί τί ϖοιήϲῃ μοι ἄνθρωπος. Ὅταν ϑ̃ ἔλθῃ εἰς τ̃ διάνοιάν ϑ λογισμὸς ϖονηρὸς, βόησον ϖρὸς Κύριον μ̃ δακρύων, λέγων· Κύριε, ἱλάϑητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ, καὶ συγχώρησόν μοι, φιλάνθρωπε· Κύριε, καπάργησον τ̃ Πονηρὸν ἀφ' ἡμῶν. Καρδιογνώϛης γάρ ἐϛιν ὁ Θεὸς, καὶ οἶδε τὰς ἀϑλογισμὰς τὰς ϲκ τ̃ κακοήθους γνώμης γινομένας· οἶδε κ̀ τὰς ϲκ τ̃ ϖικρότητος τ̃ Δαιμόνων ἡμῖν ϖροσφερομένας. Τ̃ϖο ϑ̃ γίνωσκε, ὅτι ὅσον ἀγωνίζῃ καὶ ὑπομένῃς, τῷ Κυρίῳ δοκεῖ ϑ, τοσ̃το καθαρεύει ϑ ἡ διάνοια, καὶ οἱ ἀϑλογισμοί. Ἔφη γὰρ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησ̃ς Χριϛὸς, ὅτι ϖᾶν κλῆμα ϲκ ἐμοὶ μὴ φέρον καρπὸν, καθαίρω αὐτὸ, ἵνα ϖλείονα καρπὸν φέρῃ. Μόνον ϑέλε σωθῆναι· ὅτι ἀγαπᾷ Κύριος καὶ συνεργεῖ τοῖς ἐπειγομένοις σωτηρίας τυχεῖν. Ἄκουε ϑ̃ καὶ ϖροβολὴ κ̃τ̀ τ̃ ἀκαθάρϑων λογισμῶν. Ἡ ϕαρυλὴ, ὅταν τρυγηθῇ ϲκ τ̃ ἀμπέλϑ, κ̀ βληθῇ ἐν τῇ ληνῷ καὶ ϖατηθῇ, καὶ δώϑῃ τ̃ οἶνον αὐτ̃ς, καὶ βληθῇ ϲκ ἀγγείοις, τοσ̃τος ϲκ ἀρχᾶς ἀναβλύζει ὁ οἶνος, ὡς ἕως σφοδροπάτης λαύρας καμόμενος· ὥϛε καὶ φανερὰ ἀγγεῖα, μὴ φέροντα τ̃ ὁρμὴν, ῥήγνυϑι ϲκ τ̃ πάϑους· ϑ̃τω κ̀ οἱ ἀϑλογισμοὶ τ̃ ἀνθρώπων, ὅταν μετέλθωσιν ϲκ ϑ̃ ϖαταγ̃ ἀγῶνος τοῦτο καὶ τ̃ μερίμνης αὐτ̃, εἰς τὰ ὑράνια. Οἱ γὰρ Δαίμονες, μὴ φέροντες τ̃ ζῆλον, ϖοικίλως ϲκταράϑϑι τ̃ διάνοιαν τ̃ ἀνθρώϖ, ἀνατροπὴν ὅλεραν σωκεράσαι αὐτῷ βϑλόμενοι· ἵνα ὕρωϑιν ἀγγεῖον παραῄτιον, λακίϑωϑιν αὐτὸ, τουτέϛι, ψυχὴν ἄπιϛον καὶ διϕάζϑαι. Ἔοικασι γὰρ οἱ Δαίμονες, λύκϑς ἁρπαγας, οἱ ϖεριέρχον τὰς κέλλας τ̃ μοναχ̃ν, ἐπιζητοῦντες ϑύραν ἀνεῳγμένην αὐτοῖς, ὅπως ἔνδον ἐπιπηδήϲαντες, διαφθείρωϑι ψυχὴν ϖειθαρχοῦϲαν αὐτοῖς. Ἐὰν ϑ̃ ὕρωϑι ϑύραν κεκλεισμένην, εἰς τὰ ϖρόϲωπα αὐτ̃ ϖεϲηκήϲαντες

σαντες

PARÆNESIS X.

NE frangaris frater ab ingruentibus cogitationibus: principium enim est certaminis. Perdisce autem ex fluviali lacu: quando enim pluerit, & benedictio aquæ in lacu collecta fuerit, initio quidem turbata est aqua; quanto autem diutius perstiterit, purior redditur ac clarior. Ceterum ne abjicias animum, o dilecte. Scriptum quippe est: *Torrentes iniquitatis conturbaverunt me*. Rursusque in alio dicit Psalmo: *Repleta est malis anima mea, & vita mea inferno appropinquavit*. Ideoque dicit: *Dominus mihi adjutor: & non timebo, quid faciat mihi homo*. Quando ergo obrepserit menti tuæ prava cogitatio, cum lacrymis ad Dominum exclama, dicens: Domine propitius esto mihi peccatori, & parce mihi benignissime. Malum a nobis Domine funditus evelle. Cordium enim scrutator est Deus, & novit cogitationes, quæ ex malevolo animo procedunt, novitque suggestiones, quæ nobis a dæmonum amaritudine inferuntur. Hoc autem scito, quod quanto certaveris & sustinueris in serviendo Domino: tanto purior tibi mens redditur & cogitationes. Ait enim Dominus noster Jesus Christus: *Omnem palmitem in me non ferentem fructum, purgabo eum, ut fructum plus afferat*. Velis modo salvari: quoniam Dominus amat, & cooperatur iis, qui ut salventur, sunt solliciti. Audi porro & parabolam adversus turpes & sordidas cogitationes. Uvadum ex vite fuerit vindemiata, & in torcular projecta atque calcata, vinumque suum dederit, & in vasa immissa fuerit; tantum initio vinum ebullit, quantum ab ardentissimo labro succensum est: ita ut & vasa quantumvis præclara non ferentia violentiam, præ contentione atque vigore rumpantur & diffluant. Sic quoque hominum cogitationes, quando ex vano hoc seculo ejusque sollicitudinibus transferuntur ad cœlestia. Siquidem dæmones zelum non ferentes, multifariam multisque modis hominis mentem perturbant, turbidam ei eversionem admiscere volentes: ut si vas obnoxium ac fragile invenerint, mox perfodiant illud, hoc est, animam infidelem ac duplicem. Sunt enim dæmones lupis rapacibus similes, qui obeunt monachorum cellas, januam sibi apertam inquirentes: ut intro insilientes, animam ipsis obedientem corrumpant. Sin autem ostium repererint occlusum, in faciem suam mœsti concidentes recedunt:

dico autem de anima in fide fundata. Ne ergo timeas, neque verearis a verſutia & calliditate eorum: non enim nocere tibi poterunt, Chriſtum adjutorem habenti.
2. *Tim.* 1. Ait quippe Apoſtolus: *Non enim dedit nobis Deus ſpiritum timoris: ſed virtutis, & dilectionis & ſobrietatis*. Quin & ipſe Do-
Luc. 10. minus ad ſuos dixit diſcipulos. *Videbam Satanam ſicut fulgur de cœlo cadentem: & ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit*. Idcirco cariſſime, viriliter age, & confortare in Deo tuo, quia in æternum miſericordia ejus. Si porro etiam nobis parentum ſecundum carnem memoriam adducunt, dicamus ad eos, melius eſſe parentes contriſtare, quam Dominum. Quod ſi divitias quoque nobis in medium attulerint,
Matth. 6. ad eos dicamus: Scriptum eſt: *Theſaurizas, & neſcis, cui congregabis ea*. Ac
Pſal. 105. rurſus: *Simul inſipiens & ſtultus peribunt, & relinquent alienis divitias ſuas*: ut mihi quidem peccata ac culpas, aliis vero pecunias: non expedit mihi hoc: eſt enim malitia multa. Ideo neque theſaurizare in terra edocti ſumus, ubi ærugo & tinea demolitur, & fures perfodiunt atque furantur. Ubi enim theſaurus tuus eſt, ibi & cor tuum erit. Benedictus autem Deus, qui fortitudinem nobis adverſus hoſtes inviſibiles largitur: cui gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

A σαντες ἀναχωρῆσι· λέγω δὴ ϖεὶ ψυχῆς τεθεμελιωμμήης ὲν ϖίςει. Μὴ ὖν δειλιᾶς, μηδὲ φοβῆ ἀϖὸ τ κακυργίας αὐτῶν· βλάψαι σε ἰσχύσωσι, Χειςὸν ἔχοντά σε βοηθόν. Λέγει γὰρ ὁ Ἀϖόςολος· ἰ γὰρ ἔδωκεν ἡμῖν ὁ Θεὸς ϖνεῦμα δειλίας, ἀλλὰ δυνάμεως & ἀγάϖης καὶ σωφρονισμῦ. Καὶ ϖάλιν αὐτὸς Κύριος ἔλεγε τοῖς ἑαυτῦ μαθηταῖς· ἐθεώρυν τ Σαταναῦν, ὡς ἀ-
B ςραπὴν, ὲκ ἰ ἀραν ϖεσόντα. ἰδὺ δίδωμι ὑμῖν τ ἐξουσίαν ἰ ϖατεῖν ἐϖάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐϖὶ ϖᾶσαν τ δύναμιν ἰ Ἐχθρῦ, καὶ ὐδὲν ὑμᾶς ἰ μὴ ἀδικήσῃ. Διὸ, ἀγαϖητὲ, ἀνδρείζῦ καὶ ἴσχυε ἐν τῷ Θεῷ σε, ὅτι εἰς τ ἀγῶνα τὸ ἔλεος αὐτῦ. Εἰ ὃ μνείαν τ κ σάρκα γονέων ἡμῖν ἐϖάγωσιν, ἔϖωμεν ϖρὸς αὐτὸς, Γέγραϖται, θησαυρίζει, καὶ ἰ γινώσκει τίνι συνάξει αὐτά. Καὶ ϖάλιν· ἐϖιϖοαὶ ἄφρων καὶ
C ἄνης ἀϖολῦνται, καὶ καταλείψουσιν ἀλλοτρίοις τ ϖλῆτον αὐτῶν· ἵνα ἐν ἐμοὶ μὲ τὰ ἐγκλήματα, ἑτέρῳ δὲ χρήματα. Υ̓κ ἀνάγκ μοι τῦτο· ἔςι ϖονηρία μεγάλη. Διὸ, ὅτε δεδιδάγμεθα θησαυρίζειν ἐϖὶ τ γῆς, ὅϖυ σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζει, καὶ κλέϖται διορύσσουσι καὶ κλέϖτουσιν. ὅϖυ δέ ἐςιν ὁ θησαυρός σε, ἐκεῖ, φησὶν, ἔσται καὶ ἡ καρδία σε. Εὐλογητὸς ὃ ὁ Θεὸς, ὁ δίδὺς ἡμῖν
D ἰσχὺν κ σάρκα τῶν ἀοράτων ἐχθρῶν. ᾧ ἡ δόξα εἰς τὺς αἰῶνας τ αἰώνων. ἀμήν.

PARÆNESIS XI.

DEcerta, frater, tamquam bonus miles Chriſti, donec tempus ſuppetit: quia non ſuper corruptibili corona tibi certamen propoſitum eſt; verum de peccatorum expiatione & vita æterna. Vindica ergo tibi in cunctis operibus tuis humilitatem, quæ eſt mater obedientiæ. Projice autem abs te animi duplicitatem, & in omnibus fidem induere, ut Dominus cernens animi tui promtitudinem, confirmet te in opere. Vehementer porro ignaviam & contentionem detestare cum omni perverſa voluntate & invidentia: quippe qui propter Dominum reliquiſti parentes tuos ſecundum carnem, amicos, & facultates: nam ſi ab initio in cogitationibus relaxatus fueris, moleſtiam conſequeris & damnum. Si ergo aliquando acciderit nobis, vel modicum amore Domini laborare, vel etiam ſupra vires, ne obmurmuraverimus. Nam qui murmurat, ſeipſum declarat non ex proprio laborare inſtituto ac voluntate. Tu igitur tamquam prudens, ne contenderis cum negligentioribus fra-

ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ ΙΑ.

Ἀδελφὲ, ἀγωνίζ, ὡς καλὸς ςρατιώτης Χειςῦ, ἕως ἔτι ἔχεις καιρὸν, εἰδὼς τῦτο, ὅτι ἰ ϖερὶ φθαρτῆ ςεφάν ϖρόκειταί σοι ὁ ἀγών, ἀλλὰ ϖερὶ καθάρσεως ἁμαρτιῶν, καὶ ϖερὶ ζωῆς αἰωνίς. Κτῆσαι ὖν σεαυτῷ ταπεινοφροσύνλν ἐν ϖᾶσι τοῖς ἔργοις σε, ἥτις ὄςὶ μήτηρ ὑπακοῆς. Ἀπόῤῥιψον ὃ ἀϖό σε τ διψυχίαν, καὶ ἔνδυσαι τ ϖίςιν ἐν ϖᾶσιν, ὅϖως ὁ Κύριος ἰδὼν σε τὸ ϖρόθυμον τ ψυχῆς, ἐνισχύσῃ σε ἐν τῷ ἔργῳ. Μίσησον ὃ σφόδρα τ ὀκνηρίαν καὶ ἐρίθειαν σὺν ϖάσῃ κακοήθει γνώμῃ καὶ φθόνῳ, ὡς καταλείψας ἀϖ' τ Κύριον τὺς κ σάρκα γονεῖς, φίλους, καὶ ὑπάρχοντα. Ἐὰν ὖν ἐξ ἀρχῆς χαυνωθῆς τοῖς λογισμοῖς, κόπον ἕξεις καὶ ζημίαν. Ἐὰν ἓν συμβῇ ἡμῖν ϖοτε καὶ μικρὸν κοπιάσαι ἀϖ' τ Κύριον, ἢ ὲ ὑπὲρ δύναμιν, μὴ γογγύσωμεν· ὁ γὰρ γογγύζων, ἔκδηλον ἑαυτὸν ϖοιεῖ, ὅτι ὐκ ἐξ ἰδίας ϖροθέσεως ἐργάζεται. Σὺ ἓν, ὡς φρόνιμος, μὴ ἔριζε τοῖς ἀμελεςέ-

λεχέροις ἀδελφοῖς, μηδὲ ζήλω τὺς ἐν ἀφοβίᾳ Θεῦ βιώντας, εἰδὼς τῦτο ἀκριβῶς, ὅτι ὁ πίπτων ἑαυτῷ ῥήγνυται, καὶ ὁ νικῶν στεφανῦται. Πλὴν μὴ ἔριζε σῷ ἀδελφῷ· οὐ γὰρ οἶδας, μήποτε καὶ πάθος αὐτῷ ἐνοχλῇ, ὃ σὺ οὐ γινώσκεις, καὶ τύτῳ χάριν ἀσθενάτως φέρει· τύτῳ χρὴ μᾶλλον συμπάσχειν, καὶ παρακαλεῖν, καὶ μὴ ἐνυβρίζειν, ὡς ἀσυμπαθεῖς. Σὺ δὲ ἀγωνίζου καλῶς, εἰδὼς πρὸς τίνα ἐξελήλυθας. Ἔδου γὰρ νῦν ἐπιτήδειός σοι καιρὸς πρόκειται τῦ σωάγειν πλῦτον ἀνέκλειπτον διὰ τῆς λειτυργίας καὶ καρποφορίας τῆς πρὸς τὺς ἀδελφύς. Διὸ, ἀγαπητὲ, ἐὰν καταξέλῃς τὰ μέσαυλα ἀπὸ τῆς κοπρίων, καθάρειλον καὶ ἔνδοθεν τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας. Εἰ δὲ καθαίρεις τὴν πρασιὰν τῦ μαγειρείυ, ἐν πολλῇ ταπεινοφροσύνῃ ἐπιτέλει τὸ ἔργον, μιμνησκόμενος τῦ Προφήτυ, λέγοντος· πρασὸν ὡσεὶ ἄρτον ἔφαγον, καὶ τὸ πόμα μυ μετὰ κλαυθμῦ ἐκίρνων. Καπνόησον δὲ, ἀγαπητὲ, ἅμα τὸ φθαρτὸν πῦρ, καὶ ἀνονόησον τὴν αἰώνιον φλόγα, τὴν μέλλυσαν καταθίειν τὺς ἁμαρτωλύς· καὶ δάκρυσον πρὸ ὧν ἥμαρτηκας· ἅμα δὲ καὶ πρὸ ἐμῦ τῦ ἁμαρτωλῦ· ὅπως ἄφεσιν ἁμαρτιῶν δωρήσηται ἡμῖν Κύριος. ᾧ ἡ δόξα εἰς τὺς αἰῶνας. ἀμήν.

A fratribus, neque zelaveris eos, qui absque timore Dei vitam traducunt: illud certo sciens, quod qui cadit, sibi ipsi decidit; & qui vincit, coronatur. Verum noli litigare cum fratre: non enim nosti, an morbus aliquis eum divexet, quem tu ignores, & hujus causa imbecillior sit: quum eidem nos potius oporteat compati, solatiumque præbere, & nequaquam exagitare, quasi perturbationum expertes. Tu ergo B bonum certa certamen, conscius ad quænam exieris. Nunc enim tempus tibi commodum aptumque est propositum congregandi divitias indeficientes per ministerium & fructum, quem facis erga fratres. Quapropter carissime, si a stercoribus intimas ædes vindicas ac reprimis; intrinsecus etiam mundanas concupiscentias comprime. Et si cineres coquinæ purgas atque aufers; multa cum humilitate opus perficito, me- C mor Prophetæ dicentis: *Quia cinerem tamquam panem comedebam, & potum meum cum fletu miscebam.* Considera etiam simul, dilectissime, corruptibilem ignem, & perpende animo flammam illam æternam, quæ peccatores devoratura est: ac deplange peccata quæ commisisti: pariter autem & pro me peccatore: ut remissionem nobis peccatorum largiatur Dominus: cui gloria in secula. Amen. *Psal.* 102.

D

ΝΟΥΘΕΣΙΑ ΠΕΡΙ ΑΤΥΦΙΑΣ.

ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ ΙΒ.

Ἀδελφὲ, ἐὰν ὑποταξάμενος τῷ ματαίῳ βίῳ, εἰσέλθῃς εἰς κοινόβιον πολειόνων ἀδελφῶν· καὶ παραδοθῇς ὑπὸ τῦ ἡγυμένυ ἑτέρῳ μοναχῷ, τῦ διδάσκειν σε ἆθλα τῆς ἀρετῶν· μή σοι δόξῃ λέγειν τὰ ἐναντία τῦ μειζοτέρυ σε εἴτε φαίνειν, ἐν τῷ σε λογίζεσθαί τι τῶν μὴ ἀνηκόντων, καὶ φῇς· ἐγὼ μὲν κατέλιπον πλῦτον, οἰκίας, ἀγρύς, παῖδας, καὶ παιδίσκας, καὶ πάντα ἡγησάμην σκύβαλα, ἵνα Χριστὸν κερδήσω· οὗτος δὲ μηδενὸς κύριος ὢν, πολλάκις δὲ ἐξ ἀνάγκης εἰς τῦτο ἐλήλυθε, καὶ τύτῳ ταπεινωθῇ; καὶ εἰς τοιῦτον ὑπέλειαν παρεμφθῇ; μὴ γὰρ λιμώττων πάρειμι; Μὴ οὖν τοῦτα λογίζου, ἀγαπητέ. ὑποφανείας γὰρ οἱ λόγοι εἰσὶ πεπλήρωνται. Ἀλλ' ἐννόησον, ὅτι ὁ πάντων τῶν ἡμῶν Δεσπότης Χριστὸς δι' ἡμᾶς ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, ὑπήκοος γενόμενος μέχρι θανάτυ, θανάτυ δὲ σταυρῦ. Νόει δὲ λέγω. δῶρον γὰρ σοι ὁ Κύριος σωσειν ἐν τοῖς. Δύο ἀθληταὶ ἦλθον ἀγωνίσασθαι ἐν τῷ ἅμα, καὶ ὁ εἷς ἐνε-

ADMONITIO DE HUMILITATE.

PARÆNESIS XII.

FRater, si post abdicationem vanæ vitæ, ingressus sis cœnobium plurium fratrum, & a Præfecto traditus fueris alteri monacho, qui te virtutum præmia doceat: ne tibi contraria videaris dicere E majori tuo, aut agere; dum tu tecum quæ non conveniunt, cogitas, dicisque: Ego quidem divitias, domos, agros, ser- *Philipp.* 3. vos, & ancillas reliqui, omniaque ut stercora arbitratus sum, ut Christum lucrifacerem; hic vero quum nullius rei dominus esset, sæpeque etiam ex necessitate ad hoc venerit, huic ne ego subjiciar, ut & in ejusmodi vilitatem redigar? numquid huic me compulit fames? Noli carisF sime talia tecum mente volvere, quum isti superbia pleni sermones sint: sed perpende quo pacto omnium nostrum Dominus Christus propter nos humiliaverit se- *Philipp.* 2. metipsum, *factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* Intellige quæ dico: dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum. Duo athletæ simul ad certamen venerunt, quorum alter splendida in- *2. Tim.* 2.

dutus erat veſte, alter autem vili ac ſordida. Sed numquid ſplendidum ſibi veſtimentum adhibet certaminis tempore athleta in ſubſidium contra adverſarium? aut non potius fortitudinem artemque cum animi vigore ſecum adfert antagoniſta adverſus colluctatorem? aut quomodo auſi ſimus remiſſionem nobis priorum peccatorum a Deo efflagitare, ſi ipſi non oblivi-ſcamur converſationis priſtinæ? aut quo pacto novum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt, induemus; ſi veterem hominem, qui ſecundum deſideria corrumpitur, non prius exuerimus? non enim vetus novo coaleſcere poteſt, quum dicat Salvator noſter: *Nemo immittit commiſſuram panni rudis in veſtimentum vetus: tollit enim plenitudinem ejus a veſtimento, & pejor ſciſſura fit*. Ac rurſus: *neque mittunt vinum novum in utres veteres: ſed vinum novum in utres novos mittendum, & ambo conſervantur*. Neque ſapias ſecundum veterem hominem: quia ſcriptum eſt: *Qui vult inter vos ſapiens eſſe in hoc ſeculo, ſtultus fiat, ut ſit ſapiens: ſapientia enim hujus mundi, ſtultitia eſt apud Deum*. Quocirca humilitatem amplectere: quoniam ſcriptum habetur: *Quæ apud homines alta ſunt, abominabilia ſunt coram Deo*: ut omnia recte probeque ex virtute agens, laudem apud Deum obtineas, coronamque vitæ accipias, quam repromiſit diligentibus ſe: cui gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Matth. 9. Marc. 2. Luc. 5.

1. Cor. 3.

Luc. 16.

ἐνεδύσατο τὴν ἐσθῆτα λαμπράν, ὁ δὲ ἕτερος πενιχράν. Μὴ οὖν τὴν ἐσθῆτα τὴν λαμπρὰν περισάρξ ὁ ἀθλητὴς ἐν καιρῷ ἀγῶνος, ἢ οὐχὶ μᾶλλον τὴν ἀνδρείαν, καὶ τὴν τέχνην σὺν τῇ εὐτονίᾳ ἀντεισάγει ἀνταγωνιστὴς πρὸς βοήθειαν κατὰ τοῦ ὑπεναντίου; Ἢ πῶς τολμήσωμεν ἄφεσιν ἁμαρτιῶν αἰτήσασθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ τῶν προτέρων ἡμῶν πλημμάτων, ἡμῶν μὴ ἐπιλανθανομένων τὰς προτέρας ἀναστροφῆς; Ἢ πῶς ἐνδυσώμεθα τὸν καινὸν ἄνθρωπον τὸν κτισθέντα, ὅπως ἀποδυσάμενοι τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, τὸν φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης; Οὐ δυνατὸν γὰρ παλαιὸν σωσάρξαι τῷ καινῷ, οὐδὲ Σωτῆρος ἡμῶν εἰπόντος. Οὐδεὶς ἐπίβλημα ἐπιβάλλει ῥάκους ἀγνάφου ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ· αἴρει γὰρ τὸ πλήρωμα αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ἱματίου, καὶ χεῖρον σχίσμα γίνεται. Καὶ πάλιν· Οὐδὲ βάλλουσιν οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιούς, ἀλλ' οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς καινοὺς βλητέον, καὶ ἀμφότερα συντηροῦνται. Μηδὲ σοφίζου τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον. διότι γέγραπται· ὁ θέλων ἐν ὑμῖν σοφὸς εἶναι ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, μωρὸς γενέσθω, ἵνα γένηται σοφός· ἡ γὰρ σοφία τοῦ κόσμου τούτου, μωρία παρὰ τῷ Θεῷ ἐστιν. Ἐπιλαβοῦ οὖν τῆς ταπεινοφροσύνης· ὅτι γέγραπται· τὰ ὑψηλὰ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις, βδέλυγμα παρὰ Θεῷ· ὅπως καλῶς καὶ δοκίμως πάντα κατορθώσας, ἔξεις ἔπαινον παρὰ τῷ Θεῷ, καὶ κληρονομήσῃς τὸν στέφανον τῆς ζωῆς, ὃν ἐπηγγείλατο τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

De humilitate.

PARÆNESIS XIII.

OPortet porro & eos, qui ex miſera atque ærumnoſa vita ad ſolitariam vitam accedunt, non ſublime ſapere, neque extolli: quin potius omnem manſuetudinem, animique demiſſionem exhibere; memoria recolentes ac ſimul perpendentes beneficia Domini, ex cujuſmodi ipſos exemerit hujus ſeculi turbatione; ne forte mente elati, tamquam ingrati audiant a Benefactore quod in Pſalmo dictum eſt: *Et homo quum in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt jumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis*. Serviamus ergo Domino, cariſſimi, magna cum humilitate omnibus diebus vitæ noſtræ; *qui ſuſcitat a terra inopem, & de ſtercore erigit pauperem*: ut & poſt finem vitæ hujus

Pſal. 49.

Pſal. 113.

ΠΕΡΙ ΤΑΠΕΙΝΟΦΡΟΣΥΝΗΣ.

ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ ΙΓ.

ΔΕῖ καὶ τοὺς ἐξ οἰκτρᾶς καὶ μοχθηρᾶς βίου ἐρχομένους εἰς μονήρη βίον, μὴ ὑψηλοφρονεῖν, μὴ ἐπαίρεσθαι, ἀλλὰ πᾶσαν πραΰτητα καὶ ταπεινοφροσύνην ἐνδείκνυσθαι, μνημονεύοντας ἅμα καὶ ἀναλογιζομένους τὰς εὐεργεσίας τοῦ Κυρίου, ἐκ ποίας σωμοχθοῦς ταύτης ἐξέπασεν αὐτούς· μήποτε παραπαρέντες τῷ νοΐ, ἀκάσωσιν, ὡς ἀγνώμονες, παρὰ τοῦ Εὐεργέτου, τὸ εἰρημένον ἐν τῷ ψαλμῷ· καὶ ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν, οὐ συνῆκε, παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς. Τοιγαροῦν, ἀγαπητοί, δυναθύσωμεν τῷ Κυρίῳ ἐν ταπεινοφροσύνῃ πολλῇ, πάσας τὰς ἡμέρας ἡμῶν, τῷ ἐγείραντι ἀπὸ γῆς πτωχὸν, καὶ ἀπὸ κοπρίας ἀνυψοῦντι πένητα·

πένητα· ὅπως καὶ μὴ τέλος ἀξιώσῃ ἡμᾶς τῆς δόξης τῶν πραέων καὶ πατεινῶν. Διότι γέγραπται· Κύριος ἀνταποδίδωσι τοῖς ὑπερηφάνοις ὑπερηφανίαν. Καὶ πάλιν· Κύριος ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν. ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

A jus nos gloria dignetur manſuetorum atque humilium. Quia ſcriptum eſt: *Dominus retribuet abundanter facientibus ſuperbiam.* Et rurſus: *Dominus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.* Cui gloria in ſecula. Amen. *Pſal. 31. Jacob. 4.*

ΠΕΡΙ ΑΦΗΓΟΥΜΕΝΩΝ.

DE PRÆPOSITIS.

ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ ΙΔ.

PARÆNESIS XIV.

Ἀδελφὲ, ἐπιστεύθης ψυχήν; ζῶσαι ὥσπερ ἀνὴρ τὰ ὀσφύν σου· ἀγὼν γὰρ ἥκει οὐκ ὀλίγος, τελείων ψυχῶν ἔργον ἀνεδέξω. Νῆφε οὖν σφόδρα, ὅτι πολλῆς προσοχῆς δέεται τὸ πρᾶγμα, καὶ μὴ καταφρονήσῃς· ἀλλ' ἐν πάσῃ ἁγιότητι ἔστω ἡμῖν ἡ ἀναστροφὴ μετ' ἀλλήλων· μήποτε διὰ ἀπροσεξίας ὑποσπείρῃ ὁ τῶν ἰδίων ὁ Ἐχθρὸς, διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ὑποκειμένου. Ὁ γὰρ ὑπερβαίνων τοὺς ὅρους τῆς ἁγνείας καὶ σωφροσύνης, ἐν τῇ ὑπακοῇ ἁπάντων πρὸς ἡδυπάθειαν, οὐκ ἀζημίωτος ἔσται. ἡ γὰρ ἄμπελος αὐτῶν ἐκ Σοδόμων, καὶ ἡ κλῆματις αὐτῶν ἐκ Γομόρρας· τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος· ὁ γὰρ ἀθετῶν, οὐκ ἄνθρωπον ἀθετεῖ, ἀλλὰ τὸν Θεὸν, τὸ δόντα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς. Ἀλλ' οὐδὲ ὁ ὑπακούων τοιούτου πράγματος ἔχει ἔπαινον παρὰ τοῦ Θεοῦ· ὅτι οὐδὲ τὸν Ἰωσὴφ ἐμιμήσατο, οὐδὲ τὴν μακαρίαν Σωσάννιν ἐζήλωσεν. Ὁ μὲν γὰρ Ἰωσὴφ καὶ εἰς δουλείαν πραθεὶς τῇ Αἰγυπτίᾳ, οὐ σωπήχθη ταῖς κολακείαις αὐτῆς· οὐδὲ αἱ τοῦ θανάτου ἀπειλαὶ ἐπτόησαν τὸν φιλόθεον. Ποτὲ μὲν γὰρ κολακεύουσα τὸν νέον, ἐπηγγέλλετο δισσὰ δόματα πολλά. Μὴ πειθομένου δὲ αὐτοῦ, πολλάκις καὶ θάνατον ἠπείλει καὶ βασάνους. Ὁ δὲ οὐδὲν προέκειτο τῆς σωφροσύνης, ὑπήκοος ὢν ὑπάρχων κατὰ πάντα, τοῦτο μόνον ἐζήτησατο, σύμβολον τοῦ ἡμετέρου βίου τεθεικώς. Ὁμοίως δὲ καὶ ἡ μακαρία Σωσάννα θάνατον ᾑρετίσατο, ἢ ἁμαρτεῖν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Μεγάλῳ δὲ τιμωρίαν ἑαυτῷ προξενεῖ ὁ συκοφαντῶν τὸν δίκαιον. Διὸ καὶ ὁ Ἀπόστολος λέγει· μετὰ φόβου καὶ τρόμου τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν ἐργάζεσθε. Σφόδρα γὰρ ἀντίκειται ὁ Ἐχθρὸς τοῖς κατορθώντων τὰς ἀρετὰς, ἀλλὰ καταπατεῖται ὑπὸ τῶν πιστῶν. Δεῖ δὲ τοὺς μείζοτέρους, τύπους εἶναι τοῖς μικροτέροις πρὸς πᾶσαν ἀρετὴν, ὅπως μὴ δῶμεν ἀφορμὴν τοῖς θέλουσιν ἀφορμήν. Ἐὰν γὰρ ἡμεῖς ὦμεν ἀνυπότακτοι, πῶς τὴν ὑπακοὴν διδάξωμεν τοὺς μικροτέρους; Ἐὰν ὦμεν γαστρίμαργοι ἢ μέθυσοι ἢ φιλάρ-

Frater, credita tuæ curæ eſt anima? cingere ſicut vir lumbos tuos: certamen quippe imminet non exiguum. Perfectarum animarum opus ſuſcipe. Quare ſobrium te præbe vehementer ac vigilantem: quoniam multam res exigit attentionem: & ne deſpexeris; verum in omni ſanctitate ac puritate ſit noſtra converſatio ad invicem: ne forte ex ſegnitie aliquid de proprio ſubſeminet inimicus per ejus qui morem gerit obedientiam. Nam qui terminos caſtitatis ac pudicitiæ tranſgreditur, & obedientiam ad voluptatem atque libidinem requirit, non impunis evadet. Nam vinea ejus ex Sodomis, & palmes ipſius ex Gomorrha: quum dicat Apoſtolus: *Qui hæc ſpernit, non hominem ſpernit, ſed Deum, qui dedit Spiritum ſanctum ſuum in nobis.* Sed neque qui ejuſmodi rem audit, laudem apud Deum obtinet: quoniam neque Joſeph imitatur, neque beatam Suſannam æmulatur. Siquidem Joſeph etiam in ſervitutem venundatus Ægyptiæ, non eſt abductus blanditiis ejus: nec mortis minæ amicum Dei deterruerunt. Nam quum aliquando blanditiis juvenem demulceret, promittebat ſe daturam ei dona plurima. Quum autem eum in ſententiam pertrahere nequiret, etiam mortem ac tormenta ſæpe eſt comminata. At iſte nihil prius habebat pudicitia, morigerus alioquin in omnibus: ſed iſtud ſolum recuſabat, ſymbolum noſtræ vitæ proponens. Similiter autem & beata Suſanna mortem potius elegit, quam peccare coram Deo. Magnum porro ſibi ſupplicium conciliat, qui juſtum calumniatur. Unde & Apoſtolus dicit: *Cum metu & tremore veſtram ſalutem operamini.* Valde enim inimicus adverſatur iis, qui virtutum ſtudio ſunt dediti: verumtamen conculcatur a fidelibus. Oportet vero majores minoribus formam præbere atque exemplum ad omnem virtutem, ut non demus occaſionem cupientibus occaſionem. Nam ſi nos inobedientes ſimus, quomodo minores obedientiam docebimus? ſi guloſi, aut ebrii, aut

Deuter. 32. 1. Theſſal. 4. Geneſ. 39. Dan. Philipp. 2.

aut avari; quomodo inferiores nobis temperantiam ac patientiam docere poterimus? Si nos temerarii, aut multiloqui, inſtabileſque fuerimus; quo pacto juniores nobis gravitatem morum ac tolerantiam conſtantiamque docebimus? Quum dicat Dominus & Salvator noſter Jeſus Chriſtus: *Matth. 5* *Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno cœlorum*. Rurſuſque per Apoſtolum ait: *1. Tim. 4.* *Exemplum eſto fidelium*. Sed dices mihi: tametſi ego non faciam, dico tamen quod expedit fratri meo. Ego autem dico: Quid prodeſt nobis, cariſſime, alios admonere, ſi ipſi contraria agamus? Domino per Prophetam Ezechielem dicente: *Ezech. 18.* *Unumquemque veſtrum ſecundum viam veſtram judicabo, dicit Dominus Adonai*. Non fecimus? at nunc facere ne negligamus. Victi ſumus? at nunc ne vincamur. Negligentes fuimus? at vero jam ne negligamus. Deinceps ad Dominum convertamur. De docendo porro, & admonendo nos inter nos invicem, præceptum a Spiritu ſancto habemus. *Jacob. 5.* *Nam qui converterit*, inquit, *peccatorem ab errore vitæ ſuæ, ſalvabit animam a morte, & operiet multitudinem peccatorum*. Itaque cariſſimi neque nobis convenit ſuperiores noſtros judicare. Nam ſcriptum eſt: *Matth. 7.* *Nolite judicare, ut non judicemini*. Exemplum autem humilitatis, fratres, in Samuele *1. Reg. 2.* Propheta habetis: non enim exaltatum eſt cor ejus adverſus Heli Sacerdotem, quamvis etiam a Deo audiſſet de viro iſto. Admonet quoque Apoſtolus Petrus, dicens: *1. Petr. 2.* *Non ſolum bonis & modeſtis obedite, verum etiam diſcolis. Hæc eſt enim gratia apud Deum, ſi propter Dei conſcientiam ſuſtinet quis triſtitias, patiens injuſte. Quæ eſt enim gloria, ſi peccantes & colaphis excepti, ſuffertis? Sed ſi bene facientes, & patientes, ſuſtinetis, hæc eſt gratia apud Deum. In hoc enim vocati eſtis: quia & Chriſtus paſsus eſt pro nobis, nobis relinquens exemplum, ut ſequamur veſtigia ejus: qui peccatum non fecit, nec inventus eſt dolus in ore ejus: qui quum malediceretur, non maledicebat: quum pateretur, non comminabatur: tradebat autem ſe judicanti injuſte.* Salutem ergo noſtram curemus, cariſſimi, promti atque parati ad pœnitentiam, in omni verbo, quodcumque audierimus; potiſſimnm vero a Præfecto in Domino. Nam quemadmodum aqua exſtinguit ignem: ita pœnitentia pura reſtinguit iram, & avertit furorem. Fidemque tibi faciat Quinquagenarius Eliæ temporibus, qui quum *4. Reg. 1.* Prophetam humilitate ac ſubmiſſione placaſſet, ab ira liberatus eſt. In cunctis igitur

ἀργυροι, ὡς τὺς μικροτέρους ἡμῶν διδιδάξωμεν τ̃ ἐγκράτειαν καὶ ὑπομονήν; Ἐὰν ἡμεῖς ὦμεν ἀφρονόητοι ἢ πολυλόγοι ἢ ἀβέβαιοι, ὡς τὺς μικροτέρους ἡμῶν διδιδάξωμεν τὴν σεμνότητα καὶ καρτερίαν; Τ̃ Κυρίυ καὶ Σωτ̃ρος ἡμῶν Ἰησ̃ Χριστ̃ εἰπόντος· ὁ ποιήσας καὶ διδάξας, ὗτος μέγας κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τ̃ ὐρανῶν. Καὶ πάλιν διὰ τ̃ Ἀποστόλυ λέγει· τύπος γίνου τῶν πιστῶν. Ἐρεῖς μοι οὖν, κἂν ἐγὼ μὴ ποιήσω, μηδὲ εἴπω τῷ ἀδελφῷ μυ ὃ συμφέρον; Εἶπω καὶ, Τί τὸ ὄφελος, ἀγαπητὲ, ἑαυτῶν ἡμεῖς ἄλλυς νυθετοῦντες, τὰ ἐναντία πράττωμεν; τ̃ Κυρίυ λέγοντος, διὰ τ̃ Προφήτυ Ἰεζεκιήλ. ἕκαστον ὑμῶν κτ' τὴν ὁδὸν ὑμῶν κρινῶ, λέγει Κύριος Ἀδωναί. Οὐ ἐποιήσαμεν; ἀλλὰ νῦν μὴ ἀμελήσωμεν ποιεῖν. Ἡττήθημεν; ἀλλὰ νῦν μὴ ἡττηθῶμεν. Ἠμελήσαμεν; ἀλλὰ νῦν μὴ ἀμελήσωμεν. Τ̃ λοιπ̃ ἐπιστρεφθῶμεν πρὸς Κύριον. Περὶ ὧ̃ τ̃ διδάσκειν καὶ νυθετεῖν, εἰς τ' ἕνα, ἐντολὴν ἔχομεν ἀπὸ τ̃ ἁγίυ Πνεύματος· ὁ γὰρ ἐπιστρέψας, φησὶν, ἁμαρτωλὸν ἐκ πλάνης ὁδ̃ αὐτ̃, σώσει ψυχὴν ἐκ θανάτυ, καὶ καλύψει πλῆθος ἁμαρτιῶν. Ὥστε ὦν ἀγαπητοὶ, ὅτε ἡμᾶς χρὴ κρίνειν τὺς μικροτέρους ἡμῶν. γέγραπται γὰρ, μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε. Ἔχετε ὑπ̃ ὑπόδειγμα τ̃ ταπεινοφροσύνης, ἀδελφοὶ, τ' Προφήτυ Σαμυήλ· ὃ γὰρ ὑψώθη τῇ καρδίᾳ κτ' Ἠλὶ τ̃ ἱερέως, καθ' ἃ ἀκύσας ἐκ Θε̃ περὶ τ̃ ἀνδρός. Παραγγέλλει καὶ ὁ Ἀπόστολος Πέτρος λέγων· μὴ μόνον τοῖς ἀγαθοῖς καὶ ἐπιεικέσι ὑποτάσσεσθε, ἀλλὰ καὶ τοῖς σκολιοῖς· τ̃το γὰρ χάρις παρὰ τῷ Θεῷ, εἰ διὰ συνείδησιν Θε̃ ὑποφέρει τις λύπας, πάσχων ἀδίκως. Ποῖον γὰρ κλέος, εἰ ἁμαρτάνοντες καὶ κολαφιζόμενοι ὑπομενεῖτε, ἀλλ' εἰ ἀγαθοποιοῦντες καὶ πάσχοντες ὑπομενεῖτε, τ̃το χάρις παρὰ Θεῷ. Εἰς τ̃το γὰρ ἐκλήθητε, ὅτι καὶ Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ ἡμῶν, ἡμῖν ὑπολιμπάνων ὑπογραμμὸν, ἵνα ἐπακολυθήσομεν τοῖς ἴχνεσιν αὐτ̃· ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτ̃· ὃς λοιδορούμενος οὐκ ἀντελοιδόρει· πάσχων, οὐκ ἠπείλει· παρεδίδυ δὲ τῷ κρίνοντι ἀδίκως. Τ̃ς σωτηρίας οὖν γενώμεθα κ̃ ἑαυτ̃ν, ἀγαπητοὶ, ἕτοιμοι εἰς μετάνοιαν· παντὶ λόγῳ, ᾧ ἐὰν ἀκύσωμεν, μᾶλλον παρὰ τ̃ πρεσβυτέρυ ἐν Κυρίῳ. Ὥσπερ γὰρ ὕδωρ σβέννυσι πῦρ, οὕτω μετάνοια καθαρὰ σβέννυσι θυμὸν, καὶ ὀργὴν ἀποστρέφει. Καὶ πειθέτω σε ὁ ἐπὶ τ̃ Ἠλιὰ Πεντηκόνταρχος, ὃς διὰ τ̃ ταπεινοφροσύνης ἀξυμενήσας τ' Προφήτην, διεσώθη ἀπὸ τ̃ ὀργ̃ς. Ὑπακοὴν

κοὴν οὖω ἔχε, ἀγαπητὲ, χ᾽ πάντα ἐν Κυρίῳ, ὅπως ἰδὼν ὁ Κύριος τὸ ἀνυπόφανον καὶ ταπεινὸν τ καρδίας σε, ὑψώσῃ σε. Φύλαττε ὃ τὰς λόγας αὐτ. καὶ ἔσαι μθ᾽ ἡμῶν ὁ εἰπὼν, ὅπε εἰσὶ δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰς τ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τὰς αἰῶνας. Ἀμήν.

A igitur obedientiam cole, dilectiſſime, in Domino: ut cor tuum ab omni ſuperbia alienum ac humile cernens Dominus, te exaltet. Sermones porro ejus cuſtodi. Eritque nobiſcum qui ait: *Ubicumque ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum ego in medio eorum.* Ipſi gloria in ſecula. Amen. *Matth. 18.*

ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ ΙΕ.

PARÆNESIS XV.

B

ΚΑτὰ μέρος οἰκοδομεῖται πόλις, καὶ μ᾽ κυβερνήσεως γίνεται πόλεμος. Οὐ δύναται ὁ ἄπειρος, ὡς ἔμπειρος, κατέχειν τόξον. καὶ ὁ δύναται παιδίον τρέχειν ἐπ᾽ ἴσης ἀνδρὸς. Ἐὰν ἐπιθήσῃς παιδίῳ βάρος ὑπὲρ δύναμιν, βλάψεις αὐτῷ· καὶ ἐὰν ἀμελήσῃς τ παιδεύειν αὐτῷ, ἄχρηςον ἀποβήσεται. Οὕτω δεῖ καὶ ἀρχάειον μ᾽ ἀκρίσεως κυβερνᾶσθαι, καὶ μὴ χ᾽ κενοδοξίαν ἐπιτιθέναι αὐτῷ βάρος, μηδὲ καταφρονεῖν τ ψυχῆς αὐτ. Ἀλλ᾽, ὡς σοφὸς, ἀναλόγισαί σου, πῶς ὑπετάγης τῷ μειζοτέρῳ σε, καὶ ὕτω χ᾽ μέρος ἐπιχορήγει αὐτῷ τ ἄσκησιν. Ἀλλὰ μηδὲ, χ᾽ πάθος φιλαργυρίας, δίωκε τ ἀδελφὸν εἰς τὸ ἔργον, ὅτι καρδιογνώστης ἐστὶν ὁ Κύριος. Ἀλλ᾽ ὡς παρὰ Θεῷ τ ἀνταπόδοσιν λαβεῖν ἐλπίζων, δίδασκε αὐτὸν τὰ ἔπαθλα τῶν ἀρετῶν, καὶ τ σεμνὸν βίον τὴν ἀγωγήν. Ἐὰν μ᾽ τὴν συμπλήρωσιν τ ἀγρυπνίας καὶ τ σωφρόνος κανόνος, βουληθῇς ἀγρυπνῆσαι χ᾽ σεαυτὸν, ὁ ὑποτεταγμένος θελήσῃ καθυδῆσαι μικρὸν, δὸς αὐτῷ ἀνάπαυσιν· ὁ γὰρ δύναται παιδίον δραμεῖν, ὡς πεφθείρηται, ἐπ᾽ ἴσης τελείῳ. Κᾂν ἀσθενῇ τῷ σώματι, μὴ ἀποβαλῇς αὐτὸν, ἀλλὰ συγκοπίασον αὐτῷ μακροθυμῶν ἐπ᾽ αὐτῷ. ὡς σοφὸς γεωργὸς, φυτεύσας φυτὸν ἀγαθὸν ἐν τῷ ἀγρῷ αὐτ. Σπουδὴ δέ σοι πᾶσα γένηται παραχῆσαι τὸ σῶμα αὐτ, θυσίαν ζῶσαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ, ὅπως μὴ συγκατακεκριμένοι, ὡς ὁ Ἀπόστολος φησὶν, λέγων· ἔχοντες μόρφωσιν εὐσεβείας, τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς ἠρνημένοι. Πᾶσαν οὖω ἀγαθὴν πρᾶξιν ἐκδίδασκε τ ὑποτεταγμένον, διότι γέγραπται· ἐὰν ἀχάρις τίμιον ἐξ ἀναξίου, ὡς στόμα μου ἔσῃ. Εἰ γὰρ οἱ καθηγηταὶ τ ἀγῶνος τότε οὐ φέρουσι τὰς δυσχερείας τῶν νηπίων ψυχῶν, οὐδὲ ἀναγνόντα παιδίοις συναναστρέφεσθαι διὰ τ τῶν ἀνθρώπων ἀνταπόδοσιν· πόσῳ μᾶλλον χρὴ τὰς τελείας ἀνέχεσθαι τῶν ἀσθενῶν διὰ τ Κύριον; Γέγραπται γὰρ, Τὰ ὃ λέγει Κύριος· μακάριος ὃς ἔχει ἐν Σιὼν

PAulatim ac per partes ædificatur civitas, & cum gubernatione fit bellum. Nequit inexpertus, ſicut exercitatus, arcum ac telum tenere: neque puerulus inſtar viri poteſt currere. Si puero onus ſupra vires impoſueris, nocebis ipſi: &, ſi eum inſtruere omiſeris, nequam & inutilis evadet. Sic quoque novitium monachum C cum judicio & diſcretione gubernare oportet, & non per inanem gloriam imponere ei onus, neque rurſus deſpicere animam ipſius. Ceterum inſtar prudentis perpende tecum, quomodo ſuperiori tuo ipſe ſubjectus fueris: atque ita paulatim ac per partes præbe ei exercitationem. Sed neque affectione avaritiæ, fratrem ad opus impellas: quoniam cordium ſcrutator eſt Dominus: verum tamquam apud Deum D retributionem te accepturum ſperans, doce ipſum virtutum præmia, ac caſtæ religioſæque vitæ converſationem. Si igitur poſt adimpletas vigilias & conſuetam regulam vigilare ipſe privatim volueris; ſubditus autem paululum dormire cupierit; requiem ipſi concede. Non enim, ut ante dictum eſt, poteſt puer currere inſtar perfecti atque adulti viri. Et ſi infirmo ſit corpore, ne ſpernas atque rejicias eum; E ſed compatere & auxiliare ipſi patienter atque longanimiter; ſuper ipſum, ut prudens agricola, plantam inſerens bonam in agro ipſius. Omne porro ſtudium adhibeas, ut corpus ejus hoſtiam exhibeas vi- *Rom. 12.* ventem, ac bene placentem Deo; ut non cum iis judicemur, quos Apoſtolus accuſat, dicens: *Speciem quidem habentes pie-* *2. Tim. 3.* *tatis, virtutem autem ejus abnegantes.* Omnem igitur bonam edoce actionem eum, F qui ſub obedientia vivit: quia ſcriptum eſt: *Si pretioſum ex indigno eduxeris, quaſi* *Hierem. 15.* *os meum eris.* Si enim præceptores hujus ſeculi non reſpuunt moleſtias infantium animarum, neque recuſant cum pueris converſari, propter mercedem, quam ab hominibus exſpectant: quanto magis oportet perfectos propter Dominum tolerare imbecilles? Scriptum quippe eſt: *Hæc autem dicit Dominus: Bea-* *Iſai. 31.*

tus

tus qui habet ſemen in Sion, & domeſticos in Hieruſalem. Ipſe igitur cariſſime, vide ne rejicias patris qui te genuit in Domino, adhortationes. Ait enim Apoſtolus: *Obedite præpoſitis veſtris, & ſubjacete eis: ipſi enim pervigilant pro animabus veſtris, quaſi rationem reddituri: ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes: hoc enim non expedit vobis*. Ideo in Pſalmo ait: *Corripiet me juſtus in miſericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum*. Si enim qui ſecundum carnem ægrotant, ſuæ vim inferunt naturæ, ut ſervent quæcumque ipſis præſcripſerint medici: nonne multo nos magis decet morem iis gerere, quibus cura animarum noſtrarum eſt credita? Cupiamus porro etiam Spiritus ſancti ediſcere mandata. Si enim qui mundi hujus præceptores atque interpretes agunt, ſtudioſe in lectionem ſapientiæ, quæ non eſt, incumbunt: (quum ſapientia hujus mundi ſtultitia ſit coram Deo:) quanto magis meditari nos decet atque perdiſcere ad ſalutem animarum noſtrarum eloquia Dei? Quin & Spiritus Sanctus beatificat eos, qui exquirunt teſtimonia ipſius, dicens: *Beati qui exquirunt teſtimonia ejus: quia in toto corde exquirent ipſum*. Et rurſus in alio ait Pſalmo: *Beatus populus, qui ſcit jubilationem*. Audi & Apoſtolum dicentem: *Omnis diſciplina in præſenti quidem videtur non eſſe gaudii, ſed mœroris; poſtea autem fructum pacatiſſimum exercitatis per eam reddit juſtitiæ*. Cui gloria in ſecula. Amen.

Hebr. 13.

Pſal. 141.

1. Cor. 3.

Pſal. 119.

Pſal. 89.

Hebr. 12.

PARÆNESIS XVI.

DIDACTICA.

FRater, dignus es habitus ſancto indumento monaſtico? ne extollaris adverſus exſpectantes in futurum annum. Non enim videri aliquem primum eſſe, virtus eſt: ſed ad finem uſque tolerare. Neque videaris tibi dicere apud teipſum, aſſumto habitu: jam a laboribus ſum liberatus: imo nunc multo magis in virtutum labore occupari debes, ne tibi ipſe damnum inferas. Adhuc enim ſæpe etiam ſuperiore cogente, tuam ſalutem non neglexiſti. Nam adhuc in exteriore verſatus es tholo: nunc vero in interiorem tholum introiſti. Ne igitur te ipſum neglexeris, ut non perdas labores tuos, ſed ut mercedem potius tuam recipias. Ex hoc enim tempore apparet tuus labor, ac ſtudium, &

A σπέρμα, καὶ οἰκείοις ἐν Ἱερουσαλήμ. Καὶ αὐτὸς ἦν, ἀγαπητὲ, μὴ ἀπαναίνου νουθεσίαν πατρός σου ἣ γεννήσαντός σε ἐν Κυρίῳ. Λέγει γὰρ ὁ Ἀπόστολος· πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν καὶ ὑπείκετε· αὐτοὶ γὰρ ἀγρυπνοῦσιν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ὡς λόγον ἀποδώσοντες, ἵνα μετὰ χαρᾶς τοῦτο ποιῶσι, καὶ μὴ στενάζοντες· ἀλυσιτελὲς γὰρ ὑμῖν τοῦτο. Διὸ ἐν τῷ Ψαλμῷ λέγει· παιδευσάτω με δίκαιος ἐν ἐλέει, καὶ ἐλέγξει με· ἔλαιον δὲ ἁμαρτωλοῦ μὴ λιπαινάτω τὴν κεφαλήν μου. οἱ γὰρ οἱ νοσοῦντες κατὰ σάρκα βιάζονται τὴν ἑαυτῶν φύσιν, τηρεῖν ὅσα ἂν αὐτοῖς ἰατροὶ προστάσσουσι· πολλῷ μᾶλλον χρὴ ἡμᾶς ὑπακούειν τοῖς ἐπισκήπτοις τὴν ἴασιν τῶν ψυχῶν ἡμῶν; Θελήσωμεν δὲ ἐκμανθάνειν καὶ τὰ ἐντάλματα τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Εἰ γὰρ οἱ τοῦ κόσμου τούτου ἐξηγηταὶ ἐπιμελῶς κέχρηνται τῇ ἀναγνώσει τῆς μὴ οὔσης σοφίας· ἡ γὰρ σοφία τοῦ κόσμου τούτου μωρία παρὰ τῷ Θεῷ ἐστιν· πολλῷ μᾶλλον χρὴ ἡμᾶς μελετᾶν καὶ ἐκμανθάνειν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ πρὸς σωτηρίαν τῶν ψυχῶν ἡμῶν; Καὶ μακαρίζει δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοὺς ἐξερευνῶντας τὰ μαρτύρια αὐτοῦ, λέγων· μακάριοι οἱ ἐξερευνῶντες τὰ μαρτύρια αὐτοῦ, ὅτι ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ἐκζητήσουσιν αὐτόν. Καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ Ψαλμῷ λέγει· μακάριος ὁ λαὸς ὁ γινώσκων ἀλαλαγμόν. Ἄκουε δὲ τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος· πᾶσα παιδεία πρὸς μὲν τὸ παρὸν οὐ δοκεῖ εἶναι χαρᾶς, ἀλλὰ λύπης· ὕστερον δὲ καρπὸν εἰρηνικὸν τοῖς δι' αὐτὴν γεγυμνασμένοις ἀποδίδωσι δικαιοσύνης. ᾧ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

B

C

D

ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ Ις.

ΔΙΔΑΚΤΙΚΗ.

Ἀδελφὲ, ἠξιώθης τοῦ ἁγίου ἐνδύματος τοῦ μοναχοῦ; μὴ ἐπάρου κατὰ τῶν ἐπιμενόντων εἰς τὸ ἐρχόμενον ἔτος. οὐ γὰρ τὸ οἴεσθαί τινα πρῶτον εἶναι, ἐστὶν ἀρετή· ἀλλὰ ὑπομεῖναι ἄχρι τέλους. Μηδὲ δόξῃ σοί λέγειν ἐν σεαυτῷ λαβὼν τὸ σχῆμα· ἀπηλλάγην νῦν ἀπὸ τοῦ κόπου· ἀλλὰ νῦν πολλῷ μᾶλλον πόνεσον εἰς τὰς ἀρετὰς, ἵνα μὴ σεαυτὸν ζημιώσῃς. Ἄχει γὰρ τοῦ πρόντος, πολλάκις καὶ ἐξ ἀνάγκης τοῦ μειζοτέρου, ὃν ἠμέλησας τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας. ἄχρι γὰρ τοῦ δεῦρο ἐν τῷ ἐξωτέρῳ θόλῳ ἦς, νῦν δὲ ἐν τῷ ἐσωτέρῳ θόλῳ εἰσελήλυθας. Μὴ οὖν ἀμελέσῃς σεαυτοῦ, ἵνα μὴ ἀπολέσῃς τοὺς κόπους σου, ἀλλὰ τὸν μισθόν σου ἀπολάβῃς. Ἀπὸ τοῦ νῦν φάνεταί σου ὁ κόπος καὶ ἡ πάσχη καὶ ἡ ἀγρυπνία καὶ

E

F

καὶ τὸ καθισμα· ἀπὸ τ νῦν φάνεται ὁποίαν ὁδὸν
ἐπιθυμεῖς· ἢ τ πλατείαν καὶ εὐρύχωρον, τὴν
ἐπάγουσαν εἰς τ ἀπώλειαν· ἢ τ στενὴν καὶ τε-
θλιμμένην, τ ἐπάγουσαν εἰς τ ζωὴν τ αἰώνιον.
Καὶ ἐν μὲ τῇ πλατείᾳ ὁδῷ ἔστι ταῦτα· κακο-
φροσύνη, σκιρτασμοὶ, γαστριμαργία, μέθη,
ἀσωτία, ἀσέλγεια, ἔρις, θυμὸς, φυσίωσις,
ἀκαταστασία, καὶ τὰ ὅμοια τούτοις. οἷς ἀκολου-
θεῖ ἀπιστία, ἀπείθεια, ἀνυποταγή· ἔσχατον δ
πάντων τῶν κακῶν, ἡ ἀπόγνωσις. καὶ ὁ ἐν τού-
τοις ἀναστρεφόμενος πεπλάνηται ἀπὸ τ ὁδοῦ τῆς
ἀληθείας, πρόξενος ἑαυτῷ γινόμενος τ ἰδίας
ἀπωλείας. Ἐν ᾗ τῇ στενῇ καὶ τεθλιμμένῃ ὁδῷ
ἔστι ταῦτα, ἡσυχία, ἐγκράτεια, σωφροσύνη,
ἀγάπη, ὑπομονὴ, χαρὰ, εἰρήνη, ταπεινοφρο-
σύνη, καὶ τὰ ὅμοια τούτοις· οἷς ἐξακολουθεῖ ἡ
ἀθάνατος ζωή. Ἐπιγνὺς οὖν, ἀγαπητὲ, τὰ
κεκρυμμένα ἐν τῇ πλατείᾳ καὶ εὐρυχώρῳ ὁδῷ,
ἀπόστα ἀπ' αὐτῆς, ἵνα καταλάβῃς τ ζωὴν τὴν
αἰώνιον. Ἐὰν γὰρ ἐκ νεότητός σου βαδίσῃς τείβον
δικαιοσύνης, καὶ ἡ ἔξοδός σου ἔσται ἐν εἰρήνῃ. Ἐὰν
οὖν ἄρξῃ ἀπὸ τ νῦν πλατέως πορεύεσθαι, ἔχα-
τον ὀδυνηθήσῃ πικρῶς. Ἐὰν οὖν ἴδῃς τὸς ἐν
ἀφοβίᾳ Θεοῦ διάγοντας, παχεῖς καὶ ὑγιεῖς τῷ
σώματι, μὴ ζηλῶ τὰ ἔργα τ ἀφοβίας. Τί
γὰρ τὸ βέλτιον; τρυφᾶν ἐπὶ ὀλίγας ἡμέρας,
καὶ τ ἐπιθυμίαν τ σαρκὸς ποιεῖν, καὶ στερηθῆναι
τ αἰωνίου ζωῆς; ἢ σωφρονῆσαι πρὸς ὀλίγον, καὶ
ἐκφυγεῖν τ αἰωνίου κρίσεως, καὶ τ βρυγμὸν τῶν
ὀδόντων, καὶ ἀπολαβεῖν τ αἰωνίου ζωῆς; Σφόδρα
τήρει ἑαυτὸν ἀπ τ παῤῥησίας, μήποτε δουλωθῇς
τῇ πολυλογίᾳ καὶ ἀναισχυντίᾳ, καὶ ποιήσῃς
ἐπίχαρμα τοῖς δαίμοσιν ἑαυτὸν, καὶ ἔσχατον ἀπο-
ῤῥίψῃ σε τ ἀδελφότητος. Οὐ τοσοῦτο ὄναγροι λυ-
μαίνοντι σῖτον, ὅσον ἡ παῤῥησία λυμαίνεται τὸς
πόνους τῶν μοναχῶν. Περιζώννυε οὖν σεαυτῷ
τ ἀλάβειαν, καὶ τ ταπεινοφροσύνῃ, καὶ ὑπο-
μονὴν, ἐν τῇ ὑπομονῇ τ ἀληθείας. Νουθέτει
σεαυτὸν, καὶ παρακάλει λέγων, Εἰ καὶ τὸ σχῆμα
τ μοναχοῦ ἔλαβον, ἀλλὰ τὸς τρόπους τ μονα-
χοῦ οὔπω μεμάθηκα. Ἐν τούτοις οὖν ἀγωνιᾷ
σου ἡ ταπεινοφροσύνη. Καθεζομένῳ δέ σου ἐν τῇ
ἡσυχίᾳ τ κελλίου, ἐπισωρεύσαντες τὸς ἀλογισ-
μούς σου, καὶ εἰπὲ τῇ καρδίᾳ σου· ἄνθρωπε,
οὐχὶ τ κόσμον κατέλιπες, καὶ τὸς κτ' σάρκα γο-
νεῖς, καὶ φίλους, καὶ πόλιν, καὶ πατρίδα, καὶ
πλοῦτον, τ Κυρίου συνεργοῦντός σοι; Καί τί τὸ
ὄφελος, ἐάνπερ καὶ ὧδε ἐλθὼν τ σωθῆναι, τὰ
ἐναντία πράξεις, καὶ ἁμαρτάνεις ἔναντι Κυρίου·

A & puritas, atque tranquillitas. Ex nunc apparet, qualem inire viam desideres; an latam, & amplam, quæ ducit ad perditionem; an angustam & arctam, quæ ducit ad vitam æternam. Et quidem in lata via hæc sunt: temeritas, distractiones, ingluvies, ebrietas, luxuria, lascivia, contentio, excandescentia, inflatio, instabilitas, ac his similia, quæ consequuntur infidelitas, diffidentia, inobedientia; omB niumque malorum ultimum, quod est desperatio. Et qui in istis versatur, a via veritatis aberrat, sibique ipse propriam perditionem conciliat. In angusta vero & arcta via sunt ista: quies, continentia, temperantia, caritas, patientia, gaudium, pax, humilitas, & hisce similia, quæ consequitur vita immortalis. Quum ergo jam cognoveris, carissime, quæ inlata & spatiosa lateant via, recede ab
C ea, ut vitam æternam accipias. Si enim a juventute tua per semitas justitiæ incesseris, etiam exitus tuus in pace erit. Sin vero ex nunc per viam latam ambulare inceperis, postremum amare lugebis. Quod si conspexeris eos, qui absque timore Dei vitam agunt, crassos & pingues, ac corpore sanos; ne opera eorum timoris Dei expertia imitatus fueris. Quid
D enim melius fuerit? paucos dies in deliciis versari, & carnis desideria perficere, vitaque æterna privari: an vero modicum angustiis premi, & effugere judicium atque supplicium sempiternum, stridoremque dentium, ac vita perfrui sempiterna? Valde te ipsum custodi a licentia vitæque libertate; ne forte multiloquio & impudentiæ inservias, teque dæmonibus ridiculum præbeas, ac denique a fraternitate
E te etiam abrumpas. Non tantum onagri devastant frumentum, quantum nimia libertas corrumpit labores monachorum. Præcinge igitur teipsum pietate, humilitate, & longanimitate in patientia veritatis. Admone teipsum, & cohortare, dicens; etsi monachi assumsi habitum, monachi tamen mores nondum didici. In his igitur permanebit humilitas tua. Considente porro te in silen-
F tio ac tranquillitate cellæ tuæ, recollige cogitationes tuas, & dic tecum corde; nonne, o homo, mundum reliquisti, & parentes carnales, atque amicos, & civitatem, & patriam, ac divitias, Domino tibi cooperante? Quæ porro erit utilitas, siquidem huc profectus ut salutem consequaris, agas ea quæ aliena sunt a salute, peccesque coram Domino, nudum & otiosum no-

men circumferens, dum a familiaribus & amicis prædicaris beatus? Ajunt enim: Beatus ille eſt, quoniam mundum iſtum averſatur, & gloriam ipſius, ac fallaciam ejus; & non amplius quidquam rerum curat terrenarum: ſeceſſit enim, inquiunt, & factus eſt monachus. Et ecce tu hic non monaſtico ritu ac more vitam degis. Cujuſmodi ergo confuſio nos occupabit, ſi qui beatos nos jam prædicant, iidem nos præceſſerint in regno cœlorum? Qualis quantuſque timor ac tremor nobis obveniet, dum fletu comprimemur amaro? Si qui felices jam nos cenſent, genuque nobis flectunt, ac dicunt, orate pro nobis peccatoribus ſervi Chriſti: ſi, inquam, ipſi reperti fuerint in quiete ac refrigerio; nos autem propter noſtra delicta in ærumnis & anguſtiis? Quapropter cariſſimi, ſobrii ſimus & vigilemus ad Dominum, obſecro, donec tempus nobis ſuppetit: & non efferamur, neque diſtrahamur fraudibus ſeculi hujus. Nam mundus hic tranſit, & concupiſcentia ejus. Qui autem facit voluntatem Domini, manet in æternum. Cunctas igitur res ſeculares ac temporales, mentem a Deo avellentes, deſpiciamus. Nam vires, & pulchritudinem ſenectus excipit atque infirmitas: gloriam autem & divitias mors diſſolvit atque corruptio; juſtitia autem manet in ſecula. Bene ergo decerta cariſſime: ecce enim ſtadium omnibus apertum eſt: dicitque certaminis Præfectus per Apoſtolum: *Sic currite, ut comprehendatis*. Et, *omnis qui certat in agone, ab omnibus ſe abſtinet*. Rurſuſque ait: *Nemo militans, implicat ſe negotiis ſecularibus, ut ei placeat, qui ipſum militiæ adſcripſit. Nam & qui certat in agone, non coronatur, niſi legitime certaverit*. Deus autem, & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti det nobis ſpiritum fortitudinis, & ſapientiæ, atque patientiæ, ad ſerviendum ipſi omnibus diebus vitæ noſtræ: cui gloria in ſecula. Amen.

Joan. 1. 2.

1. *Cor.* 9.

2. *Tim.* 2.

μόνον ἀργὸν ὄνομα ὠφέλησας, ἐν τῷ σε μακαρίζεσθαι ὑπὸ τῶν γνωρίμων· καὶ φασι, μακάριος ὁ δεῖνα, ὅτι ἐμίσησε τὸν κόσμον τοῦτον, καὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ τὴν ἀπάτην αὐτοῦ, καὶ οὐκέτι μεριμνᾷ τὰ γήϊνα· ἀνεχώρησε γάρ, φασὶ, καὶ ἐγένετο μοναχός. Καὶ ἰδοὺ σὺ ὧδε ἀμοναχὸς διάγεις. Ποία ἄρα ἀρχὴν καταλήψεται ἡμᾶς, ἐάνπερ οἱ μακαρίζοντες ἡμᾶς νῦν, προάξωσιν ἡμᾶς εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν; Ἆρα τόσος φόβος καὶ τρόμος συναντήσει ἡμῖν, συνεχομένων ἡμῶν πικρῷ κλαυθμῷ; Ἐάνπερ οἱ μακαρίζοντες ἡμᾶς νῦν, καὶ προσκυνοῦντες, καὶ λέγοντες, Εὔξασθε ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν, δοῦλοι Χριστοῦ· ἐάνπερ αὐτοὶ εὑρεθῶσιν ἐν ἀνέσει, ἡμεῖς δὲ ἐν στενοῖς διὰ τὰ πολυπλημμελήματα ἡμῶν; Διόπερ, ἀγαπητοὶ, νήφωμεν πρὸς Κύριον, προσκαλῶ, ὡς καιρὸν ἔχομεν· καὶ μὴ μετεωριζώμεθα τῇ ἀπάτῃ τοῦ αἰῶνος τούτου. ὁ γὰρ κόσμος ὅτος παράγεται, καὶ ἡ ἐπιθυμία αὐτοῦ· ὁ δὲ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα. Πάντων οὖν τῶν βιωτικῶν πραγμάτων, τῶν παρερχομένων τὴν νῦν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ καταφρονήσωμεν. Τὴν γὰρ ἰσχὺν καὶ τὸ κάλλος παραδέχεται γῆρας καὶ ἀσθένεια· καὶ τὴν δόξαν καὶ τὸν πλοῦτον παραλύει θάνατος καὶ φθορά· ἡ δὲ δικαιοσύνη εἰς τὸν αἰῶνα μένει. Ἀγωνίζου οὖν καλῶς, ἀγαπητέ· ἰδοὺ γὰρ τὸ στάδιον ἀνέῳκται πᾶσι· καὶ ὁ Ἀγωνοθέτης λέγει διὰ τοῦ Ἀποστόλου· οὕτω τρέχετε, ἵνα καταλάβητε· καὶ, πᾶς ὁ ἀγωνιζόμενος, πάντα ἐγκρατεύεται. καὶ πάλιν λέγει, σφαῖρις στρατευόμενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου στρατείαις, ἵνα τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσῃ· ἐὰν δὲ καὶ ἀθλῇ τις, οὐ στεφανοῦται, ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ. Ὁ δὲ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ δῴη ἡμῖν πνεῦμα δυνάμεως καὶ σοφίας καὶ ὑπομονῆς, τοῦ δουλεύειν αὐτῷ πάσας τὰς ἡμέρας ἡμῶν. ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

De amore proprio, et de vana deceptione.

PARÆNESIS XVII.

FRater, cur deciperis, correptus a Diabolo, ut gradus tranſilias, in quibus nullam capies utilitatem, tibi ipſe honorem acquirens? Apoſtolum dicentem audi: *Non enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt, ſed quem Dominus commendat*. Ipſumque Dominum auſculta: *Quomodo poteſtis credere, qui gloriam ab hominibus accipitis, &*

2. *Cor.* 10.

Joan. 55.

ΠΕΡΙ ΦΙΛΑΥΤΙΑΣ ΚΑΙ ΚΕΝΗΣ ΑΠΑΤΗΣ.

ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ ΙΖ.

Ἀδελφὲ, τί πλανᾷ σε ἐνεργούμενον ὑπὸ τοῦ Διαβόλου, ὑπερβαίνειν βαθμοὺς, ἐν οἷς οὐκ ὠφεληθήσῃ, αὐτῷ ἡμῖν προσλαθεῖς; Ἄκουε τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος· οὐ γὰρ ὁ ἑαυτὸν συνιστάνων, ἐκεῖνός ἐστι δόκιμος, ἀλλ' ὃν ὁ Κύριος συνίστησιν. Ἄκουε δὲ τοῦ Κυρίου λέγοντος· πῶς δύνασθε πιστεῦσαι, δόξαν παρὰ ἀνθρώπων λαμβάνοντες, καὶ

καὶ τ̃ δόξαν τὴν παρὰ τ̃ Θεοῦ ὑ ζητοῦντες. Ἔλθε οὖν εἰς ἑαυτὸν, ἀγαπητὲ, καὶ ἀναλόγισαι δὶ ἣν αἰτίαν ἀπεπάξω τῷ ματαίῳ βίῳ, κ᾽ τῷ Διαβόλῳ, καὶ τῇ ὑποφαυείᾳ αὐτ̃· καὶ παῦσαι φρονεῖν τὰ κοσμικά. Οὐκ οἶδας, ὅτι ἐὰν ἀξιοθενήσῃς τ̃ πλησίον σου, ἁμαρτίαν ἐργάζῃ φιλαυτίας καὶ κενῆς ἀπάτης; Λόγισαι ὃ, ὅτι ἤδη πεφθέκοφας, καὶ πρῶτος ἔςῃ τοῦ ἀδελφοῦ σου, καὶ εἰς τὰ μείζονα πεφθέκοφας ἀφ᾽ τ̃ φιλονεικίας, καὶ ἀφ᾽ τὸ μὴ βούλεσθαι ταπεινωθῆναι τῷ ἀδελφῷ σου. Ὅρα, ἀδελφὲ, μήποτε θέλων πρῶτος τ̃ ἀδελφοῦ σου εἶ, ἐκεῖ ἐλάχιστος εὑρεθῇς ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι. καὶ ἀκούσῃ τότε ὁ πλούσιον ἐκεῖνος ὁ φιλόδοξος, πυγανιζόμενος ἐν τῷ πυρὶ τῷ ἀσβέςῳ· μνήσθητι ὅτι ἀπέλαβες τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου. γέγραπται γὰρ, τὰ ὑψηλὰ ἐν ἀνθρώποις, βδελυκτὰ πρὸ τῷ Θεῷ. Ἆρα ἐπελάθου τοῦ εἰπόντος. ὁ θέλων ἐν ὑμῖν εἶ πρῶτος, ἔςω ὑμῶν δοῦλος· καὶ ὃς ἐὰν θέλῃ ἐν ὑμῖν μέγας εἶ, ἔςω ὑμῶν διάκονος; Ἐννόησον, ὅτι ἀπέθανες τῷ κόσμῳ, κ᾽ ἡ ζωή σου κέκρυπται ἐν τῷ Χριςῷ· ὅταν οὖν ὁ Χριςὸς φανερωθῇ, ἡ ζωὴ ἡμῶν, τότε καὶ ὑμεῖς φανερωθήσεσθε ἐν δόξῃ. Μὴ οὖν ἀγάπα τὴν τῶν ἀνθρώπων δόξαν· ὃ γὰρ ἀγωνιᾷ Coi εἰς τ̃ αἰῶνα, κ᾽ τ̃ λέγοντα· πᾶσα σὰρξ ὡς χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου. Μακάριος ὃ μᾶλλον ὁ ἐν τοῖς ἀνθρώποις καταισθυνθεὶς τοῖς τελείοις· τὰ γὰρ βλεπόμενα, πρόσκαιρα· τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα, αἰώνια. Ἐὰν γὰρ ἔτι τῷ γηΐνῳ φρονήματι δεδουλωσαι, ματαιότης γίνεται τὸ πρᾶγμα. Οὐδεὶς γὰρ δυνάται δυσὶ Κυρίοις δουλεύειν. Ἀπόρριψον οὖν, ἀγαπητὲ, τ̃ ζυγὸν τοῦ Ἐχθροῦ, καὶ πᾶσαν τὴν ὑποφάνειαν αὐτ̃, καὶ ὑποτάξόν σου τ̃ αὐχένα ὑπὸ τ̃ ζυγὸν τοῦ γλυκέος Δεσπότου τοῦ Κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριςοῦ. Αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν· ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν, ὑψωθήσεται. Καὶ πάλιν· ὁ Θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν. Φοβηθῶμεν οὖν, ἀγαπητοὶ, μήποτε εἴπῃ καὶ πρὸς ἡμᾶς· ἠγάπησαν γὰρ τ̃ δόξαν τῶν ἀνθρώπων, ὑπὲρ τὴν Θεοῦ. ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

A & *gloriam*, *quæ a Deo est*, *non quæritis*? In te ergo descende, carissime, & mente causam revolve, quare vanæ huic vitæ, & Diabolo, ac superbiæ ipsius renunciaveris: & desine res mundanas sapere. An ignoras, quod, si proximum tuum depresseris, peccatum committas amoris proprii, & inanis erroris? Finge ergo te promotum esse, & primum ante fratrem constitutum, ac ad majora per contentionem B & ambitionem progressum, quodque fratri tuo submitti ac humiliari nolueris: numquid vana ista gloria præsentabit te Deo? Vide frater, ne forte, dum vis primus supra fratrem tuum esse, ibi minimus inveniaris in futuro seculo: tuncque audias quod audivit dives ille ambitiosus, qui uritur igne illo inextinguibili: *Recorda-* *Luc. 16.*
re, *quod receperis bona tua in vita tua*. Scriptum quippe est: *Quæ alta sunt in ho-* *Matth. 20.*

præcinge teipſum, & ne ſuccumbas cogitationibus. Audi dicentem: *Noli vinci a malo; ſed vince in bono malum*. Hei mihi peccatori, cariſſime. Tot ac tanta Dominus gloriæ pro nobis pertulit: quid poterimus ei æquivalens paſſionibus proferre, quas propter nos ſuſtinuit? Procidamus ergo coram ipſo tota mente, patientiam a bonitate ipſius depoſcentes. *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum*. Dixit quippe Salvator diſcipulis ſuis: *Vos contriſtabimini; ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Mulier quum parit, triſtitiam habet, quia venit hora ejus: quum autem peperit puerum, jam non meminit horæ illius propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum. Et vos tribulationem habebitis: iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet a vobis*. Et ſic confirmans fratrem verbo veritatis ſecundum donum gratiæ, uterque gratias agit Domino. Si porro etiam guſtare inter ſe cibum contigerit; omni cum honeſtate ac verecundia comedunt & bibunt, ob macerationem carnis, & ne inebrientur vino, in quo eſt luxuria. Facto ergo opere Domini, revertitur ad cellam ſuam, glorificans Deum ſuper converſione fratris. Quoniam Deo gloria in ſeculorum ſecula. Amen.

Rom. 12.

Act. 14.

Joan. 16.

QUOD OPORTET, FRATREM DUM LEGIT, ADVERTERE, AC STUDIOSE LEGERE, VELUT IN PRÆSENTIA DEI.

PARÆNESIS XXXIV.

CAriſſime, ſi onus legendi mandatum tibi fuerit in auribus fraternitatis; adverte diligenter, ubi qui auſpicatus eſt, finivit: & reſumtis verbis, lectionem incipe; ut ſit lectio inſtar catenæ ex auro contextæ. Nam qui verbum unum contemnit, & verſus perdit; hic neque diſcere vult ſicut oportet, neque eos edocere, qui attendunt: ſolum enim finem ſermonis expetit, & quando ad finem perducatur liber. Tu autem, cariſſime, ſobrius eſto ac vigilans; ut & tibi proſis per lectionem, ac iis, qui te auſcultant. Quod ſi repente im-

A φείζωσαι σεαυτὸν, ϛ μὴ συγκατάπιπτε τοῖς λογισμοῖς. Ἄκυε γὰρ λέγοντος· μὴ νικῶ ὑπὸ τοῦ κακοῦ, ἀλλὰ νίκα ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν. Οἰμοι τῷ ἁμαρτωλῷ, ἀγαπητέ· τοσαῦτα ὑπέμεινεν ὁ Κύριος τῆς δόξης ὑπὲρ ἡμῶν, τί δυνάμεθα ἀντάξιον προσφέρειν αὐτῷ ἀντὶ τῶν παθημάτων, ὧν ὑπέμεινε δι' ἡμᾶς; Προσπέσωμεν οὖν αὐτῷ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας, τὴν ὑπομονὴν αἰτούμενοι παρὰ τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ. διὰ πολλῶν θλίψεων δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Εἶπε γὰρ ὁ Σωτὴρ τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς· ὑμεῖς μὲν λυπηθήσεσθε, ἀλλ' ἡ λύπη ὑμῶν εἰς χαρὰν γενήσεται· ἡ γυνὴ ὅταν τίκτῃ, λύπην ἔχει, ὅτι ἦλθεν ἡ ὥρα αὐτῆς· ὅταν δὲ γεννηθῇ τὸ παιδίον, οὐκέτι μνημονεύει τῆς ὥρας ἐκείνης διὰ τὴν χαρὰν, ὅτι ἐγεννήθη ἄνθρωπος εἰς τὸν κόσμον. καὶ ὑμεῖς ἔξετε θλῖψιν· πάλιν δὲ ὄψομαι ὑμᾶς, καὶ χαρήσεται ὑμῶν ἡ καρδία, καὶ τὴν χαρὰν ὑμῶν οὐδεὶς ἄρει ἀφ' ὑμῶν. Καὶ σπείξας τὸν ἀδελφὸν λόγῳ ἀληθείας, κτᾶται τὴν δωρεὰν τοῦ χαίτος, ἀμφότεροι εὐχαριστοῦσι τῷ Κυρίῳ. Εἰ δὲ καὶ συμβῇ γενέσθαι μετ' ἀλλήλων, μετὰ πάσης σεμνότητος ἐσθίουσι καὶ πίνουσι, ἀφ' ὑπερπλασμὸν τῆς σαρκὸς, καὶ ἀφ' οὗ μὴ μεθύσκεται οἴνῳ, ἐν ᾧ ἐστιν ἀσωτία. Καὶ ποιήσας τὸ ἔργον τοῦ Κυρίου, ὑποστρέφει εἰς τὸ κελλίον ἑαυτοῦ, δοξάζων τὸν Θεὸν ἐπὶ τῇ μεταβολῇ τοῦ ἀδελφοῦ. ὅτι τῷ Θεῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

B

C

D

ΟΤΙ ΔΕΙ ΤΟΝ ΑΝΑΓΙΝΩΣΚΟΝΤΑ ΑΔΕΛΦΟΝ ΕΝΝΟΕΙΝ, ΚΑΙ ΦΙΛΟΠΟΝΩΣ ΑΝΑΓΙΝΩΣΚΕΙΝ, ΩΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΠΑΡΟΝΤΟΣ.

E

ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ ΛΔ.

ΑΓαπητὲ, ἐὰν προσαχθῇ σοι ἀναγνῶναι ἐν τοῖς ὠσὶ τῆς ἀδελφότητος, σημείωσαι μὲν ἀκριβείας, ποῦ τετέλεκεν ὁ ἐναρξάμενος· ϛ λαβὼν τὸν λέξιν, ἐνάρχου τῆς ἀναγνώσεως· ἵνα ᾖ ϛ ἡ ἀνάγνωσις, ὥσπερ σφαὶ καθυφασμένη χρυσίῳ. Ὁ γὰρ καταφρονῶν λόγου ἑνὸς, καὶ ἀπολύων τοὺς στίχους, ὅτος οὐδὲ μαθεῖν βούλεται, καθὼς χρὴ, οὐδὲ ἐκδιδάσκειν τοὺς προσέχοντας· μόνον γὰρ τὸ τέλος τοῦ λόγου διώκει, καί ποτε ἀποχῇ ἡ βίβλος. Σὺ δὲ, ἀγαπητὲ, νηφάλαιος γίνου, ὅπως ϛ σεαυτὸν ὠφελήσῃς, ἀφ' ὧν ἀναγνώσεως, ϛ τοὺς ἀκούοντάς σου· Ἐὰν ἀφνιδίως ἐπιταγῇ

F

im-

παγῆ ζοι ἀναγνῶναι, ἐκ δ' ἀριστερᾶς μέρους ἄρξαι δ ἀναγνώσεως. Εἰ δ' ἀρχή ἐστι λόγου, λέγε τὴν ἐπιγραφήν· οὕτω γὰρ γνωσθήσεται δ λεγόμενον. Εἰ δ' κέκτησαι βιβλίον δύσιχές, κτῆσαι αὐτό· μήποτε εὑρεθῇ ἐν αὐτῷ σκῶμμα τῷ ἀναγινώσκοντι, ἢ γράφοντι.

A imperetur tibi, ut legas, ex ſiniſtra parte lectionem aggredere. Si autem initium ſermonis ſit, dic titulum atque inſcriptionem: ſic enim quod legitur, intelligetur. Sin vero librum bene compunctum rectèque deſcriptum habes; poſſide ac tene eum, ne in ipſo offendiculum legenti reperiatur, aut exſcribenti.

ΠΕΡΙ ΠΑΡΘΕΝΙΑΣ ΚΑΙ ΣΩΦΡΟΣΥΝΗΣ.

ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ ΛΕ.

Τῷ ἀδελφῷ, ἢ τῇ ἀδελφῇ ἐνοβάλλει ὁ Πονηρὸς, λέγων· ἰδοὺ καθ' ἑκάστην ὥραν ἐνοχλῆσαί ἐστὶ σοι τὸ πορνείας· ἕως τίνος ἐνοφέρεις τὸν κόπον, καὶ μακροθυμεῖς; Ὁ ἀδελφὸς λέγει· ἕως οὗ ἐπίδῃ ὁ Κύριος τὴν ταπείνωσίν μου καὶ τὸν κόπον μου, καὶ ἀφήσῃ πάσας τὰς ἁμαρτίας μου. Ὁ Πονηρὸς λέγει· ἆρ' ἵνα μὴ πολεμηθῇς, τέλεσόν σου ἅπαξ τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ πάλιν μετανοῇς. Οὐδὲν γάρ ἐστι τὸ πρᾶγμα. Ὁ ἀδελφὸς λέγει· οὐ χρείαν ἔχω σοῦ μαθεῖν περὶ μετανοίας· ἐγὼ γὰρ ἐπίσταμαι, ὅτι μετάνοια κεῖται τῷ ἀνθρώπῳ, ἕως ἐσχάτης ἀναπνοῆς χάριτι τοῦ πολλὴ φιλανθρωπίαν τοῦ Θεοῦ. Περὶ οὗ σὺ εἶπας, ὅτι οὐδέν ἐστιν τὸ πρᾶγμα· ἐάνπερ ἐν τῷ μικρῷ τούτῳ ἀδόκιμος φανῶμαι ἔναντι τοῦ Θεοῦ μου, πόσῳ μᾶλλον ἀδόκιμος φανήσομαι, ἐάνπερ ἐπέλθῃ μοι μείζων τούτου πειρασμός; Ὁ Πονηρὸς λέγει· ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα οὐδέν ἐστιν, ὥστε καὶ πάλιν δεῖ σε μετανοεῖν. Ὁ ἀδελφὸς λέγει· καὶ τίς μοι λέγῃ, ὅτι ἐὰν φθείρω μου τὴν σάρκα, εὑρίσκω καιρὸν μετανοίας; καὶ οὐχὶ συνελκυσθῶ ἅμα τοῖς ἐργαζομένοις τὴν ἀνομίαν; σκιὰ γὰρ τυγχάνει ὁ βίος ἡμῶν ἐπὶ τῆς γῆς. Τί οὖν ἐν πολλῷ ἐστιν, ἐάνπερ λάβω μάχαιραν καὶ ἀνακείρω ἐμαυτόν. Ὁ Πονηρὸς λέγει· ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα τῆς ἐπιθυμίας οὐδέν ἐστι· μιᾶς γὰρ ὥρας ἐστὶ, καὶ εὐθὺς παρῆλθε τὸ πρᾶγμα. Ὁ ἀδελφὸς λέγει· ἄπαγε, ἐχθρὲ τῆς ζωῆς, καὶ Πολέμιε τῶν ψυχῶν, οἵα τιμὴ κεῖται παρὰ τῷ Θεῷ τοῖς δὲ μικρὸν τοῦτο, ὃ σὺ ἔφης, νικήσας δι' εὐσέβειαν· καὶ οἵα τιμωρία καὶ ἀτιμία κεῖται παρὰ τῷ Θεῷ τοῖς τῷ μικρῷ τούτῳ ἡττημένοις. Οἷος ὁ σώφρων Ἰωσήφ; οὐχὶ τὸ πάθος τοῦτο νικήσας, ἐγένετο καὶ γυνεὰν καὶ γυνεὰν ἐπαγνεῖται ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς; ὃ δὲ ὄνειδος τῆς Αἰγυπτίας ἀεὶ καταγελᾶται. Ὁμοίως δὲ καὶ ἡ μακαρία Σωσάννα ἐγκωμιάζεται ἐγγυνεὰν καὶ γυνεὰν, ἕως τοῦ αἰῶνος, τὴν ἐπιθυμίαν νικήσασα· οὐ γὰρ ἐν-

PARÆNESIS XXXV.

FRatri ſive ſorori ſuggerit dæmon improbus, dicens: ecce quotidie fornicationis ſtimulis concitaris: quouſque moleſtiam eam ſufferes, & patiens eris? Ad quem frater: quouſque, inquit, Dominus reſpexerit in humilitatem & laborem meum, remittatque univerſa peccata mea. Cui improbus dæmon: verum ut ab hujuſmodi pugna atque conflictu libereris, præſtiterit ſemel cupiditati ſatisfeciſſe, & mox reſipiſces: quum neque illud grave aut magni momenti ſit peccatum. Ad quæ frater: non indigeo abs te, ait, pœnitentiæ rationem edoceri. Certo enim novi, pœnitentiæ locum homini ex magna Dei benignitate ad ultimum uſque ſpiritum concedi. Quod vero leve hoc peccatum facis: quo pacto ergo, ſi in iſta re levi reprobus apparuero in conſpectu Dei mei, non magis inveniar reprobus, ſi me tentatio alia major invaſerit? At diabolus: nihil in eo mali eſt, inquit, & mox ad pœnitentiam reverti poteris. Cui frater: & quis me ſecurum de pœnitentiæ loco inveniendo reddet, ſi carnem meam corrupero; ac non potius me una cum operantibus iniquitatem raptum iri? Quandoquidem umbra eſt vita noſtra ſuper terram. Idem enim iſtud eſt, ac ſi arrepto gladio meipſum abſcinderem. Ad quæ improbus: at leve, inquit, eſt illud concupiſcentiæ peccatum, ad horam dumtaxat durans, & mox præteriens. Cui frater: audi vitæ hoſtis & animarum impugnator, quæ apud Deum iis propoſita ſint præmia, qui pie ac ſancte vivendo, breve hoc quod dicis, tempus tranſigunt: & contra, quæ eos ſupplicia atque dedecora apud Deum maneant, qui tam brevi temporis ſpatio ſe vinci ſinunt. Nonne caſtus ille Joſeph eo quod vitium iſtud ſuperavit, ab omnibus omnium ſeculorum hominibus in cœlo & in terra laudatur; contra autem Ægyptiæ illius dedecus perpetuo deridetur? Similiter autem & beata Suſanna, quod victrix illius concupiſcentiæ exſtiterit, ſempiternis apud omnes gentes præconiis celebratur: non enim

Job. 8. *Pſal.* 144.

Gen. 39.

ſuo lapſu confuſa eſt, neque comminationem mortis pertimeſcens, ſuam prodidit pudicitiam. Seniores vero illi, ac judices populi, qui gubernare populum videbantur, huic incontinentiæ vitio ſuccumbentes, lapidibus obruti, mortui ſunt, cum ſumma nomini ſuo ignominiæ nota inuſta, ac apud omnes etiam poſteros relicta. Neſcis, diabole, fera animantia, quæ carnibus veſci conſueverunt, difficilius ab ejuſmodi vitio poſſe removeri? Tu vero mihi perſuadere conaris, me, ſi ſemel carnis deſiderium perfecero, non amplius a carne tentatum

1. *Petr.* 5. iri. Dominus Deus, qui Spiritum ſuum ſanctum dedit hominibus, increpet te, qui, tamquam leo, mihi inſidiaris, quærens per peccatum meam devorare animam. Sed Salvator noſter Chriſtus id tibi nequaquam permittet: quia benignus eſt, ac potens, & miſericors. Subjicit improbus dæmon: res nullius prorſus momenti eſt iſta: quid ergo nunc affligeris? Crucior, inquit frater, quod homines fallas: amara ſiquidem tua eſt dulcedo: & dogmata tua profundæ malorum foveæ; & munera tua, morte atque perditione ſunt plena. Mihi etenim perſuadere vis, ut abjiciam gratiam

Epheſ. 4. Domini, & contriſtem Spiritum Sanctum, in quo ſignatus ſum in die redemtionis. Et ea in re dicis nihil eſſe mali, ſuggeriſque mihi, ut membra Chriſti faciam membra meretricis;

1. *Cor.* 6. unicoque temporis momento divitias perdam immortales. Quaſi etiam res nihili eſſet, ſanctificationem abjicere, ſine qua nemo Dominum videbit. Hæc igitur res nullius eſt momenti? Hortariſque me, ut irritem atque exacerbem Dominum, quo in die illa tremenda coram formidabili Dei tribunali conſtitutus, a juſto audiam Judice: ſerve nequam, & voluptatis potius quam Dei amator, polluiſti terram meam in immunditiis tuis & in peccatis tuis. Et dicis mihi, id nihil eſſe: quum

2. *Petr.* 2. ſcriptum ſit: *Qui etiam Angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus tenebrarum detractos in tartarum, tradidit cruciandos in judicium*. Et primævis mundi hominibus non pepercit, ſed octavum Noë juſtitiæ

Geneſ. 7. præconem cuſtodivit, diluvium mundo impiorum inducens. Et civitates Sodomo-

Geneſ. 19. rum & Gomorrhæ in cinerem redigens, everſione damnavit, exemplum eorum, qui impie acturi ſunt, ponens. Atque hanc tu rem levem facis? Ecquis unquam tibi morigerus, & peccatis mancipatus, in bonis dies ſuos tranſegit, ſempiternique regni

A ετράπη εἰς πῶσιν ἰδίαν, οὐδὲ ΗΝ ἀπειλὼ τῦ θανάτυ φοβηθεῖσα προέδωκε τὴν σωφροσώνην. οἱ πρεσβύτεροι Ϋ καὶ οἱ κριταὶ Ϋ λαῦ, οἱ ἐδόκουν κυβερνᾶν Τ λαὸν, τῷ πάθει τύτῳ ἡττηθέντες, λιθοβοληθέντες ἀπέθανον, ἅμα Ϋ καὶ κατέλιπον ἑαυτοῖς ὄνομα οὐκ ἀγαθὸν εἰς πάς ΜΥ ταῦτα χρεάς. Οὐκ οἶδας, Διάβολε, ὅτι ἐὰν ἐθίσῃ θηρίον σαρκοφαγεῖν, πωκνότερον ἀποκαθίσατα πρὸς τὸ πάθος. κ' σὺ ἐπιβάλλεις μοι, λέγων, ὅτι ἐὰν ποιήσῃς σε ἅπαξ ΝΥ ἐπιθυμίαν, οὐκέτι ἐνοχληθήσῃ. Κύριος ὁ Θεὸς ὁ δὸς ἀνθρώποις τὸ Πνεῦμα αὐτῦ τὸ ἅγιον, ἐπιτιμήσῃ σοι, ὅτι ἐνεδρεύεις, ὥσπερ λέων, ναπαπιεῖν ΝΥ τ ψυχήν μυ βυλόμενος, ἀφ' τ ἁμαρτίας. Ἀλλ' ὁ Σωτὴρ ἡμῶν Χριστὸς, ὃ μὴ δώσῃ σοι τόπον, ὅτι φιλάνθρωπος καὶ δικαίσης καὶ ἐλεήμων ὑπάρχων. Ὁ Πονηρὸς ὑποβάλλῃ· τὸ πρᾶγμά ἐστιν ὅλως οὐδέν, καὶ τί θλίβῃ ἄρτι; Ὁ ἀδελφὸς λέγει· θλίβομαι ὅτι ἀπατᾷς τὺς ἀνθρώπυς· τὸ γὰρ γλυκύ συ, πικρόν ἐστι· καὶ τὸ δόγμα συ, βόθυνός ἐστι κακῦ· κ' τὰ χαρίσματά συ, θανάτυ καὶ ἀπωλείας πεπλήρωνται. ὅτι ὑποβάλλεις μοι ἀθετῆσαι Τ χάριν Τ Κυρίυ, καὶ λυπῆσαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐν ᾧ ἐσφραγίσθω εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως· καὶ λέγεις μοι; οὐδέν ἐστι τὸ πρᾶγμα, κ' ὑποβάλλεις μοι, ὅπως τὰ μέλη Τ Χριστῦ ποιήσω πόρνης μέλη; καὶ ὑποβάλλεις μοι, ἵνα ἐν μιᾷ ῥοπῇ ἀπολέσω πλῆθος ἀθανάτων· κ' λέγεις μοι Τ ἁγιασμὸν ἀθετῆσαι, ὃ χρεὶς οὐδεὶς ὄψεται Τ Κύριον; Οὐδέν ἐστι τὸ πρᾶγμα; καὶ ὑποβάλλεις μοι πορνίσαι Τ Κύριον, ὅπως ἀκύσω ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τῇ φοβερᾷ, ἔμπροσθεν Τ φοβερῦ βήματος Τ Θεῦ, πρὸς Τ δικαίυ κριτῦ, Δῦλε πονηρὲ, καὶ φιλήδονε μᾶλλον ἢ φιλόθεε, ἐμόλυνάς μυ Τ γῆν ἐν τοῖς μιάσμασί συ κ' ἐν ταῖς ἁμαρτίαις συ. κ' λέγεις μοι, οὐδέν ἐστι τὸ πρᾶγμα. καθὼς γέγραπται, ὃς καὶ ἀγγέλων ἁμαρτησάντων οὐκ ἐφείσατο, ἀλλὰ σειραῖς ζόφυ ταρταρώσας, παρέδωκεν εἰς κρίσιν μεγάλης ἡμέρας κολαζομένυς τηρεῖν· καὶ ἀρχαίυ κόσμυ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὄγδοον Νῶε, δικαιοσύνης κήρυκα, ἐφύλαξε, κατακλυσμὸν κόσμῳ ἀσεβῶν ἐπάξας· καὶ πόλεις ἀσεβῶν Σοδόμων καὶ Γομόρρας τεφρώσας, καταστροφῇ κατέκρινεν, ὑπόδειγμα μελλόντων ἀσεβεῖν τεθεικώς. Καὶ λέγεις μοι, οὐδέν ἐστι τὸ πρᾶγμα; Τίς Ϋ ὑπήκοός σοι γενόμενος, καὶ δυλωθεὶς τῇ ἁμαρτίᾳ, δίηξεν ἐν ἀγαθοῖς τὰς ἡμέρας αὐτῦ, κληρονομήσας Τ ἀτελεύτητον βασι-

βασιλείαν; Ὁ δὲ ἀκολουθῶν τῇ ὁδῷ τοῦ Χριστοῦ, πάντοτε χαίρει καὶ ἀγάλλεται ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, προσδεχόμενος τὴν μακαρίαν ἐλπίδα τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Οἶδα ὅτι ἐὰν νικήσῃς, οὐκ ἐντραπήσομαι τὴν λύπην· καὶ σὺ μὲν ἀπελθὼν διαγγελιοῦμαι τῷ πατρί σου τῷ Σατανᾷ, συγχαίρων τῷ ἐμῷ πνεύματι. Ἐγὼ δὲ ἀισχυνθήσομαι ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἐάνπερ τοῦτο πράξω. Κρεῖσσον οὖν μοί ἐστιν, ἵνα σὺ ἐνυβρίζῃς, ὥσπερ κύων, ἢ ἵνα γελάσῃς κατ' ἐμοῦ τοῦτον τὸν γέλωτα. Θαυμάζω δέ ἐπί σοι, Διάβολε, ὅτι μηχανᾶσαι τοὺς ἀνθρώπους προσκείμενον τὴν μικρὰν ἡδονὴν ταύτην, τῆς αἰωνίου ζωῆς. Κύριος, ἰσχὺς ἡμῶν, καὶ βοηθὸς ἡμῶν. Κύριος, καταφυγὴ ἡμῶν, καὶ ἀντιλήπτωρ. Κύριος, ὑπερασπιστὴς ἡμῶν, καὶ οὐ φοβηθησόμεθά σε.

Ἀγωνίζου τοίνυν, ἀγαπητέ. προφέρε κατ' αὐτοῦ τὸν φόβον τῆς Γεέννης, καὶ τὴν πικρότητα τῶν βασάνων, ὅπως μὴ ἐξαπατήσῃ σε τῇ πανουργίᾳ αὐτοῦ. Ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τις· καὶ πόθεν γνώσομαι τὸν φόβον τῆς Γεέννης; Ἀνθρώπινον λέγω. Οὐκ εἰσῆλθες εἰς βαλανεῖόν ποτε; οὐχ ἑώρακας ἄνδρας ἐκεῖ λελυμένους ἐν τῇ θύρᾳ, καὶ εἰς τὴν νεράν βαλομένους; Ἐν ἐκείνῃ δὲ τῇ φλογὶ τῇ μελλούσῃ παραδέχεσθαι τοὺς ἁμαρτωλούς, ὅταν νεροφόρος παρέλθῃ· ὅταν θύρα καὶ ἔκβασις ὑπάρχῃ, ὅταν φέγγος, ὅταν ἄνεμος δροσίζων. ὅταν ἐάν βοήσῃ τις μεγάλῃ τῇ φωνῇ φλογιζόμενος, ἐστὶν ὁ βοηθῶν ἢ παρακαλῶν, ἐάνπερ καταδικασθῇ ὑπὲρ τὰς ἰδίας πράξεις. Γέγραπται γάρ, Ἡ κρίσις ἀνίλεως τῷ μὴ ποιήσαντι ἔλεος· καὶ οὐκ ἔστι χαίρειν τοῖς ἀσεβέσιν. Οὐχὶ ἑώρακας καὶ αὐτὴν τὴν κάμινον τὴν ὑποκαύσασαν τὰ βαλανεῖα; Ἐν ἐκείνῳ δὲ τῷ πυρὶ, ἀντὶ ξύλων καὶ παπύρου καὶ καλάμων, ἀσεβεῖς καὶ ἁμαρτωλοὶ καταναλίσκονται θείῳ πυρί. αἱ ἁμαρτίαι αὐτῶν ἀναβαίνουσι κατ' αὐτῶν, καὶ σφοδροτέραν τὴν φλόγα κατ' αὐτῶν ἀπεργάζονται. Γέγραπται γάρ, Ὀργὴ καὶ θυμὸς, θλῖψις καὶ στενοχωρία, ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν ἀνθρώπου τοῦ κατεργαζομένου τὸ κακόν, Ἰουδαίου τε πρῶτον, καὶ Ἕλληνος. δόξα δὲ καὶ τιμὴ καὶ εἰρήνη παντὶ τῷ ἐργαζομένῳ τὸ ἀγαθὸν, Ἰουδαίῳ τε πρῶτον, καὶ Ἕλληνι· οὐ γάρ ἐστι προσωπολημψία παρὰ τῷ Θεῷ. Διὸ, ἀγαπητοὶ, νήφωμεν πρὸς Κύριον ἐν προσευχαῖς καὶ ἐν ἐλεημοσύναις μετὰ πάσης ταπεινοφροσύνης, ὡς ἔτι ἔχομεν καιρὸν, ἵνα ῥυσθῶμεν ἐκ τῶν προειρημένων κακῶν. Θέλει γὰρ ὁ Κύριος πάντα ἡμᾶς σωθῆναι, μᾶλλον τὴν πολλὴν αὐτοῦ ἀγαθότητα.

A regni hæres evaſit? Qui vero Chriſti viam ſectatur, ſemper gaudet atque exultat in Spiritu Sancto, exſpectans beatam ſpem magni Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Novi equidem, ſi abs te victus fuero, triſtitia me affectum iri, teque mea geſtientem ruina, ad patrem tuum Satanam cum læto hoc nuncio abiturum. Interim ego in cœlis, id ſi commiſero, pudore ſuffundar. Quare B ſatius mihi fuerit, te, canis inſtar, mihi adlatrare, quam in hoc me abs te irrideri atque ſubſannari. Miror autem de te, diabole, quod hominibus perſuadere conaris, ut momentaneam hanc voluptatem vitæ æternæ præferant. Dominus fortitudo noſtra & adjutor noſter: Dominus refugium noſtrum, & ſuſceptor: Dominus protector noſter, & non timebimus te.

C Strenue igitur decerta cariſſime: Gehennæ timorem & ſuppliciorum amaritudinem adverſus ipſum tibi propone, ne te ſua aſtutia decipiat. Sed dixerit fortaſſe quiſpiam: & unde Gehennæ timorem addiſcere potero? Humanum dicam. Numquid aliquando ingreſſus es balneum? Numquid ibi adſpexiſti homines nimio ſolutos calore ad frigidam transferri aquam? Verum in illa flamma, quæ D peccatores excipiet, nullus dabitur frigidæ aquæ locus: nullæ ibi erunt fores, nullus exitus, nullus ſplendor; nulluſque illic ventus irrorabit: neque ſi quis magna voce exclamaverit, præſto erit qui adjuvet, conſoleturve ipſum, ſi propter opera ſua condemnatus fuerit. Scriptum eſt enim: *Judicium ſine miſericordia illi* Jacob. 2. *qui non facit miſericordiam, & non eſt gaudium impiis*. An non ipſam quoque vidiſti fornacem, qua calefit balneum? In E illo autem igne, loco lignorum, papyri, & ſtipularum, impii ac peccatores divino igne comburuntur: & ipſorum peccata in ipſos exeunt, ac vehementiorem in ipſos flammam accendunt. Quoniam ſcriptum eſt: *Ira, & indignatio, tribulatio &* Rom. 2. *angustia in omnem animam hominis operantis malum, Judæi primum & Græci: gloria autem, & honor, & pax, omni operanti bonum, Judæo primum & Græco. Non enim eſt acceptio perſonarum apud Deum*. Quamobrem F vigilemus ad Dominum, cariſſimi, in orationibus & eleemosynis cum omni humilitate, donec tempus nobis reliquum fuerit, ut a malis, quæ diximus, liberemur. Vult enim Dominus nos 1. Timoth. 2. omnes ſalvos fieri pro magna bonita-

te ſua. Quoniam ipſi gloria in ſecula. Amen.

τα. ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τὺς αἰῶνας. ἀμήν.

De Castitate.

PARÆNESIS XXXVI.

CAſtitatem, dilecte frater, palmæ ſimilem exiſtima. Siquidem palma, corde quum ſit albicante, circumcirca ſcatet ſurculis & aculeis, quibus ejus candor muniatur. Oportet igitur erga quoſcumque homines exhibere caritatis officia ex puro corde, maxime autem in domeſticos fidei: in eos vero, qui adverſantur, & voluptatibus indulgent, ita ſeveritas ac triſtitia noſtra temperanda ſit, ut in ea interim ſcientiam cum temperantia ac pace conſervemus: quum dicat Apoſtolus: *Servum autem Domini non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes, docibilem, patientem, cum manſuetudine corripientem eos, qui reſiſtunt veritati: ne quando Deus det illis pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem, & reſipiſcant a diaboli laqueis, a quo captivi tenentur ad ipſius voluntatem.* O caſtitas, cui abominationi ſunt deliciæ, luxus, venuſtas corporis, & ornatus veſtium. O caſtitas, dapibus atque epulis, ebrietatique inimica. O caſtitas, oculorum fræ-num, quæ è tenebris ad lucem totum corpus transfers. O caſtitas, quæ carnem caſtigas & in ſervitutem redigis, ac cœleſtia celeriter percurris. O caſtitas, mater dilectionis, & angelicæ vitæ ratio. O caſtitas, quæ mundo es corde, ac dulci gutture, hilarique ac ſplendenti aſpectu. O caſtitas, quæ Dei amicum ita exaltaſti in terra aliena, ut & eos qui ipſum emerant, redimeret. O caſtitas, donum Dei, benignitatis, diſciplinæ atque ſcientiæ plena. O caſtitas, portus tranquillus in ſumma pace ac ſecuritate conſtitutus. O caſtitas, quæ cor poſſidentis te lætificas, & animæ ad cœleſtia alas adjungis. O caſtitas, quæ ſpiritale gaudium paris, & mœrorem aufers. O caſtitas, quæ malum odio habes, & bono adhæres. O caſtitas, quæ paſſiones minuis, & animum a perturbationibus liberum reddis. O caſtitas, quæ juſtos illuminas, & diabolo tenebras offundis, celerique curſu ad bravium ſupernæ vocationis in Chriſto contendis. O caſtitas, quæ pigritiam depellis, & patientiam affers. O caſtitas, onus leve, quod in aquis non

Galat. 6.

2. Tim. 2.

ΠΕΡΙ ΑΓΝΕΙΑΣ.

ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ Λς.

ΠΑρείκαζε τῇ ἁγνείαν, ἀγαπητὲ ἀδελφὲ, τῷ φοίνικι. Ὁ γὰρ φοῖνιξ τὴν μὲν καρδίαν λευκὴν ἔχει, πέριξ δὲ σκολόπων γέμει, τὺς περικυκλῶντας τὰς λευκάδας αὐτοῦ. Χρὴ οὖν πρὸς πάντας ἀνθρώπους κεκτῆσθαι ἀγάπην ἐκ καθαρᾶς καρδίας, μάλιστα δὲ πρὸς τὺς οἰκείους δὲ πίστεως· πρὸς δὲ τὺς ὑπεναντίους καὶ φιλησόνους ἀνθρώπους ςυφνότητα κατέχειν· ἐν ᾗ τῇ ςυφνότητι, τὴν γνῶσιν, καὶ τὴν σωφροσύνην, καὶ τὴν εἰρήνην. Διὰ τὸ λέγοντα Ἀπόςολον· Δοῦλον δὲ Κυρίου δεῖ μάχεσθαι, ἀλλ' ἤπιον εἶναι πρὸς πάντας, διδακτικὸν, ἀνεξίκακον, ἐν πραΰτητι παιδεύοντα τὺς ἀντιδιατιθεμένους· μήποτε δῴη αὐτοῖς ὁ Θεὸς μετάνοιαν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, καὶ ἀνανήψωσιν ἐκ τῆς τοῦ Διαβόλου παγίδος, ἐζωγρημένοι ὑπ' αὐτοῦ εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα. Ὦ ἁγνεία, ἡ βδελυσσομένη τρυφὴν, καὶ σπάλλω, καὶ φιλοκαλίαν σώματος, καὶ ἱματίων καλλωπισμόν. Ὦ ἁγνεία, μισήτεια πολυτελῶν βρωμάτων, καὶ μέθης ἀποσοβοῦσα. Ὦ ἁγνεία, χαλίνωμα ὀφθαλμῶν, καὶ ὅλον τὸ σῶμα μεταγωγὸν ἀπὸ σκότους εἰς φῶς. Ὦ ἁγνεία, τὴν σάρκα ἱππιάζουσα, καὶ δουλαγωγοῦσα, καὶ πρὸς τὰ ὑράνια ὀξυδορκοῦσα. Ὦ ἁγνεία, γυμνήτειρα ἀγάπης, καὶ ἀγγέλων πολίτευμα. Ὦ ἁγνεία, ἡ τὴν καρδίαν καθαρὰν ἔχουσα, καὶ λάρυγξ γλυκὺς, καὶ φαιδρὸν πρόσωπον. Ὦ ἁγνεία, ἡ τὸ φιλόθεον ὑφώσασα ἐν γῇ ἀλλοτείᾳ, ὥςε καὶ τὺς ὠνησαμένους αὐτὸν ἐξαγοράζειν. Ὦ ἁγνεία, Θεοῦ δῶρον, πλήρης χρηςότητος καὶ παιδείας καὶ γνώσεως. Ὦ ἁγνεία, λιμὴν ἀκύμαντος, πλήρης εἰρήνης καὶ καταςάσεως. Ὦ ἁγνεία, ἡ χαροποιοῦσα τὴν καρδίαν τοῦ κεκτημένου αὐτὴν, καὶ τὸ ψυχὸν πτεροφυοῦσα εἰς τὰ ὑράνια. Ὦ ἁγνεία, ἡ χαρὰν πνευματικὴν χέουσα, καὶ λύπην φονοκτονοῦσα. Ὦ ἁγνεία, ἡ ἀποφυγοῦσα τὸ πονηρὸν, κολλωμένη δὲ τῷ ἀγαθῷ. Ὦ ἁγνεία, ἡ πάθη μειοῦσα, καὶ ἀπάθειαν ἀπεργαζομένη. Ὦ ἁγνεία, ἡ δικαίους φωτίζουσα, καὶ τὸν Διάβολον σκοτίζουσα, καὶ ὀξυδρομοῦσα πρὸς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως ἐν Χριςῷ. Ὦ ἁγνεία, ἡ τὴν ἀκηδίαν ἀπελαύνουσα, καὶ τὴν ὑπομονὴν ἐμποιοῦσα. Ὦ ἁγνεία, φορτίον ἐλαφρὸν, ὑπὸ ὑδάτων

μὴ

μὴ καταποντιζόμενον, ϗ πλοῦτος αἰώνιος κεκρυμμένος ἐν ψυχῇ ἀνθρώπῳ φιλοχρίστῳ, ὃν εὑρήσει ὁ τοῦτον κεκτημένος, ἐν καιρῷ τ χρείας. Ω ἁγνεία, κτῆμα καλὸν, ὑπὸ θηρίων μὴ λυμαινόμενον, καὶ ὑπὸ πυρὸς μὴ καταναλισκόμενον. Ω ἁγνεία, ἡ ἐν χερσὶ πλοῦτον ἀμεταμέλητον κατέχουσα, ϗ ὀλιγωρίαν ἀπελαύνουσα. Ω ἁγνεία, ἅρμα πνευματικὸν, καὶ τ κεκτημένον ἀνάγουσα εἰς ὕψος. Ω ἁγνεία, ἡ καταλύουσα ἐν ψυχαῖς θηρίων καὶ ταπεινῶν, ϗ τ Θεῷ ἀνθρώπους ἐργαζομένη. Ω ἁγνεία, ἡ ἀνθοῦσα, ὡς ῥόδον, ἀνὰ μέσον ψυχῆς καὶ σώματος, καὶ ὅλον τ οἶκον πληροῦσα εὐωδίας. Ω ἁγνεία, πρόδρομε καὶ σύνοικε τ ἁγίου Πνεύματος. Ω ἁγνεία, ἡ Θεὸν δυσωπῶσα, καὶ τὰς ἐπαγγελίας αὐτοῦ κομιζομένη, ϗ πρὸς πάντας ἀνθρώπους χάριν εὑρίσκουσα. Ταύτην ἠγάπησαν οἱ ἅγιοι. Ταύτην ἠσπάσπησεν ὁ ἅγιος Ἰωάννης ὁ Εὐαγγελιστὴς, ϗ ταύτην ἀσπάσας ἠξιώθη ἐπὶ τ στήθους ἀνακλιθῆναι τ Κυρίου τ δόξης. Ω ἁγνεία, ἡ οὐ μόνον ἐν τοῖς ἀειπαρθένοις κεκτημένη τὰ βραβεῖα, ἀλλὰ ϗ ἐν τοῖς γάμοις. Ταύτην οὖν ϗ ἡμεῖς ἀγαπήσωμεν, πάντες εὐλογημένοι τοῦ Σωτῆρος ἐν ὅλῃ καρδίᾳ, ὅπως χαροποιήσωμεν τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ τὸ ἐνοικοῦν ἐν ἡμῖν. ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

A non ſubmergitur, æternæque divitiæ in anima hominis Chriſtum amantis reconditæ, quas qui poſſederit, in tempore neceſſitatis inveniet. O caſtitas pulchra poſſeſſio, quæ a feris non vaſtatur, & ab igne non comburitur. O caſtitas, quæ in manibus haud pœnitendas contines divitias, deſidiamque fugas. O caſtitas, currus ſpiritalis, poſſeſſorem ſuum in ſublime evehens. O caſtitas, quæ in manſuetorum & humilium animis habitas, hominesque divinos efficis. O caſtitas, quæ roſæ inſtar, in medio animæ & corporis flores, univerſamque domum odoris fragrantia reples. O caſtitas, præcurſor, atque cohabitator Spiritus Sancti. O caſtitas, quæ Deum placas, ejuſque promiſſa perfers, & apud quoſcumque homines gratiam invenis. Hanc Sancti amarunt: hanc Sanctus Joannes Euangeliſta amplexus eſt, amplectendoque ſuper pectus Domini gloriæ recumbere meruit. O caſtitas, quæ non a ſemper virginibus ſolum, ſed & ab iis qui nupſere, poſſideris atque excoleris. Hanc ergo nos quoque ſervi benedicti Salvatoris toto corde diligamus, ut inhabitantem Spiritum Dei in nobis lætificemus: cui gloria in ſecula. Amen. *Joa.13.21.*

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΜΗ ΡΕΜΒΕΣΘΑΙ ΤΟΥΣ ΟΦΘΑΛΜΟΥΣ ΩΔΕ ΚΑΚΕΙΣΕ, ΑΛΛΑ ΜΑΛΛΟΝ ΚΑΤΩ ΕΧΕΙΝ ΤΟ ΒΛΕΜΜΑ, ΑΝΩ ΔΕ ΤΗΝ ΨΥΧΗΝ ΠΡΟΣ ΚΥΡΙΟΝ· ΚΑΙ ΕΝ ΤΙΝΙ ΚΑΤΗΡΓΗΤΑΙ Ο ΔΑΙΜΩΝ ΤΗΣ ΠΟΡΝΕΙΑΣ.

ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ ΛΖ.

Οὐ μόνον δι' ἀποχῆς βρωμάτων, ἀλλὰ ϗ διὰ τὸ ἀπέχεσθαι τὰς ὀφθαλμὰς τοῦ μὴ ἰδεῖν ματαιότητα. Ἐν γὰρ τῷ διαφόρῳ ὀφθαλμῷ τυγχάνει ἡ μοιχεία· ἣν ὁ Κύριος διεμαρτύρατο. ἀμὴν, λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ ἐμβλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. Ταύτην τ μοιχείαν ἐκκεντεῖ ὁ κάτω ἔχων τὸ ὄμμα, τ ὃ ψυχὴν πρὸς Κύριον. ϗ ὁ κρατήσας γαστρὸς, ἐπεκράτησε βλέμματος. Δεινὸς γὰρ ὑπάρχει πορθητὴς, ὁ ὀφθαλμὸς ὁ μετέωρος. Τὰ γὰρ λοιπὰ πάθη πρόσφατον ἔχει τ σκιρτῆσαι τοῦ πειρασμοῦ· ὁ δὲ τοῦ βλέμματος πόλεμος, ϗ

NON DEBERE NOS HUC ILLUCQUE OCULOS RETORQUERE; SED POTIUS DEORSUM ASPECTUM HABERE, SURSUM VERO ANIMAM AD DOMINUM. ET IN QUONAM FORNICATIONIS DÆMON FUNDITUS PROFLIGATUR?

PARÆNESIS XXXVII.

NOn ſolum per abſtinentiam a cibis; verum etiam ut oculos avertamus, ne videant vanitatem. Nam in oculo vago atque diſtracto adulterium conſiſtit: quod & Dominus teſtificabatur, dicens: *Amen dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, jam mœchatus eſt eam in corde ſuo.* Hanc fornicationem eradicat atque evellit qui oculos deorſum deprimit, ſurſum autem mentem ad Dominum attollit: & qui ventrem domat, aſpectum quoque cohibet. Gravis enim ac vehemens eſt proditor, oculus vagus atque diſtractus; nam cæteræ affectiones atque perturbationes animi, recentem habent tentationis ardorem: bellum autem *Pſal.119.* *Matth.5.*

oculorum, & præſens, & abſens, dolore affligit animam, prava concupiſcentia inflammans mentem. Exempli gratia, cariſſimi. Audivit quis ſuavem muſicorum concentum, & præteriit: poſtea luctus vocem audivit; & planctus dulcem muſicorum concentum depulit. Similiter guſtavit quis mel; poſtea vero aliquid etiam amariſſimarum deguſtavit ſpecierum: & amaritudo, mellis dulcedinem ex gutture rejecit. Idem de odoratu dicendum. Odoratus eſt quis ſuaviſſimum aliquid: deinde etiam aliquid peſſimi odoris olfecit: & fœtor gratum olfactus odorem expulit. Et rurſus, tetigit quis aquam frigidam, ac poſtea ebullientem tetigit: & fervor calidæ, frigiditatem aquæ repreſſit. Cæterum vagi atque diſtracti oculi bellum, & præſente & abſente materia, comburit mentem per concupiſcentiam. Quin etiam in ſomnis corda imaginationibus illudit: nam dæmones tentationem in mente deſcribunt, animumque exercent, efformantes tentationem in oculis hominis. Pro quo & Pro-

Pſal. 119. pheta obſecrat, dicens: *Averte oculos meos, ne videant vanitatem*. Effrænata namque concupiſcentiæ cogitatio mentem etiam puram ac ſimplicem transfert atque immutat. Nam in oculorum conflictu, dæmonum inſidiæ latent, niſi præciderit qui aſpectu ſuperatus eſt. Quando ergo efformare tentationem dæmon inceperit, & in mente tua depingere pulchritudinem mulieris, quam aliquando conſpexiſti, vel quid ſimilium; in medium tibi adducito timorem Dei, & memineris illorum, qui in ſepulcris dormiunt. Cogita diem tui hinc exitus, quando anima tua ſeparanda erit a corpore. Conſidera formidandam atque tremendam vocem, quam audituri ſunt qui juſtitiam neglexerint, & Chriſti præcepta

Matth.25. non ſervaverint: *Diſcedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & Angelis ejus, ubi erit fletus & ſtridor dentium, in tenebras exteriores*. Conſidera vermem non dormientem, & tormentum non ceſſaturum. Horum reminiſcaris, iſta animo tecum perpende; & exterminabitur e mente tua concupiſcentia voluptatis carnalis, ſicut diſſolvitur cera a facie ignis. Non enim accelerant ut reſiſtant timori Domini. Quicumque enim pravæ concupiſcentiæ non reſiſtit, ſed evacillat, laſcive oculos ſuos dimittens; prorſus & mentem ad paſſiones ejuſmodi inclinavit: & niſi ob verecundiam omiſiſſet humanam, ſæpe etiam corpus corrupiſſet. Si ergo non ſe ſobrium ac vigilantem talis præbuerit, timoremque Domini præ

A ς παρὼν, ς ἀπὼν, ὀδωᾷ τ̃ ψυχὴν, τῇ ἐπιθυμίᾳ καταφλέγων τ̃ νο῀ν. Οἷόν τι λέγω, ἀγαπητοί. Ἤκουσέ τις ἡδυφωνίαν μουσικῆς, ς παρῆλθεν· ἔπειτα ἤκουσε φωνὴν πένθους. ς ὁ θρῆνος ἀπέκρουσε τ̃ ἡδυφωνίαν τῆς μουσικῆς. Ὁμοίως ὃ ἐγεύσατο μέλιτος· ἔπειτα ὃ ἐγεύσατό τι τῶν πικροτάτων εἰδῶν. καὶ ἡ πικρότης ἀπέκρυσε τὴν ἡδύτητα τοῦ μέλιτος ἐκ τοῦ φάρυγγος.
B Εἶτα καὶ ἡ ὄσφρησις. Ὠσφρήσατό τις ἡδυπάτου τινός· ἔπειτα ὠσφρήσατο ς δυσωδίας. ς ἡ δυσωδία ἀπέσβεσε τὴν ἡδύτητα τ ὀσφρήσεως. Εἶτα πάλιν ἥψατό τις ὕδατος ψυχροῦ· ἔπειτα ἥψατο βρύζοντος. ς ἡ ζέσις τ θερμοῦ ἤμβλυνε τὴν ψυχρότητα τ ὕδατος. ὁ τ μετεώρου ὀφθαλμῶ πόλεμος, καὶ πρόσοψις τ ὕλης, ς ἀπόσοψις, καταφλέγῃ τ̃ νο῀ν τῇ ἐπιθυμίᾳ. Ἀλλά γε ς ἐν
C ὑπνίοις φαντάζει τὴν καρδίαν. οἱ γὰρ Δαίμονες ἀγγράφουσι τ̃ πειρασμὸν ἐν τῇ ἀγνοίᾳ, ς ἀχολοῦσι τ̃ νο῀ν, μορφοῦντες τ̃ πειρασμὸν ἐν ὀφθαλμοῖς τ ἀνθρώπου. Ὑπὲρ ου ὁ προφήτης ᾠδὴν καλεῖ, λέγων· ἀπόστρεψον τοὺς ὀφθαλμούς μου, τοῦ μὴ ἰδεῖν ματαιότητα. Ῥεμβασμὸς γὰρ ἐπιθυμίας μεταλύει νο῀ν ἄκακον· ἐν ᾧ τῇ ἥτῃ τῶν ὀφθαλμῶν, ἕνεδρα Δαιμόνων τυγχάνει· ἐάνπερ μὴ ἐκκόψῃ ὁ ἡττηθεὶς τοῦ βλέμματος. Ὅταν
D οὖν ἄρχεται ὁ Δαίμων μορφοῦν τ̃ πειρασμὸν, ς ἀγγράφειν ἐν τῇ ἀγνοίᾳ σου κάλλος γυναικὸς, ης ποτε ἐθεάσω, ἤ τι τῶν ὁμοίων· ἄγαγε εἰς μέσον σοι τ̃ φόβον τ θεοῦ, ς μνήσθητι τῶν ἐν τοῖς τάφοις καθευδόντων. Ἀναλόγισαι τ̃ ἡμέραν τ ἐξόδου σου, ὅταν μέλλῃ ἡ ψυχή σου χωρισθῆναι ἐκ τ σώματος. Ἐννόησον τ̃ φοβερὰν ς φρικώδη φωνὴν, ἣν ἀκούσουσιν οἱ τ δικαίου ἀμελήσαντες, ς τὰς ἐντολὰς τ Χριστοῦ μὴ τηρήσαντες. Ἀποχωρεῖτε ἀπ ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ Διαβόλῳ ς τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, ὅπου ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ
E βρυγμὸς τῶν ὀδόντων, εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον. Ἐννόησον τ̃ σκώληκα τ̃ ἀκοίμητον, καὶ τὸν ἀτελεύτητον βάσανον. ταῦτα ἀναλόγισαι, καὶ μνήσθητι, καὶ ἀφανισθήσεται ἡ ἐπιθυμία τῆς ἡδονῆς ἐκ τῆς ἀγνοίας σου, ὡς ἀφανίζεται κηρὸς ἀπὸ προσώπου πυρός. ὃ γὰρ παχύνουσιν ἀντιστῆναι τῷ φόβῳ τ θεοῦ. ὅστις γὰρ οὐκ ἀνθίσαται τῇ ἐπιθυμίᾳ, ἀλλὰ ῥέμβεσθαι ἀπολάσως τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ἀπολύων, πάντως ὅ, τε ς ἀγνοιαν πρὸς τὰ
F πάθη ἐξέκλινε. ς, εἰ μὴ δι αἰχύνην ἀνθρωπίνην, πολλάκις ς τὸ σῶμα διέφθειρεν. Ἐὰν οὖν μὴ νήψῃ ὁ τοιοῦτος, ς τ̃ φόβον τοῦ θεοῦ

θήσῃ

θήσῃ ϖρὸ ὀφθαλμῶν αὐτῦ, ὁ χρονιεῖ καὶ τὸ σῶμα ἀφθεῖραι. Τούτῳ γὰρ τῷ Δαίμονι, τῷ ὑποβάλλοντι ῥέμβεσθαι τὰς ὀφθαλμούς, ἕτερος Δαίμων ϖαρακολουθεῖ ὁ φυσικῶς σαρκὶ κατεργαζόμενος τὴν ἁμαρτίαν. Ἐὰν γὰρ θεάσηται ὁ δεύτερος τὸν ϖρῶτον, ὅτι κατίσχυσε μετεωρῆσαι τὴν ψυχὴν ϖρὸς τὸ ῥέμβεσθαι, εὐθὺς ἄρχεται καὶ τὴν ἁμαρτίαν καὶ σαρκὶ κατεργάζεσθαι συμβουλεύειν. Ἄρχεται γὰρ τοιοῦτό τι ὑποβάλλειν, καὶ λέγειν ϖρὸς πεπηρωμένον τῷ ὄμματι. καί φησιν· ἰδοὺ τῇ ϖροθέσει ἥμαρτες, καὶ τῇ καρδίᾳ ἐμοίχευσας. ἤδη καὶ τὴν ἐντολὴν ὑπέπεσας, καὶ ἡ ἁμαρτία τὴν ϖαράβασίν σου τὴν ἐντολὴν ἐγράφη σοι ἤδη. Νῦν οὖν ἐπιτέλεσόν σου τὴν ἐπιθυμίαν. Τὸ αὐτὸ γάρ ἐστι καὶ τὸ ϖράττειν ἢ τὸ ἐνθυμεῖσθαι. Ἀπόλαβε οὖν τὴν ἑαυτοῦ ἐπιθυμίας. Σὺ οὖν μὴ ϖειθῇς ταῖς ἐπινοίαις αὐτοῦ. Τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος· ὁ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν. ἐν τούτοις γὰρ θηρεύειν τὴν ψυχήν σου βούλεται. Ἄκουε οὖ καὶ ϖαραβολὴν ϖερὶ τούτου· Νεανίσκος ἦς ἦν ἔν τινι χώρᾳ, καὶ ἠρμόσατο ἑαυτῷ τρεῖς ϖαρθένους· καὶ ἀπεδήμησεν εἰς χώραν μακράν. χρονίσαντος οὖ αὐτοῦ, ἡ μία ϖαρθένος εἴληφεν ἑαυτῇ ἄνδρα. ἡ οὖ δευτέρα κατελθοῦσα, ϖεπόρνευκε, καὶ ἔγκυος γέγονεν· ἡ οὖ ἄλλη ϖαρθένος ἐν ἑαυτῇ εἶπεν· εἰ μὴ ὅτι τοὺς ἀνθρώπους αἰσχύνομαι, ἐπεὶ κἀγὼ εἰλήφειν ἐμαυτῇ ἄνδρα. Καὶ ἤρξατο ἡ ϖαρθένος ἐν τοῖς τοιούτοις λογισμοῖς φαντάζεσθαι. καὶ μετὰ ταῦτα ἐμνήσθη, ὅτι ἐν ἀποδημίᾳ νεανίσκου, ϖαρ' οὗ καὶ τὸν ἀρραβῶνα ἔλαβε, μετὰ καὶ τῶν λοιπῶν ϖαρθένων. Καὶ μεταμεληθεῖσα ἔκλαυσεν, ὅτι κἂν ὅλως ἀνέβη ἐνθύμησις ϖονηρὰ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς. Ὅταν οὖν ϖαραγένηται ὁ νεανίσκος, ἐκ τῶν τριῶν ϖαρθένων ϖοίᾳ μᾶλλον ἀποδέξεται αὐτῷ δίκην; Οὐχὶ ἡ ἐσχάτη ἡ ἐνθυμηθεῖσα, καὶ μηδὲν ϖράξασα, ἀλλὰ καὶ μετανοήσασα ἐπὶ τῇ ϖονηρᾷ ἐνθυμήσει; Διὰ τοῦτο ἀναγκαῖον εἰπεῖν τῷ ϖαλαιοῦντι Δαίμονι ἐπὶ τῇ ϖράξει τοῦ ἀνόμου ἁμαρτίας· ὅτι εἰ καὶ τῷ ὀφθαλμῷ ϖρέπεσον, καὶ τῇ καρδίᾳ ἐμοίχευσα, αὐτὴν τὴν καρδίαν τὴν μοιχεύσασαν στεναγμοῖς ἀλαλήτοις σωτρίβω. καὶ τὴν ϖαραπεσοῦσαν ὀφθαλμὸν δάκρυσιν ἀποπλύνω. ὅτι καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην ὁ Θεὸς οὐκ ἐξουδενώσει. Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A præ oculis ſuis conſtituerit, non tardabit etiam corpus corrumpere: nam iſtum dæmonem, qui oculorum evagationem atque diſtractionem ſuggerit, alius dæmon ſubſequitur, qui naturaliter in carne peccatum operatur. Si enim ſecundus priorem viderit potuiſſe animam ad diſtractionem elevare, continuo conſilium ſuggerere incipit, peccatum carnaliter perficiendi. Incipit enim aliquid ejuſmodi ſuggerere, & ad eum, qui oculorum aſpectu victus eſt, dicere: ecce ſtudio & propoſito peccaſti, & corde jam mœchatus es: jamque præcepto excidiſti, & peccatum tranſgreſſionis mandati modo reputatum eſt tibi: nunc ergo tuam perfice concupiſcentiam; quum idem ſit perficere, & in animo habere. Fruere igitur ipſe tua concupiſcentia. At tu ne acquieſcas conſiliis ipſius: non enim, ut ait Apoſtolus, ejus cogitationes ignoramus: nam in iſtis animam tuam ipſe venari cupit. Audi porro & de eo parabolam. Adoleſcens quidam erat in regione quadam, & ſibi ipſe tres virgines deſponſavit, peregreque in regionem longinquam eſt profectus: ubi quum diutius moraretur, una virgo ſibi virum accepit: ſecunda autem elapſa, ſcortationi ſe dedit, & uterum tulit. At tertia virgo ſecum dixit; niſi humanus me cohiberet pudor, ego quoque mihi virum caperem. Et incepit virgo in ejuſmodi verſari cogitationibus: ac poſtea recordata eſt adoleſcentis peregre profecti, a quo & arrhabonem acceperat poſt reliquas virgines: pœnitentiaque ducta flevit, quod etiam permiſiſſet cogitationem improbam in ſuo corde ſuccreſcere. Quando ergo jam reverſus eſt adoleſcens, qualem putas ex tribus illis virginibus ipſi fuiſſe magis acceptam? Nonne poſtremam, quæ cogitavit ſolum, & non opere perfecit: imo vero & de prava cogitatione pœnitentiam egit? Quapropter neceſſarium fuerit dicere ſollicitanti dæmoni ad actionem iniqui peccati: tametſi oculis impegerim, & corde mœchatus ſim; ipſum tamen cor meum adulterio obnoxium gemitibus inenarrabilibus conteram, & oculum collapſum lacrymis abluam: quoniam cor contritum & humiliatum Deus non deſpiciet. Ipſi gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

2. Cor. 2.

Pſal. 51.

De Mansuetudine.

PARÆNESIS XXXVIII.

MOnache, itane professus es tu Christo placere velle; ut tentationes ac tribulationes quæ ab adversariis tibi ingeruntur, non fortiter sufferas; neque correctiones & admonitiones a tuo Præfecto suscipias? Quum Apostolus dicat: *Quod si extra disciplinam estis, cujus participes facti sunt omnes; ergo adulterini, & non filii estis*. Cæsus es? Gaude te cæsum esse verberibus; verum errata corrige. Injuste verberatus es? Merces tua magna est: nam & Apostoli, qui salutem mundo nunciabant, oppidatim velut facinorosi atque malefici cædebantur; & non irascebantur, neque ægre ferebant; sed *gaudebant, quod digni haberentur pro nomine ejus contumeliam pati*. Quare tu quoque gaude, quod dignus sis habitus, qui pro ipsius nomine contumelia afficiaris. At forte quis ex negligentioribus dicet: doleo hoc mihi accidisse, & quidem post tantos labores. Istud te angit, serve Domini? Hinc ergo teipsum cognosce; num revera post tot annos passiones & affectiones tuas eviceris. Num superveniente aliqua ignominia gavisus sis; & non potius superbieris de gloria quæ tibi obtigit; nam si quis existimat se aliquid esse, quum nihil sit, ipse se seducit. Experimentum enim gubernatoris, in tempore tempestatis apparet. Nam qui se jactitat, & dicit: tot jam annos in vita monastica egi; promissi autem sui effectum non ostendit, neque rationes castæ ac religiosæ vitæ suscipit; instrumenta hic circumfert, quorum artificium nondum didicit. Consenuisti in habitu? Tamquam experientiam prædictæ vitæ habens, forma esto juvenibus & inexpertis. Si vero adhuc es novitius, senioribus morem gerito. Etenim terreni Regis milites, ducibus atque principibus suis subjiciuntur, parentque. Nonne multo magis nos decet obedire, non solum ob timorem, sed etiam propter conscientiam? Nam si illi, qui secundum carnem militant, omni studio contendunt, ut subditos suos curent; quomodo tu, qui & vitam ipsam abnegasti, pateris te ab ejusmodi distrahi passionibus, effrænis atque inobediens, & Christi disciplinam excutiens atque abjiciens? Laudem quidem & gloriam perfectorum Anachoretarum expetimus; verum labores, quibus acquiruntur honores, subterfugimus. Cur tantam tibi quietem & labo-

Hebr. 12.

Act. 5.

Galat. 6.

Rom. 13.

Α ΠΕΡΙ ΠΡΑΥΠΑΘΕΙΑΣ.

ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ ΛΗ.

ΜΟναχὲ, ὕτω τῷ Χριστῷ ἐπηγγείλω ἀρέσαι, τὰς πειρασμὰς, καὶ τὰς θλίψεις, τὰς ἐπερχομένας σοι ἀπὸ τῶν ὑπεναντίων, μὴ ὑποφέρων γενναίως; οὐδὲ τὰς ὑπὸ τοῦ πνευματικοῦ σου παιδείας καὶ νουθεσίας ὑποδεχόμενος; Τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος· εἰ δὲ χωρὶς ἐστε παιδείας, ἧς μέτοχοι γεγόναστι πάντες, ἄρα νόθοι ἐστέ. Ἐδάρης; χαῖρε ὅτι ἐδάρης. ἀλλὰ καὶ διόρθωσον τὸ πλάσμα. Ἀδίκως ἐδάρης; θεῖος ὁ μισθός. καὶ γὰρ καὶ οἱ Ἀπόστολοι τὴν σωτηρίαν τῷ κόσμῳ καταγγέλλοντες, κατὰ πόλιν, ὡς κακοῦργοι, ἐτύπτοντο· καὶ οὐκ ὠργίζοντο, οὐκ ἠγανάκτουν· ἀλλ' ἔχαιρον, ὅτι καταξιώθησαν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ ἀτιμασθῆναι. καὶ σὺ οὖν χαῖρε, ὅτι καταξιώθης ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ ἀτιμασθῆναι. Ἀλλ' ἴσως ἐρεῖς ὡς τῶν ἀμελεστέρων· λυποῦμαι, ὅτι τοῦτό μοι συμβέβηκε μετὰ τοσούτους καμάτους. Τοῦτό σε λυπεῖ, δοῦλε Κυρίου; Ἐντεῦθεν τοιγαροῦν ἐπίγνωθι σεαυτὸν, εἰ ὄντως μετὰ τοσαῦτα ἔτη τὰ παθήματα ἐνίκησας; ἐχάρης ἐπελθούσης ἀτιμίας; καὶ οὐχ ὑψώθης ἐπὶ δόξης γενομένης; Εἰ γὰρ δοκεῖ ὡς εἶναί τι, μηδὲν ὤν, ἑαυτὸν φρεναπατᾷ. Ἡ γὰρ δοκιμὴ τοῦ κυβερνήτου ἐν καιρῷ τοῦ κλύδωνος ἀποφαίνεται. Ὁ γὰρ μεγαλαυχῶν, καὶ λέγων· ἔχω τοσαῦτα ἔτη ἐν τῷ μοναχικῷ βίῳ, τὴν ὑπ' ἐργασίαν τοῦ ἐπαγγέλματος μὴ ἐνδειξάμενος, μηδὲ τοὺς τρόπους τοῦ σεμνοῦ βίου ἀναδεξάμενος, ἵνα τι φέρει ἐργαλεῖα, ὧν τὴν τέχνην ὅπως μεμάθηκε. Γεγήρανας ἐν τῷ σχήματι; ὡς ἔμπειρος τοῦ πολεχθέντος βίου τυγχάνων, τύπος γοῦν τοῖς νέοις ἐς ἀπείρους. εἰ δὲ νεόφυτος τυγχάνεις, ὑποτάγηθι πρεσβυτέροις. Καὶ γὰρ οἱ τοῦ ἐπιγείου βασιλέως στρατιῶται τοῖς ἡγεμόσι καὶ ἄρχουσι αὐτῶν ὑποτάσσονται· πόσῳ μᾶλλον δεῖ ἡμᾶς ὑποτάσσεσθαι, οὐ μόνον διὰ φόβον, ἀλλὰ καὶ διὰ συνείδησιν; Εἰ γὰρ ἐκεῖνοι οἱ κατὰ σάρκα στρατευόμενοι πᾶσαν πρόνοιαν ἐπιδείκνυνται, ὥστε θεραπεύειν τοὺς ἐπιτεταγμένους ἑαυτῶν, πῶς σὺ καὶ αὐτὴν τὴν ζωὴν ἀπαρνησάμενος ἀπέχῃ ἀποσύρεσθαι ἀπὸ τοιούτων πραγμάτων, ἀφωνίαν καὶ ἀνυποταξίαν, καὶ τὴν ἐν Χριστῷ παιδείαν ἀποσφόμενος; Καὶ τοὺς μὲ ἐπαίνους καὶ δόξας τελείων Ἀναχωρητῶν ἀπαιτοῦμεν, τοὺς δὲ πόνους, δι' ὧν αἱ τιμαὶ, ἀποφεύγομεν. Διατί τοσαύτην ἡσυχίαν καὶ

πόνου

πόνον διὰ μίαν ἡμέραν ἢ ὥραν ἀπολέσαι ἀνέχῃ; A laborem ob diem horamve unicam perire pateris? Si teipsum peremeris, quis miserebitur tui? Hæc ne tua laus? ista ne probatio tua? ut vel modica tibi obveniente tribulatione, & habitum & vitam abneges? ac inimicum contra te propria negligentia armes? Ne frater, ne, quæso, adversariis des terga; verum resiste, atque oppugna eos, & a te profugient. Existimo enim eum, qui tui curam suscepit ac præfecturam, non in tuo gaudere vituperio; quippe qui rationem pro te redditurus est Domino: sed gaudio illum affici, si te perfectum Domino sistat. Ingredere igitur in te ipsum, carissime, & revertere in requiem tuam. Induere thoracem fidei, & tibi galeam salutis impone. Assume gladium Spiritus sancti, quod est verbum Dei. Esto forma & exemplum mansuetudinis, fratribus concordibus. Admirentur etiam superiores tui patientiam tuam. Gaudeat & Spiritus sanctus in te inhabitans de fortitudine tua. Si autem exiguam non feras tentationem, quomodo magnam sufferes? Et si puerum vincere nequeas, virum perfectum in lucta quo pacto superabis? Et si verbum non toleres, verbera quomodo perferes? & si alapas ac verbera non sufferas, crucem tuam quomodo portabis? & si crucem portare nequieris, quo pacto gloriæ consors in cœlis eris, cum iis qui dicunt: *Hæc omnia venerunt super nos, nec obliti sumus tui, & inique non egimus in testamento tuo.* Et rursus: *Quoniam propter te mortificamur tota die; æstimati sumus sicut oves occisionis.* Volebam mihi silentium imponere, carissime, ob confusionem faciei meæ: sed dolor cordis mei in verba me compellit. Ita, frater carissime, obliti sumus eorum, quæ propter nos omnium sustinuit Dominus? Contumeliis affectus est, & contemtui habitus. Audivit, dæmonium habes, & non est ira commotus. Audivit, seductor es: alapis percussus est: pugnis cæsus, & cruci affixus: acetum cum felle gustavit: lanceam in latere accepit. Hæc cuncta propter nostram salutem sustinuit. Hei hei misero mihi: hei hei infelici mihi & peccatori, quia inexcusabilis sum. Quid dicam, aut quid eloquar coram te Domine, qui occulta nosti cordis mei? Propitius esto mihi indigno Deus, qui plane nullam injuriam aut verbum contumelioſum propter te, qui tanta propter nos pertulisti, audire volo. Quis super me non plangat, qui religionem ac pietatem mihi pro operimento malitiæ vindico? Nam verbis monachatum profiteor; operibus autem ad iracundiam Domi-

Ἐὰν σεαυτὸν ἀποκτείνῃς, τίς ὁ ἐλεῶν σε; Οὗτός σε ὁ ἔπαινος; αὕτη σε ἡ δοκιμή; ἵνα μικρὰ συμβῇ σοι θλῖψις, καὶ ὃ χῆμα καὶ τὸ βίον ἀπαρνῇ; καὶ ἐφοπλίζεις κατά σε τὸ ἐχθρὸν, διὰ τὸ οἰκείας ῥᾳθυμίας; Μὴ ἀδελφὲ, μὴ δῶς νῶτα τοῖς ἐχθροῖς, ἀλλ' ἀνθίστα, καὶ πολέμησον, καὶ φεύξονταί ἀπό σε. Λογίζομαι γὰρ, ὅτι ὁ ἀναδεξάμενός σε τὸ ποιμασίαν, ἁ χαίρει ἐπὶ τῷ σῷ μώμῳ, ὡς λόγον ὑπέρ σε δώσὰς τῷ Κυρίῳ. Χαρὰ ὅ αὐτῷ ἐστιν, ἐάν σε τέλειόν σε ποιήσῃ τῷ Κυρίῳ. Ἐλθὲ οὖν εἰς ἑαυτὸν, ἀγαπητὲ, καὶ ἀναστρεφε εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σε. Ἔνδυσαι θώρακα πίστεως, καὶ περίθε κεφαλαίαν σωτηρίε, ἀνάλαβε τὴν μάχαιραν τὸ Πνεύματος τὸ ἁγίε, ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ. Γίνε τύπος πραϋπαθείας τοῖς ὁμοψύχοις ἀδελφοῖς. Θαυμάσωσι καὶ οἱ μείζότεροί σε ἐπὶ τῇ σῇ ὑπομονῇ. Χαρέτω καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ ἐνοικοῦν ἐν σοὶ, ἐπὶ τῇ σῇ ἀνδραγαθίᾳ. Εἰ ὃ μικρὸν πειρασμὸν ὑ φέρῃς, πῶς μέγαν βαστάσῃς; Καὶ εἰ παιδίε ὑ περιγίνῃ, τελείε ἀνδρὸς πῶς καταπαλάσῃς; καὶ εἰ λόγον ὑ βαστάζῃς, πῶς πληγὴν ὑπενέγκῃς; Καὶ εἰ ῥάπισμα καὶ πληγὴν ὐχ ὑποφέρῃς, πῶς τὸ σαυρόν σε βαστάζῃς; Καὶ εἰ τὸ σαυρὸν ὑ βαστάζῃς, πῶς συγκληρονομήσῃς δόξαν ἐν τοῖς ὐρανοῖς, μετὰ τῶν λεγόντων· ταῦτα πάντα ἦλθεν ἐφ' ἡμᾶς, καὶ οὐκ ἐπελαθόμεθά σε. Καὶ πάλιν· ὅτι ἕνεκά σε θανατύμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν, ἐλογίθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς. Ἐβουλόμην σιγᾶν, ἀγαπητὲ, διὰ τὴν αἰσχύνην τὸ προσώπε με· ἀλλ' ὁ πόνος τὴ καρδίας με ἀναγκάζει με λαλεῖν. Ναὶ, ἀδελφὲ ἀγαπητὲ, ἐπελαθόμεθα ὧν ὑπέμεινεν ὁ πάντων ἡμῶν Δεσπότης δι' ἡμᾶς; Ὑβρίθη, ἐξουδενώθη· ἤκουσε, δαιμόνιον ἔχεις, καὶ οὐκ ὠργίθη· ἤκουσε, πλάνος. Ἐρραπίθη, ἐκονδυλίθη, σαυρῷ προσηλώθη, ὄξος μετὰ χολῆς ἐγεύσατο, λόγχῃ εἰς πλευρὰν ἔλαβε. Ταῦτα πάντα ὑπέμεινε διὰ τὸ σωτηρίαν ἡμῶν. Οἴμοι, οἴμοι τῷ ἀθλίῳ. οἴμοι τῷ ταλαιπώρῳ καὶ ἁμαρτωλῷ, ὅτι ἀναπολόγητός εἰμι. Τί εἴπω, ἢ τί λαλήσω ἐνώπιόν σε γινώσκοντος τὰ κρύφια τὴ καρδίας με; Ἱλάσθητί μοι τῷ ἀναξίῳ ὁ Θεὸς, τῷ μηδ' ὅλως ὕδειν ἢ λόγον βλομένῳ ὑπέρ σε ἀκῦσαι, τὸ τοσαῦτα ὑπομείναντος δι' ἡμᾶς; Τίς μὴ κλαύσῃ ἐπ' ἐμοὶ, τῷ τὴν βδελύβειαν, κάλυμμα τὴ κακίας, κεκτημένῳ; Τοῖς μὲν λόγοις μοναζω, τοῖς δ' ἔργοις προργίζω. Ἀληθὼς ἐφύγη ἡ ἀγάπη

Isai. 59. 1. Tessal. 5. Ephes. 6.

Psal. 44.

num provoco. Vere refrixit multarum animarum caritas. Resipiscamus, & ad Dominum revertamur, obsecro. Non enim eos qui salvari cupiunt, rejicit Dominus, sed & cooperatur. Dicamus & nos cum Propheta: *Convertere anima mea in requiem tuam: quia Dominus benefecit tibi: quia eripuit animam meam de morte, oculos meos a lacrymis, & pedes meos a lapsu. Placebo in conspectu Domini in regione vivorum.* Ut nos quoque illud audire mereamur dictum: *Hic filius meus mortuus erat, & revixit: perierat, & inventus est.* Quia Deo nostro gloria in secula. Amen.

Psal. 116.

Luc. 15.

De Inobedientibus, et de Resurrectione, ac timore Dei, et de futuro judicio.

PARÆNESIS XXXIX.

CAriſſime, ſi frater aliquis adventans cohortetur te, dicens: Veni nobiſcum: velut ſanguine juncti communicemus conſilia noſtra: in fraternitate & factione conjuncti ſimus; contradicentes vero reprimamus. Senioribus reſiſtamus, & non revereamur canitiem. Percutiamus œconomos: ſubſannemus quietis ac ſilentii cultorem: religioſos ac pios ludibrio excipiamus. Cunctos nobis ipſi ſubjiciamus, erimuſque nominati ac celebres. Reprehenſi, ne præbeamus ſilentium. Una pariter vociferemur, ne noſtrum appareat mendacium. Admoniti, faſtum retineamus ac tumorem: adhortationibus interpellati, efferamur. Sit noſtra vis, lex juſtitiæ: nam quod infirmum eſt, velut inutile reprehenditur. Tu ergo ne cum iis in via ambulaveris; verum ab ipſis declina, & te expedi. Non enim conquieſcent, niſi male egerint. Reſponde autem ei, qui iſta dicit: nihil mihi tecum eſt negotii. Iſta omnia effugiſti, & rurſus iiſdem ſervire cupis? Quæ utilitas detonſi capilli? aut cujuſmodi utilitatem ac fructum ex hiſce rebus quis cupiat? Mente retineamus, quod mundum deſeruerimus, ut monachi eſſemus: & quo pacto tu animas vis fratrum turbare? Audiens autem iſta veridica verba, ne ſuccenſeas: nam communis eſt utilitas. Cur non agnoſcimus quæ pſallimus? Nonne iſta canimus: *Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit. Sed in lege Domini volun-*

Psal. 1.

ἀγάπη τῶν πολλῶν ψυχῶν. Ἀνανήψωμεν πρὸς Κύριον, παρακαλῶ. Οὐκ ἀποβάλλεται Κύριος τὰς βουλομένας σωθῆναι, ἀλλὰ καὶ συνεργεῖ. Εἴπωμεν καὶ ἡμεῖς μετὰ τοῦ Προφήτου· ἐπίστρεφον, ψυχή μου, εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου· ὅτι Κύριος εὐηργέτησέ σε, ὅτι ἐρρύσατο τὴν ψυχήν μου ἐκ θανάτου, τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀπὸ δακρύων, καὶ τοὺς πόδας μου ἀπὸ ὀλισθήματος. εὐαρεστήσω ἐνώπιον Κυρίου ἐν χώρᾳ ζώντων. Ἵνα καὶ ἡμεῖς ἀξιωθῶμεν ἀκοῦσαι τὸ εἰρημένον· οὗτος ὁ υἱός μου νεκρὸς ἦν, καὶ ἀνέζησεν· ἀπολωλὼς, καὶ εὑρέθη. Ὅτι τῷ Θεῷ ἡμῶν ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

ΠΕΡΙ ΑΝΥΠΟΤΑΚΤΩΝ, ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ, ΚΑΙ ΦΟΒΟΥ ΘΕΟΥ, ΚΑΙ ΤΟΥ ΚΡΙΜΑΤΟΣ ΤΟΥ ΜΕΛΛΟΝΤΟΣ.

ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ ΛΘ.

Ἀγαπητὲ, ἐὰν ἐλθὼν ἀδελφὸς παρακαλέσῃ σε, λέγων· ἐλθὲ μετ' ἡμῶν, κοινώνησον αἵματος τῇ συμβουλίᾳ ἡμῶν, φρατειάσωμεν ἐν ὁμονοίᾳ. τοὺς δὲ ἀντιλέγοντας καταπρέσωμεν. Ἀντισῶμεν πρεσβυτέροις, καὶ μὴ ἐντραπῶμεν πολιάς. Δείρωμεν οἰκονόμους, μυκτηρίσωμεν ἡσυχον· ἐμπαίζωμεν εἰς τοὺς βλασφήμους. Ὑποτάξωμεν ἅπαντας ἑαυτοῖς· ἐσόμεθα ὀνομαστοί. Ἐλεγχόμενοι, μὴ δῶμεν σιγήν. κραυγάσωμεν ὁμοθυμαδὸν, ἵνα μὴ φάνῃ τὸ ψεῦδος ἡμῶν. Νουθετούμενοι δὲ, τὸν τύφον καταχώμεν· παρακαλούμενοι δὲ, ἐπαθῶμεν. Ἔστω ἡμῶν ἡ ἰσχὺς, νόμος τῆς δικαιοσύνης· τὸ γὰρ ἀσθενὲς, ἄχρηστον ἐλέγχεται. Σὺ οὖν μὴ συμπορεύθῃς ἐν ὁδῷ μετ' αὐτῶν· ἔκκλινον ἀπ' αὐτῶν, καὶ παράλλαξον· ὁ γὰρ μὴ ὑπνώσουσιν, ἐὰν μὴ κακοποιήσωσιν. Ἀποκείθητι δὲ πρὸς τὸν λέγοντα· ἐγὼ πρᾶγμα οὐκ ἔχω. ἐκ τούτων ἔφυγες. καὶ πάλιν τοῖς αὐτοῖς θέλεις συλλύειν; Τί δὲ ὄφελος τῶν τειχῶν ἀφῃρημένων; ἢ ποίαν ὠφέλειαν καρποῦσι ἐκ τούτων τῶν πραγμάτων; ἔχωμεν κατὰ νοῦν, ὅτι μοναχοὶ ἐξήλθομεν χωρὶς ἐκ τοῦ κοσμου, καὶ πῶς βούλει παράξαι ψυχὰς ἀδελφῶν; Ἀκουσόν δὲ τὰ τῆς ἀληθείας, μὴ ὀργίζου· κοινὴ γάρ ἐστιν ὠφέλεια. Οὐκ ἐπιγινώσκομεν ἃ ψάλλομεν; Οὐ πάντα ψάλλομεν; μακάριος ἀνὴρ, ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη, καὶ ἐπὶ καθέδρᾳ λοιμοῦ οὐκ ἐκάθισεν. ἀλλ' ἢ ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου τὸ θέλη-

θέλημα αὐτοῦ. καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει A
ἡμέρας καὶ νυκτός. Καὶ πάλιν λέγει· ὅτι γινώ-
σκει Κύριος ὁδὸν δικαίων, καὶ ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπο-
λεῖται. Καὶ ἐν ἑτέρῳ ᾧ Ψαλμῷ λέγει· ὅτι ἰδοὺ
οἱ μακρύνοντες ἑαυτούς ἀπὸ σοῦ, ἀπολοῦνται. ἐξω-
λόθρευσας πάντα τὸν πορνεύοντα ἀπὸ σοῦ. ἐμοὶ
τὸ προσκολλᾶσθαι τῷ Θεῷ, ἀγαθόν ἐστι. Καὶ
πάλιν λέγει· οἱ γὰρ ἐχθροὶ τοῦ Κυρίου ἅμα τῷ
δοξασθῆναι αὐτοὺς καὶ ὑψωθῆναι, ἐκλείποντες B
ὡσεὶ καπνὸς ἐξέλιπον· οἱ γὰρ πραεῖς κληρονομή-
σουσι γῆν, καὶ καταπρυφήσουσιν ἐπὶ πλήθει εἰρή-
νης. Λέγει γὰρ καὶ ἐν ἑτέρῳ Ψαλμῷ· τί ἐγκαυ-
χᾶσαι ἐν κακίᾳ ὁ δυνατὸς ἀνομίαν, ὅλην τὴν ἡμέ-
ραν; Καὶ ἐν ἑτέρῳ λέγει· ὁ κατοικῶν ἐν μέσῳ
τῆς οἰκίας μου ποιεῖ ὑπερηφάνειαν· λαλεῖ ἄδικα
ὁ καταρτίζων ἐνώπιον τῶν ὀφθαλμῶν μου. Πολ-
λοὺς γὰρ ἠπάτησεν ὁ λογισμὸς τῆς ὑψηλοφροσύ-
νης, μάταια φυσήσας. γέγραπται γάρ, μὴ τὰ
ὑψηλὰ φρονοῦντες, ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπα-
γόμενοι. Ἡσύχασον οὖν, ὦ Ἑρμαλᾶ, μήποτε πρὸς καιρὸν ἀπολαύσας σε τοῦ βουλήματος,
τὰ ἔσχατά σε συντελέσῃς ἐν ὀδυνῇ. Ἢ μᾶλ-
λον ἐπιβουλεύειν ἐπιχειρεῖς τῷ τοῦ ἁγίου; τῷ τὸν λέγοντα· ὁ ἐσθίων ἄρτους μου, ἐμεγάλυ-
νεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν. Τοιγαροῦν πορευθῶμεν D
εἰς τὰ κελλία ἡμῶν· κλαύσωμεν τὰς ἁμαρτίας
ἡμῶν, ἵνα Θεὸν δυσωπήσωμεν· διὸ οὐ νῦν ἀπέρ-
χομεν ἐκ τοῦ κατοικεῖν κόσμου. μήποτε ἁρπάσῃ,
καὶ ὁ μὴ ᾖ ὁ ῥυόμενος. Ἐννοήσωμεν τοῦτο σα-
φῶς, ὅτι καὶ χιλιοστοί ἐσμεν νῦν, ἀλλ' ἐν ἡμέ-
ρᾳ θανάτου εἷς καθ' εἷς ἀπελευσόμεθα ἐντεῦ-
θεν· μόνον τὰ ἔργα ἑκάστου συνοδεύει αὐτῷ,
τοῦτο ἃ ἔπραξεν, εἴτε φαῦλον, εἴτε ἀγαθόν.
Ταῦτα μελέτα, τούτων φρόντιζε, ὅπως ἰσχύ-
σῃς φυγεῖν ἀπὸ τῆς ὀργῆς. Οὐ δυνατὸν γὰρ ἐκ-
φυγεῖν ἡμᾶς τὰς χεῖρας τοῦ κτίσαντος ἡμᾶς. κατ'
ἐξοχὴν λέγοντα· τοῦτο πορευθῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός σου; καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου τοῦτο φύγω; Μήτις οὖν
ἑαυτὸν ἐξαπατάτω. τῷ γὰρ βήματι τοῦ Χριστοῦ
δεῖ ἡμᾶς παραστῆναι, ἔνθα πάντα γυμνὰ καὶ τε-
τραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ· ἔνθα πα- F
ρασήσουσι χίλιαι χιλιάδες, καὶ μύριαι μυριάδες
ἁγίων ἀγγέλων, καὶ πᾶσαι αἱ δυνάμεις τῶν οὐρα-
νῶν σαλευθήσονται. Καὶ ποῦ τότε ἡ ὑψηλοφρο-
σύνη καὶ ἡ φυσίωσις; ποῦ τότε ἡ μέθη καὶ ὁ θυ-
μός; ποῦ τότε ἡ ἀσωτία, καὶ ἡ ἀπειλή, καὶ τὸ
γαβείαμα τὸ μάταιον; τίς ὑποστήσεται τὴν φο-
βερὰν ἀπειλὴν τῶν ἀγγέλων τοῦ Θεοῦ; Ἐννοήσω-
μεν ὅτι οἱ τῷ Χριστῷ συμείναντες καὶ διαφε-
στήσαντες

voluntas ejus: & in lege ejus meditabitur die ac nocte? Et rursum ait: *Quoniam novit Dominus viam justorum, & iter impiorum peribit.* Et in alio iterum Psalmo dicit: *Quia ecce qui elongant se a te, peribunt: perdidisti omnem fornicantem abs te. Mihi autem adhærere Deo bonum est.* Rursusque ait: *Inimici vero Domini mox ut honorificati fuerint & exaltati, deficientes quemadmodum fumus deficient: mansueti autem hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.* Dicit porro & in alio Psalmo: *Quid gloriaris in malitia, qui potens es iniquitate, tota die?* Et in alio dicit: *Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam: qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum.* Multos quippe cogitatio decepit superbiæ, inania spirans. Nam scriptum habetur: *Non alta sapientes, sed humilibus consentientes.* Quiesce igitur, obsecro: ne forte dum ad tempus voluntati tuæ indulges, novissima tua in dolore peragas. An potius insidias struere conaris adversus locum hunc sanctum? secundum eum qui dicit: *Qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem.* Concedamus ergo ad cellas nostras. Defleamus peccata nostra, ut Deum placatum reddamus: propter quem etiam ex vano hoc sæculo egressi sumus: *Ne quando rapiat, & non sit qui eripiat.* Consideremus hæc clare atque perspicue: quoniam etsi mille nunc simus, in die tamen mortis singuli hinc soli abibimus. Solum opera quemque sequentur sua, quæcumque egerit sive mala sive bona. Hæc meditare: de istis cogita, ut a ventura fugere possis ira. Non enim nobis est possibile, manus effugere Creatoris nostri, secundum eum qui dicit: *Quo ibo a spiritu tuo? & quo a facie tua effugiam?* Nemo ergo seipsum decipiat. Nam coram tribunali Christi oportet nos præsentari: ubi cuncta erunt nuda & aperta oculis ipsius: ubi millia millium, & decies centena millia sanctorum Angelorum assistent coram eo, & omnes cœlorum virtutes movebuntur. Et ubi tunc erit superbia atque inflatio? ubi tunc temulentia & excandescentia? ubi tunc luxus atque lascivia, minæ atque jactantia vana? Quis horribiles Angelorum Dei minas sustinebit? Cogitemus fore, ut qui Christum Dominum exspectarunt, eique accepti fuerunt in hoc sæculo,

Psal. 73.
Psal. 37.
Psal. 52.
Psal. 101.
Rom. 12.
Psal. 41.
Psal. 50.
Psal. 139.
1. Cor. 3.
Hebr. 3.

1. Cor. 6. ipsi tunc nos judicent : sicut scriptum est : *An nescitis, quod sancti hunc mundum judicabunt?* Ipsi enim quum similes nobis passibiles homines fuerint in mundo, gratos atque acceptos se Deo præbuerunt : nos vero malis operibus Deum exacerbamus. Sed forte dixerit quis duplicis animi homo : novit Dominus quæ meæ sunt imbecillitatis, & compatitur infirmitati meæ. Hei mihi, hei mihi, quis hos non deploret? quoniam in opere Domini infirmitatem præteximus : ad pugnas autem, & factiones, ac contradictiones, faciendaque mala, potentes sumus. Cur teipsum decipis, Deum irridere putans? ne semines mala, & mala non metes. Audi eum qui dicit : *Quis durus factus, & ante eum permansit? Qui in vetustatem perducit montes, & nesciunt : qui subvertit eos in ira.* Aut potius cor nostrum in crapula & ebrietate, curisque secularibus incrassatum est ac impinguatum : ut ordinem nostrum atque institutum intelligere nequeamus. Nam pro eo quod unumquemque nostrum cogitare secum oporteret, & dicere ad animam suam : non reperio quo me bene vertam, quin potius omni vento circumferor. Et, quorsum ego aliorum animas in meam damnationem conturbo? Et, nonne magis mihi conveniebat, etiam tale quid conantes, aliqua commonitione & adhortatione ad modestiam revocare, & in officio continere, ne adoptione filiorum excidam? Scriptum est enim : *Beati pacifici, quoniam ipsi filii Dei vocabuntur.* At nunc quid agam negligens? Quid in die judicii coram horribili tribunali non solum pro anima mea; sed etiam pro illis, quibus scandalo fui, & quos a via veritatis averti, respondebo? Nam quum alius patrem reliquisset & matrem: alius uxorem & filios, & amicos, universamque substantiam propter spem in Christum, quietamque vitam elegisset : ego non cessavi eos divexare atque affligere. Tu vero hisce contraria agis, & tua non conquiescis in cella; verum monachorum cellas obis, pervertens fratrum animas, & fratres inter se traducens ac calumniis premens, suspicionesque improbas ipsis proferens, & cogitationum pulveres iis excitans, ac perturbationes atque tumultus fraternitati concilians. Nam quia te malæ concupiscentiæ emancipasti, stulta atque inepta ista didicisti. Quid ita crudeliter tua ipsius vita abuteris? Cur damnum animæ tuæ velut lucrum reputas? Cur in te aliena attrahis mala? Nisi deinceps temperate ac modeste te gesseris, vitæque tranquillæ te dederis, etiam ab iis, a quibus laudaris, condemnaberis atque coargueris. Quumque penitus in profundum collapsus fueris malorum, tunc etiam tu veri-

Galat. 6. Job. 9. Matth. 5.

A σήσαντες ἐν τῷ νῦν ἀγῶνι, αὐτοὶ ἡμᾶς κεινῶσι. καθὼς γέγραπται· Οὐκ οἴδατε, ὅτι οἱ ἅγιοι τὸν κόσμον κεινῶσιν; Αὐτοὶ γὰρ οἱ ὁμοιοπαθεῖς ἡμῖν γενόμενοι ἄνθρωποι ἐν κόσμῳ, Θεῷ ἠρέσησαν· ἡμεῖς δὲ τὸ πονηρὸν ποιοῦντες, Θεὸν παροργίζομεν. Ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τις τῶν διψύχων· καί φησιν· Οἶδε Κύριος τὴν ἀσθενείας μου, καὶ συμπαθεῖ τῇ ἀσθενείᾳ μου. Οἴμοι, οἴμοι, τίς μὴ κλαύσῃ ἐπὶ τούτοις; ὅτι εἰς τὸ ἔργον τοῦ Κυρίου ἀσθένειαν προφασιζόμεθα. εἰς ὃ τὰς μάχας, καὶ τὰς φρατρίας, καὶ εἰς τὸ ποιεῖν τὰ πονηρὰ δυνατοί ἐσμεν. Τί σεαυτὸν ἀπατᾷς νομίζων Θεὸν χλευάζειν; Μὴ πεῖρε κακὰ καὶ ὑ μὴ θερίσῃς κακά. Ἄκουε τοῦ λέγοντος· τίς σκληρὸς καὶ ὀργὴν ἐναντίον αὐτοῦ ὑπέμεινεν; ὁ παλαιὸν ὄρη, καὶ οὐκ οἴδασιν· ὁ καταστρέφων αὐτὰ ὀργῇ. Ἢ μᾶλλον αἱ καρδίαι ἡμῶν πεπάχυνται ἐν κραιπάλῃ καὶ μέθῃ καὶ μερίμναις βιωτικαῖς. ὅθεν τὴν ἑαυτῶν πάξιν ὑ δυνάμεθα γνῶναι. Ἀντὶ τοῦ ἀναλογίσασθαι γὰρ ἕκαστον ἡμῶν, καὶ λέγειν τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ· ὑχ εὑρίσκω δυστροφῆσαι, ἀλλὰ περιφέρομαι παντὶ ἀνέμῳ. καὶ ἵνατί μοι παράξαι ἑτέρων ψυχὰς εἰς τὴν ἐμὴν κατάκρισιν; Καὶ ὑχὶ ἔδει μᾶλλον, καὶ τοὺς ἐπιχειροῦντας καταστέλλειν τῇ νουθεσίᾳ καὶ τῇ παρακλήσει, ἵνα μὴ τῆς ὑποθέσεως ἐκπέσω; Γέγραπται γάρ· μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοί, ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ Θεοῦ κληθήσονται. Νῦν δὲ τί ποιήσω ὁ ἀμελής; τί ἀπολογήσομαι ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ φοβεροῦ, περὶ τῆς ἐμῆς ψυχῆς; ἀλλὰ περὶ ὧν ἐσκανδάλισα ἀπὸ ὁδοῦ ἀληθείας; Οὐ μὴ γὰρ καταλέλοιπε πατέρα καὶ μητέρα· ὁ δὲ γυναῖκα, καὶ τέκνα, καὶ φίλους, καὶ ὕπαρξιν ἀφ' ἧς εἰς Χριστὸν ἐλπίδα, καὶ τὴν ἡσυχίαν προείλετο. ἐγὼ δὲ οὐκ ἐπαισχύνομαι τούτους ἐκπαράσσειν καὶ θλίβειν. Σὺ δὲ τὰ ἐναντία τούτων πράττεις, καὶ ὑχ ἡσυχάζεις ἐν τῷ κελλίῳ σου· ἀλλὰ περιέρχῃ τὰς κέλλας τῶν μοναχῶν, ἁρπάζων ψυχὰς ἀδελφῶν, ἁρπάλων ἀδελφοὺς ἀδελφῷ, καὶ ὑπονοίας πονηρὰς προβάλλων αὐτοῖς· καὶ διεγείρων αὐτοῖς κονιορτὸν λογισμῶν, καὶ σωρεύων παραχὰς τῇ ἀδελφότητι. Διὰ τοῦ σε δεδιλῶσθαι τῇ ἐπιθυμίᾳ τῇ κακῇ, παντὸς τοῦ μωροῦ μεμάθηκας. Τί ἀνίλεως χρᾶσαι τοῦ ἑαυτοῦ ζωῆς; ἁρπάτι τὴν ζημίαν τοῦ ψυχῆς σου, κέρδος λογίζῃ; τί ἐπισπάσῃ σεαυτῷ ἀλόγεια κακά; Ἐὰν μὴ τοῦ λοιποῦ σωφρονήσῃς καὶ ἡσυχάσῃς· δεῖ σε καίτοι ὁμολογῆς ὑπ' αὐτῶν καταγνωσθῆναι. ὅταν πεσὼν πεσῇς τέλειον εἰς βάθη κακῶν, τότε καὶ σὺ καταμέμψῃ

B

C

D

E

F

μέμψῃ τὸς ἐχθρὸς τ ἀληθείας· ὁ γὰρ μὴ
A ςήσεταϊ βυλὴ ἀσεβῶν. κτ' τ λέγοντα· Κύριος
διασκεδάζει βυλὰς ἐθνῶν. καὶ τὰ ἑξῆς. ἢ ὃ
βυλὴ τ Κυρίυ μένει εἰς τ αἰῶνα. Η' ἔτι μᾶλ-
λον ἐκ τ σκληροκαρδίας ἡμῶν, καὶ τῇ τῦ σώ-
ματος δυνάμει ἐπαιρόμεθα; ἀγνοῦντες τὸ εἰρη-
μένον· ὅτι γίγας ὁ σωθήσεται ἐν πολλῇ ἰσχύι
αὐτῦ. καὶ μετ' ὀλίγα· ἰδὲ οἱ ὀφθαλμοὶ Κυ-
ρίυ ἐπὶ τὸς φοβυμένους αὐτόν, ῥύσασθαι ἐκ θα-
νάτυ τὰς ψυχὰς αὐτῶν, καὶ διατρέφαι αὐτὸς
B ἐν λιμῷ. Τί ἀπαναίνῃ νυθετύμενος; Ὁρᾷ γὰρ
τὰς κινήσεις συ, φιλαρχίας ἀποπνεούσας. Μὴ
θαύμαζε ἐπὶ τῇ δόξῃ, ἀλλ' ἀπόβλεπε εἰς τ
ἀκολυθῦντα κίνδυνον. δυνατοὶ γὰρ δυνατῶς
ἐτασθήσονται. Εἰ γὰρ τ μιᾶς ψυχῆς, ἧς ἐνεπί-
σθυσεν ἡμῖν ὁ Κύριος ἠμελήσαμεν, καὶ εἰάσα-
μεν αὐτὴν χερσωθῆναι, ὡς ἄμπελον ἐν φραγμῷ
ἠμελημένῳ, καὶ πῶς πάντὸς τ παραδείσυ ἐμ-
πισθύσῃ ἡμῖν τ ἐπιμέλειαν; ὁ γὰρ ἐν ὀλίγῳ πιςός,
C ἐν πολλῷ πιςός ἐςι· καὶ ὁ ἐν ἐλαχίςῳ ἄπιςος, καὶ
ἐν πολλῷ ἄπιςός ἐςι. Τοιγαροῦν δῦξώμεθα περὶ
τῆς ψυχῆς, ἧς ἐνεπιςύθημεν διδόναι ἀπολο-
γίαν· ὅταν ἀνατάζει ὁ Κύριος τ σύμπασαν.
Οὐκ ὀλίγος γὰρ κίνδυνος ἕπεται τῷ πεπισ-
μένῳ τ ἐπιμέλειαν τ ποιμνίυ, ἐὰν πῶς ὁ
D θέλημα τ Ἀρχιποίμενος, παραχρήσηται τῇ ποί-
μνῃ. καθὼς πρείρηται· δυνατοὶ γὰρ δυνατῶς
ἐτασθήσονται. Ἀνανήφωμεν οὖν πρὸ τ ἡμᾶς
ἀπελθεῖν, ὅπυ οὐκ ἔςιν ὁ παράκλητος. Ἐκεῖ
ὀψόμεθα τὸς πραεῖς καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ,
ἐν πολλῇ δόξῃ. καὶ ἡμεῖς οἱ ἀπειθεῖς ὄντες,
ἐν γενοῖς. Οὐδὲν γὰρ διὰ τ Θεὸν ποιῦμεν,
οὐδὲν διὰ τ ἀγάπην αὐτυ, οὐδὲν μετὰ ταπει-
E νοφροσύνης· ἀλλὰ πάντα ἐν ὑπσηφανείᾳ, πάν-
τα δὲ ἀνθρωπαρεσκείαν, καὶ ὀλέθριον κενοδοξίαν.
Πάντες ἐσμὲν ὑπσήφανοι, πάντες ὀργίλοι, καὶ
θυμώδεις· ἀλλήλοις γὰρ φθονῦμεν, ἀλλήλυς
δάκνομεν. Ταχὺ πρεπαραλαβέτωσαν ἡμᾶς οἱ
οἰκτιρμοί συ, Κύριε, ὅτι ἐπιωχλύσαμεν σφό-
δρα. Βοήθησον ἡμῖν, ὁ Θεὸς, Σωτὴρ ἡμῶν.
ἄκυε γ λέγοντος· ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμῦ, κατ' ἐμῦ
F ἐςι· καὶ ὁ μὴ συνάγων μετ' ἐμῦ, σκορπίζει.
Η' ἐπελάθυ γ μυλικῦ λίθυ, τῦ ὠφεισμένυ εἰς
τιμωρίαν κτ' τ ποιύντων τὰ σκάνδαλα. Μὴ
ἀπατῶ, ἄνθρωπε· ὁ δυνατὸν γὰρ πρεσκόψαι,
ἄτερ φόβυ Θεῦ, καὶ ταπεινοφροσύνης μεγάλης.
Αἱ γὰρ δίχα τύτων γινόμεναι πρεσκοπαὶ, ζη-
μίας εἰσὶ πρόξενοι. Γέγραπται γάρ· ὐκ ἀφ'
ἑαυτῦ τις λαμβάνει τ τιμὴν, ἀλλ' ὁ καλύμενος
ὑπὸ

veritatis inimicos accusabis. Non enim sub-
sistet impiorum consilium, secundum eum,
qui dicit: *Dominus dissipat consilia gentium*: Psal. 33.
& quæ sequuntur: *consilium autem Domini in
æternum manet*. Aut adhuc magis ex duritie
cordis nostri, & ob corporis nostri vires ef-
ferimur? nescientes dictum illud: *quoniam* Psal. 33.
*gigas non salvabitur in multitudine virtutis
suæ*. Et paulo post: *Ecce oculi Domini super
metuentes eum, ut eruat a morte animas eo-
rum, & alat eos infame*. Cur renuis admo-
nitus? Video enim inclinationes tuas, am-
bitionem dominandique libidinem spiran-
tes. Noli suspicere humanam gloriam; sed
in consequens periculum respice. Siquidem Sap. 6.
potentes potenter tormenta patientur. Nam si
animam unicam, quam nobis credidit Do-
minus, neglexerimus, permiserimusque
eam desolari ac devastari, & spinis impleri,
tamquam vineam in sepimento neglectam;
quomodo totius paradisi nobis curam com-
mittet? *Qui enim in paucis fidelis est, etiam* Luc. 16.
in multis fidelis erit: & qui in modico infi-
delis est, etiam in majori infidelis erit. Ore-
mus igitur pro anima nobis a Deo concredi-
ta, ut de ea rationem reddere possimus, quan-
do Dominus universum mundum discutiet.
Non enim exiguum sequetur eos periculum,
quibus gregis ovium fuerit cura commissa, si
præter voluntatem principis pastorum, ovi-
bus fuerint abusi: Nam *potentes*, sicut Sap. 6.
jam dictum est, *potenter tormenta patien-
tur*. Quare resipiscamus, priusquam hinc
nobis emigrandum sit; ubi non erit, qui
pro nobis advocati ac patroni partes su-
scipiat. Ibi conspiciemus mites & humi-
les corde, in magna gloria; nos vero,
qui inobedientes ac contumaces sumus,
in angustiis & suspiriis. Nihil enim pro-
pter Deum facimus, nihil ob amorem
ipsius, nihil cum humilitate; sed omnia
in fastu ac superbia, omnia studio com-
placendi hominibus, & ob pernicio sam
inanem gloriam. Omnes superbi sumus,
omnes iracundi, & excandescentes: invi-
cem enim nobis invidemus, invicem nos
mordemus & devoramus. *Cito anticipent nos* Psal. 79.
*misericordiæ tuæ Domine: quia pauperes facti
sumus nimis. Adjuva nos Deus, Salvator no-
ster*. Dicentem audi: *Qui non est mecum*, Matth. 12.
contra me est: & qui non colligit mecum, Luc. 11.
dispergit. An oblitus es lapidis molaris,
in supplicium definiti adversus eos, qui Matth. 18.
scandala committunt? Ne decipiaris o ho- Marc. 9.
mo: impossibile enim est, sine timore, Luc. 17.
Dei, magnaque humilitate proficere. Nam
quæ absque his commoda accidunt, dam-
na conciliant. Scriptum quippe est: *Nec* Hebr. 5.
quisquam sibi sumit honorem, sed qui vocatur

Psal. 33. *a Deo. Declina ergo a malo, & fac bonum: inquire pacem, & persequere eam*, ut assequaris: *quoniam oculi Domini super justos; vultus autem Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum.* Ne simulacris & opinionibus hujus seculi abstrahamur: nihil enim ab umbra differt. Nam multi quum obdormissent opulenti, surrexerunt pauperes. Et qui hodie princeps, cras magistratu privatur: & qui hodie rex, cras morietur. Beati autem qui sustinent Dominum, & fallaciam seculi hujus abominantur: nam revera gloriam futuram hæreditate possidebunt. Ille enim Dives induebatur bysso & purpura, & quotidie epulabatur splendide; ipsumque felicem prædicabant filii istius seculi: at non Angeli Dei. Lazarus vero mendicus, ulceribus plenus jacebat ad januam divitis, cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa divitis: sed & canes adventantes lingebant ulcera ejus. Lazarus ergo non cupiebat aliud ab ipso divite, neque ex ferculis mensæ ipsius, sed neque ex quibus comedebat dives: verum tenuia & abjecta petebat, ex quibus vescebantur canes. Et quantum quidem dives suspiciebatur & magnificabatur ab hoc seculo, propter gloriam de ipso conceptam: tantum ab iis mendicus spernebatur ac respuebatur. Angeli vero Dei, patientiam ipsius admirabantur. „ Quando autem utriusque jam
Luc. 16. „ advenit finis, factum est, ut deportaretur mendicus ab Angelis in sinum Abrahæ; dives autem in supplicium injectus est: & in inferno suos elevans oculos, quum esset in tormentis, videt Abraham a longe, & Lazarum in sinu ejus: & ipse clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Dixit autem Abraham: fili, recordare, quia tu bona tua recepisti in tua vita, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. Et in omnibus his, inter nos & vos chaos magnum firmatum est, ut qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde ad nos transmeare. Dixit autem: Rogo ergo te, pater, ut mittas ipsum in

A ἀπὸ Θεοῦ. Τοιγαροῦν ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν· ζήτησον εἰρήνην, καὶ δίωξον αὐτήν ὅπως καταλάβῃς· ὅτι ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ δικαίους, πρόσωπον δὲ κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακά, τοῦ ἐξολοθρεῦσαι ἐκ γῆς τὸ μνημόσυνον αὐτῶν. Μὴ ταῖς φαντασίαις καὶ δόξαις τοῦ αἰῶνος τούτου συναπαχθῶμεν· σκιᾶς γὰρ διαφέρει σκιάς. Πολλοὶ γὰρ πλούσιοι κοιμηθέντες, ἀνέστησαν πτωχοί. καὶ ὁ σήμερον ἄρχων, αὔριον ἀπάρχων
B γίνεται. καὶ ὁ σήμερον βασιλεύς, αὔριον τελευτήσει. Μακάριοι δὲ οἱ ὑπομένοντες τῷ Κυρίῳ, καὶ βδελυσσόμενοι τὸν ἀπάτην τοῦ αἰῶνος τούτου· οὕτως γὰρ τὴν μένουσαν δόξαν κληρονομήσουσιν. Ἐκεῖνος γὰρ ὁ Πλούσιος ἐνεδιδύσκετο βύσσον καὶ πορφύραν, καὶ διεφαίνετο καθ' ἡμέραν λαμπρῶς. καὶ ἐμακάριζον αὐτὸν οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου· ἀλλ' οὐχὶ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ. Ὁ δὲ Λάζα-
C ρος, ὁ πτωχὸς, ἠλκωμένος ἐβέβλητο πρὸς τὸν πυλῶνα τοῦ Πλουσίου, καὶ ἐπεθύμει χορτασθῆναι ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τοῦ πλουσίου· ἀλλὰ καὶ οἱ κύνες ἐρχόμενοι ἔλειχον τὰ ἕλκη αὐτοῦ. Ὁ οὖν Λάζαρος οὐκ ἐπεθύμει ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Πλουσίου, οὐδὲ ἀπὸ τῶν ἐδεσμάτων τῆς τραπέζης αὐτοῦ, ἀλλ' οὐδὲ ἀφ' ὧν ἤσθιεν ὁ Πλούσιος· ἀλλ' ἐπεθύμει τὰ βύτελη,
D ἀφ' ὧν καὶ οἱ κύνες ἤσθιον. καὶ ὅσῳ μᾶλλον ὁ Πλούσιος ἐθαυμάζετο καὶ ἐμεγαλύνετο ἀπὸ τῶν τοῦ αἰῶνος τούτου, τοσούτῳ μᾶλλον τῶν περὶ αὐτοῦ δόξαν. τοσούτῳ ὁ Πτωχὸς ἐξουθενεῖτο ἀπ' αὐτῶν, καὶ ἐβδελύσσετο· Ἀλλ' οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ ἐθαύμαζον αὐτοῦ τὴν ὑπομονήν. Ὅτε δὲ ἔφθασεν ἀμφοτέρων τὸ τέλος, ἐγένετο ἀπενεχθῆναι τὸν Πτωχὸν, ἀπὸ τῶν ἀγγέλων, εἰς τὸν κόλπον Ἀβραάμ· τὸν δὲ
E Πλούσιον ἐμβληθῆναι εἰς τὴν κόλασιν. Καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, ὑπάρχων ἐν βασάνοις, ὁρᾷ τὸν Ἀβραὰμ ἀπὸ μακρόθεν, καὶ Λάζαρον ἐν τοῖς κόλποις αὐτοῦ. καὶ αὐτὸς φωνήσας εἶπε· Πάτερ Ἀβραὰμ, ἐλέησόν με, καὶ πέμψον Λάζαρον, ἵνα βάψῃ τὸ ἄκρον τοῦ δακτύλου αὐτοῦ ὕδατος, καὶ καταψύξῃ τὸν γλῶσσάν μου, ἐν τῇ φλογὶ ταύτῃ ὅτι ὀδυνῶμαι.
F Εἶπε δὲ αὐτῷ Ἀβραάμ· τέκνον, μνήσθητι ὅτι ἀπέλαβες τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου, καὶ Λάζαρος ὁμοίως τὰ κακά· νῦν δὲ ὧδε παρακαλεῖται, σὺ δὲ ὀδυνᾶσαι. καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις, μεταξὺ ἡμῶν καὶ ὑμῶν χάσμα μέγα ἐστήρικται, ὅπως οἱ θέλοντες διαβῆναι ἔνθεν πρὸς ὑμᾶς, μὴ δύνωνται· μηδὲ οἱ ἐκεῖθεν πρὸς ἡμᾶς διαπερῶσιν. Εἶπε δέ· ἐρωτῶ οὖν σε, Πάτερ, ἵνα πέμψῃς αὐτὸν εἰς

εἰς τ̃ οἶκον τ̃ῦ πατρός μȣ. ἔχω γὰ̀ πέντε ἀδελφούς. ὅπως διαμαρτύρηται αὐτοῖς, ἵνα μὴ καὶ αὐτοὶ ἔλθωσιν ἐν τῇ φλογὶ ταύτῃ. Λέγει ὁ Ἀβραάμ· ἔχȣσι Μωσέα καὶ τοὺς προφήτας, ἀκȣσάτωσαν αὐτῶν. Εἶπε δὲ αὐτῷ· ȣ̓χί, ἀλλ' ἐάν τις ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς πορευθῇ πρὸς αὐτȣ́ς, μετανοήσȣσιν. εἶπε δέ· εἰ Μωσέως καὶ τ̃ προφητῶν ȣ̓κ ἀκȣ́ȣσιν, ȣ̓δὲ ἐάν τις ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ, πιστεύσȣσι. Τί ὠφέλησε τ̃ πλȣ́σιον ἐκεῖνον ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ ὁ πλȣ̃τος, ὃν ἔχε; καὶ ἡ εὐφροσύνη, ἣ εὐφραίνετο καθ' ἑκάστην λαμπρῶς; Τοιγαρȣ̃ν πȣδάζωμεν, ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ, ἐκφυγεῖν τὰς κολάσεις τὰς ἡτοιμασμένας τοῖς καταφρονητᾶς καὶ ἁμαρτωλοῖς, πρὸ τ̃ ἡμᾶς παραδοθῆναι εἰς τ̃ τόπον ἐκεῖνον τ̃ βασάνȣ. Καὶ τότε κλαύσωμεν πικρῶς, μὴ ὄντος πεμφθέντος, ἢ παρακαλȣ̃ντος· ἀκȣόντες ἅμα καὶ παρὰ τ̃ μαρτύντων, ὅ, τι χεῖρον τȣ́των, ἄξιοί ἐστε μισεῖσθαι· ὑμεῖς γὰ̀ αὐτοῖς ταῦτα ἐποιήσατε. διωκόμενοι γὰ̀ διὰ βραχέος χρόνȣ τ̃ παρελθόντος κόσμȣ τ̃ κρίσεως ἰδίας ἐκφυγεῖν διὰ μετανοίας, ἠμελήσατε. ἐσπαταλήσατε, ἐθρέψατε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς. Πȣ̃ εἰσιν αἱ ἀπολαύσεις τ̃ παρελθόντος χρόνȣ; Πȣ̃ ἡ ἀπάτη αὐτ̃, καὶ ὁ γέλως; Ȣ̓κ ἰδȣ̀ ἐκεῖνα παρῆλθεν, ὡς σκιὰ, ὡς ὁμίχλη ὑπὸ λάλαπος διωχθεῖσα λεπτὴ, καὶ ὡς καπνὸς ὑπὸ ἀνέμȣ διεχύθη; Νῦν ȣ̓ν, ὡς ἐπεθυμήσατε, ἀπολαύσατε. ȣ̔ γὰ̀ ἠρκέσθητε ἐπὶ τȣ́τοις· ȣ̓τι ȣ̔ μόνον εἰς βόθρον κακῶν ἑαυτȣ̀ς ἐρρίψατε, ἀλλὰ καὶ ἑτέρους εἱλκύσατε σὺν ὑμῖν. καὶ Ȣ̓κ ἠρκέσθητε ἐπὶ τȣ́τȣ, ȣ̓τι τ̃ ἰδίας ψυχῆς ἠμελήσατε, ἀλλὰ καὶ ἑτέρων ψυχῶν διεφθείρατε. Ποία ȣ̓ν ἀρετὴ, ποία ȣ̓ν ἐντολὴ δυσωπήσει τ̃ Θεὸν ὑπὲρ ὑμῶν; Αἱ γὰρ ψυχαὶ ὑμῶν ἐμπεπλησμέναι ὑπῆρχον ζήλȣ πικρȣ̃, καὶ ἐριθείας, καὶ φθόνȣ, καὶ πάσης κακίας· καὶ θυμὸν θηρίων ἀνημέρων ἠγαπήσατε. νυνὶ δὲ περικύκλωσαν ὑμᾶς πάντα τὰ κακὰ, ἃ κατηργάσασθε ἐν τῷ παρελθόντι χρόνῳ. Τȣ̃ Θεȣ̃ λαλȣ̃ντος ὑμῖν, διὰ τῶν ἁγίων Γραφῶν, κατεφρονήσατε, ἐγελάσατε, ἐμετεωρίσθητε. Καὶ ὅση τ̃ ἀγαθȣ̃ Θεȣ̃ πρὸς ἡμᾶς μακροθυμία, τοσȣ́τῳ καὶ ὑμῶν αἱ ἁμαρτίαι ἐπλεόναζον. Τȣ̃ Κυρίȣ εἰπόντος, Μὴ ἀγαπᾶτε τ̃ κόσμον, μηδὲ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ, ὑμεῖς πρὸς δόξης καὶ φιλαργυρίας ἐμάχεσθε. Τȣ̃ Κυρίȣ εἰπόντος, Μακάριοι οἱ πενθοῦντες νῦν, ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται· μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν ȣ̓ρανῶν· ὑμεῖς ὑπερήφανοι, ἔτι καὶ ἀλάζονες γεγόνατε, καὶ τῷ γέλωτι, καὶ τῇ ἀπάτῃ ἐξεδώκατε ἑαυτȣ́ς. Τȣ̃ Κυρίȣ εἰπόντος, Μακάριοι οἱ πραεῖς,

A „ in domum patris mei: habeo enim quin-
„ que fratres: ut teſtetur illis, ne & ipſi
„ veniant in hanc flammam. Ait illi Abra-
„ ham: Habent Moyſen & Prophetas, au-
„ diant illos. At ille dixit: minime; ſed
„ ſiquis ex mortuis reſurgens ad eos ierit,
„ pœnitentiam agent. Ait autem illi: Si
„ Moyſen & Prophetas non audient, ne-
„ que ſiquis ex mortuis reſurrexerit, cre-
„ dent „. Quid profuerunt diviti illi in-
B hora illa divitiæ, quas habuit, & oble-
ctatio, qua exhilarabatur quotidie ſplen-
dide? Conemur igitur, fratres cariſſimi,
effugere ſupplicia, contemtoribus & pec-
catoribus parata; antequam nos in illum
tormenti locum tradamur. Et tunc plange-
mus amare, quum non ſit qui pro nobis
interpellet, aut nos conſoletur: audientes
ſimul & ab iis, qui tormenta inferunt,
quod pejora his ſupplicia promeriti ſitis:
C nam ipſi vobis hæc feciſtis. Quum enim
per modicum tempus tranſeuntis ſeculi,
judicium hoc per pœnitentiam effugere
poſſetis, neglexiſtis: deliciis indulſiſtis,
corda veſtra nutriviſtis, velut in die oc- *Jacob. 5.*
ciſionis. Ubi ſunt oblectamenta temporis
præteriti? ubi fallacia ejus & riſus? nonne
ecce illa, umbræ inſtar, præterierunt? & *Sap. 5.*
tamquam nebula gracilis, quæ a procella
impellitur, & tamquam fumus, qui a ven-
D to diffuſus eſt? nunc ergo quantum tulit
deſiderium, perfruimini: non enim iſtis
contenti eratis: quoniam non ſolum in-
tantorum malorum foveam vos ipſos con-
jeciſtis, verum & alios vobiſcum pertra-
xiſtis. Nec eo contenti fuiſtis, quod pro-
priam neglexeritis animam; ſed aliorum
quoque animas pervertiſtis. Quæ igitur
virtus, ac quale præceptum reddet Deum
vobis placatum? Animæ enim veſtræ ama-
E rulenta æmulatione, contentione, invidia,
atque omni malitia repletæ erant. Furo-
rem ſævarum beſtiarum dilexiſtis: nunc ve-
ro univerſa mala, quæ præterito tempore
operati eſtis, circumdederunt vos. Deum
loquentem vobis per ſacras Scripturas ſpre-
viſtis, irriſiſtis, & in ſublime vagati eſtis.
Et quantum in vos benigniſſimi Dei lon-
ganimitas intendebatur; tantum & veſtra
F peccata redundabant. Domino autem di-
cente: *nolite diligere mundum, neque quæ* *1. Joan. 2.*
in mundo ſunt; vos de gloria, & avaritia
contenditis. Domino dicente: *Beati qui lu-* *Matth. 5.*
gent nunc, quoniam ipſi conſolabuntur: Beati
pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt re-
gnum cœlorum: vos ſuperbi & arrogan-
tes evaſiſtis, & riſui atque fallaciis
dediti. Domino dicente: *Beati mi-* *Ibid.*
tes, quoniam ipſi terram poſſidebunt: vos
imma-

immanes & immites facti estis. Quum Dominus diceret: *Beati qui esuriunt & sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur*: vos justitiam odistis, & qui eam colebant, eos persequuti estis. Quum Dominus diceret: *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur*: vos absque misericordia & compassione cum ejusdem conditionis atque naturæ hominibus versati estis. Quum diceret Dominus: *Beati mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt*: vestra corda avaritiam & concupiscentiam pravam meditata sunt. Quum Dominus diceret: *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum*: vos & justos afflixistis, & veritatem non custodistis. Nunc ergo quid clamatis? Tempus enim pœnitentiæ jam præteriit. Illic virtutum opus exerceri poterat: at hic compensationum retributio est. Nunc coronam acceperunt justi: vos autem peccatores in gehennam ignis traditi estis. Nunc justi tamquam lux resplendent in regno cœlorum: vos vero peccatores in tenebras traditi estis exteriores. Nunc justi cum Angelis collaudant Deum: vos autem peccatores ploratis e tormentis, dentibusque stridetis, pœnitentes & dolentes, quoniam pœnitentiæ vestræ tempus in negligentia perdidistis. Nonne vos estis, qui a justis vos ipsos segregastis, & peccatorum opera imitati estis? nunc autem & illi, & vos traditi estis in supplicium. Deplorate igitur tormenta, & supplicia utrisque illata. Tunc quoque nos valde ingemiscentes, fletu exclamabimus amaro, dicentes: *Justus es Domine, & judicia tua recta*. Quando enim in præterito adhuc eramus seculo, ista nobis per sanctas aperuisti scripturas, & non credebamus, sed dubitabat cor nostrum: at nunc manifeste cuncta oculis nostris cernimus. Væ nobis: quoniam dies nostros in multa perdidimus negligentia. Hæc ergo præcognoscentes, fratres carissimi, studeamus effugere confusionem illam, & supplicium æternum, ut digni gaudio reddamur justorum. Quousque tandem veteris hominis concupiscentias circumferimus? Quousque mentem nostram in vanis sæculi hujus voluptatibus sinimus? Resipiscamus igitur, & evigilemus, tamquam ex vino, ex memoria inanis vitæ istius. Sursum mentem & cor habeamus: ubi pulcherrima sunt bona, ubi vera vita, & lux vera. Detestemur mundum, & quæ in mundo sunt. Corruptibilia propter incorruptibilia, & terrena propter cœlestia contemnamus. Dominum qui

Matth. 5.
Ibid.
Ibid.
Ibid.
Job. 3.

εἰς, ὅλα αὐτοὶ κληρονομήσωσι τ̃ γῆν· ὑμεῖς ἄγριοι καὶ ἀνήμεροι γεγόνατε. Τ̃ Κυρίῳ εἰπόντος, Μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τ̃ δικαιοσύνην, ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται· ὑμεῖς τ̃ δικαιοσύνην ἐμισήσατε, καὶ τοὺς ἐργαζομένους αὐτὴν ἐδιώξατε. Τ̃ Κυρίῳ εἰπόντος, Μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅλα αὐτοὶ ἐλεηθήσονται. ὑμεῖς ἀνελεῶς καὶ ἀσυμπαθῶς πρὸς τοὺς ὁμοιοπαθεῖς ὑμῖν ἀνθρώπους ἀνεστράφητε. Τ̃ Κυρίῳ εἰπόντος, Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τ̃ Θεὸν ὄψονται. ὑμῶν αἱ καρδίαι πλεονεξίας καὶ ἐπιθυμίας κακὰς ἐμελέτησαν. Τ̃ Κυρίῳ εἰπόντος, Μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκα δικαιοσύνης, ὅλα αὐτῶν ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· ὑμεῖς καὶ τοὺς δικαίους συκοφαντήσατε, καὶ τ̃ ἀλήθειαν οὐκ ἐφυλάξατε. Νῦν οὖν τί βοᾶτε; Ὁ γὰρ καιρὸς τ̃ μετανοίας παρῆλθεν. Ὧδε ἡ ἀνταπόδοσις ὑπάρχει. Νῦν οἱ δίκαιοι ἐστεφανώθησαν· ὑμεῖς δὲ οἱ ἁμαρτωλοὶ εἰς τ̃ γέενναν τ̃ πυρὸς παραδόθητε· νῦν οἱ δίκαιοι ὡς τὸ φῶς ἔλαμψαν ἐν τῇ βασιλείᾳ τ̃ οὐρανῶν· ὑμεῖς δὲ οἱ ἁμαρτωλοὶ εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον παραδόθητε. Νῦν οἱ δίκαιοι, μετ̃ ἀγγέλων, τ̃ Θεὸν ὑμνοῦσιν· ὑμεῖς δὲ οἱ ἁμαρτωλοὶ κλαίετε ἀπὸ βασάνων, καὶ βρύχετε τοὺς ὀδόντας μεταμελούμενοι, ὅτι τ̃ χρόνον τ̃ μετανοίας ὑμῶν ἀπωλέσατε ἐν ἀμελείᾳ. Οὐχ ὑμεῖς ἐστε οἱ ἀφορίσαντες ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν δικαίων, καὶ ζηλώσαντες τὰ ἔργα τῶν ἁμαρτωλῶν; Νυνὶ δὲ καὶ αὐτοί, καὶ ὑμεῖς, παραδόθητε εἰς κόλασιν. Στενάξαι οὖν ἔστι πρὸς βασάνους, καὶ πρὸς ἐπαγομένας τοῖς ἀμφοτέροις τιμωρίας. Τότε καὶ ἡμεῖς, μέγα στενάξαντες, ἀναπράξομεν μετὰ πικρῶν κλαυθμῶν, λέγοντες· δίκαιος εἶ, Κύριε, καὶ εὐθεῖα αἱ κρίσεις σου. Ὅτε γὰρ ἦμεν ἐν τῷ παρελθόντι αἰῶνι, ἐφανέρωσας ἡμῖν πάντα διὰ τῶν ἁγίων Γραφῶν, καὶ οὐκ ἐπιστεύομεν, ἀλλ' ἐδίστασεν ἡμῶν ἡ καρδία· νῦν δὲ ἐναργῶς βλέπομεν πάντα τοῖς ὀφθαλμοῖς. Οὐαὶ ἡμῖν, ὅτι ἀπωλέσαμεν τὰς ἡμέρας ἡμῶν ἐν ἀμελείᾳ πολλῇ. Ταῦτα οὖν προγινώσκοντες, ἀγαπητοὶ ἀδελφοί, σπουδάσωμεν ἐκφυγεῖν τ̃ ἐκείνης τ̃ αἰχύνης καὶ κολάσεως αἰωνίου, ὅπως ἀξιωθῶμεν τ̃ χαρᾶς τῶν δικαίων. Ἕως πότε τὰς ἐπιθυμίας τ̃ παλαιῶν προφέρομεν ἀνθρώπων; Ἕως τίνος τ̃ ἑαυτῶν νῦν ἐῶμεν εἰς τὰς ματαίας ἡδονὰς τ̃ αἰῶνος τούτου; Ἀναμνήσωμεν λοιπόν, ἐκμνήσωμεν, ὡς ἐξ οἴνου, ἐκ τ̃ μνήμης τ̃ ματαίου βίου. Ἄνω χῶμεν τ̃ νῦν καὶ τ̃ καρδίαν, ὅπου τὰ κάμινα, ὅπου ἡ ὄντως ζωὴ, καὶ τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν. Μισήσωμεν τ̃ κόσμον, καὶ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ. Καταφρονήσωμεν τ̃ φθειρομένων, καὶ τὰ ἄφθαρτα· τῶν ἐπιγείων, καὶ τὰ

τὰ ἐρώνια. Ἀγαπήσωμεν τ̈ Κύριον, τ̈ ποιήσαντα ἡμᾶς, ἐν ὅλῃ δυνάμει, τ̈ ἀγαθὸν καὶ φιλάνθρωπον Δεσπότην. Ἀγαπήσωμεν ἀλλήλους, διὰ τ̈ Κύριον. Ὅρα γὰρ τ̈ τ̄ Δεσπότου φιλανθρωπίαν· εἶπε γὰρ πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ μαθητάς. ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες, ὅτι ἐμοὶ μαθηταί ἐστε, ἐὰν ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. Οὐκ εἶπεν, ἐὰν προσφέρητέ μοι μόσχους καὶ τράγους. ἀλλ' εἶπεν, ἐὰν ἀγάπην ἔχητε ἐν ἀλλήλοις. Τηρήσωμεν οὖν τ̈ ἀγάπην, ἀδελφοί, τ̈ ἁγνείαν, τ̈ ἡσυχίαν, τ̈ ταπεινοφροσύνην, καὶ ὅσα πρέπει ἁγίοις. Μισήσωμεν τ̈ ἀναρχωτίαν, τὴν πολυλογίαν. Γέγραπται γάρ, Ἀνὴρ γλωσσώδης οὐ κατευθυνθήσεται ἐπὶ τ̄ γῆς· ἄνδρα ἄδικον κακὰ θηρεύσει εἰς ἀφροσύνην. ἔγνων ὅτι ποιήσει Κύριος τ̈ κρίσιν τῶν πτωχῶν, καὶ τὴν δίκην τῶν πενήτων. πλὴν δίκαιοι ἐξομολογήσονται τῷ ὀνόματί σου, καὶ κατοικήσουσιν εὐθεῖς σὺν τῷ προσώπῳ σου. Καὶ πάλιν λέγει· ἐπὶ τίνα ἐπιβλέψω, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τ̈ πρᾶον, καὶ ἡσύχιον, καὶ τρέμοντά μου τοὺς λόγους; Αὐτὸς δὲ ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τ̄ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ ἔχων ἐξουσίαν ζωῆς καὶ θανάτου, φωτίσῃ ὑμῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς τ̄ διανοίας, τ̄ εὐλογεῖν αὐτῷ ἀναφέτως, πάσας τὰς ἡμέρας ὑμῶν, καὶ εὑρεῖν ἔλεος, κατενώπιον αὐτοῦ, ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ. Μέμνησθε καὶ ἐμοῦ τ̄ ἁμαρτωλοῦ ἐπὶ πολὺ προσευχῶν ὑμῶν ποιούμενοι, ὅπως πλαγχνισθῇ καὶ ἐπ' ἐμὲ τ̈ ἀνάξιον, πάντων Δεσπότης. ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

qui fecit nos, totis viribus diligamus, bonum & benigniſſimum Dominum. Diligamus & nos invicem propter Dominum. Cerne enim Domini benignitatem, & amorem erga homines: quippe qui ita ſuos alloquutus eſt diſcipulos: *In hoc cognoſcent omnes, quod mei diſcipuli eſtis, ſi dilexeritis invicem*. Non dixit: ſi vitulos & hircos mihi obtuleritis; ſed dixit; ſi dilectionem adinvicem habueritis. Servemus ergo caritatem, fratres, caſtitatem, quietem, humilitatem, & quæcumque decent ſanctos: deteſtemur autem impudentiam, & multiloquium. Nam ſcriptum eſt: *Vir linguoſus non dirigetur ſuper terram: virum injuſtum mala venabuntur in interitum. Cognovi, quod faciet Dominus judicium inopum, & cauſam pauperum. Verumtamen juſti confitebuntur nomini tuo, & habitabunt recti cum vultu tuo*. Rurſuſque ait: *Super quem reſpiciam, niſi ſuper manſuetum, & tranquillum, ac trementem ſermones meos?* Ipſe porro Deus & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui habet poteſtatem vitæ & mortis, illuminet oculos mentis veſtræ, ad recte pieque ſerviendum ipſi omnibus diebus veſtris, & ad miſericordiam inveniendam coram ipſo in die illa. Recordamini & mei peccatoris in precibus veſtris, obſecro: ut & miſericordia in me indignum moveatur omnium Dominus. Quoniam ipſi gloria in ſecula. Amen.

Proverb. 2.

Ibid.

ΠΕΡΙ ΕΥΛΑΒΕΙΑΣ.

ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ Μ.

Ἀγαπητὲ, πρόσεχε σφοδρῶς, μὴ ἀπολέσῃς τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν, τ̄ πορευθῆναι ἐν ὁδοῖς σκότους· μήποτε πρὸς τὰ τελευταῖά σου, καὶ πρὸς Θεὸν καὶ ἀνθρώπους σκολιὸς εὑρεθήσῃ. διὰ γὰρ, φησὶν, οἱ ἐγκαταλιπόντες ὁδοὺς εὐθείας, τ̄ πορευθῆναι ἐν ὁδοῖς σκότους. διὰ οἱ εὐφραινόμενοι ἐπὶ κακοῖς, καὶ χαίροντες ἐπὶ διαστροφῇ κακῇ. ὧν αἱ τρίβοι σκολιαὶ, καὶ καμπύλαι αἱ τροχιαὶ αὐτῶν, τ̄ μακρὰν σε ποιῆσαι ἀπὸ ὁδοῦ εὐθείας, καὶ ἀλλότριον τ̄ δικαίας γνώμης. Διὸ λέγει· ὅτι γὰρ καταλαμβάνονται ὑπὸ ἐνιαυτῶν ζωῆς. Εἰ γὰρ ἐπορεύθησαν τρίβους ἀγαθὰς, εὕρασαν τρίβους δικαιοσύνης λείας. χρηστοὶ ἔσονται οἰκήτορες γῆς, ἄκακοι δὲ ὑπολειφθήσονται ἐν αὐτῇ. ὁδοὶ ἀσεβῶν ἐκ γῆς ὀλοῦνται, οἱ

De Pietate.

PARÆNESIS XL.

CAriſſime, attende vehementer, ne deperdas viam rectam, ut ambules in viis tenebrarum: nequando in noviſſimis tuis apud Deum & homines inveniaris perverſus & obliquus. *Væ enim*, inquit, *iis qui derelinquunt vias rectas, ut ambulent in viis tenebrarum. Væ his, qui lætantur in malis, & gaudent in conſuetudine mala: quorum ſemitæ obliquæ ac pravæ, & flexuoſi curſus eorum: ut longe abſtraharis a via recta, & alieneris a ſententia juſta*. Ideo addit, & dicit: *Non enim comprehenduntur ſub annis vitæ: nam ſi per ſemitas bonas ambulaſſent, etiam ſemitas juſtitiæ planas ac faciles inveniſſent. Qui recti ſunt & boni, inhabitatores erunt terræ; & ſimplices atque innocentes remanebunt in ea. Viæ autem impiorum e terra perdentur, &*

iniqui expellentur ab ea'. Necessarium ergo est incedere per viam rectam, secundum eum qui dicit: *Ne declines ad dexteram, neque ad sinistram: averte pedem tuum a via mala: vias enim, quæ a dextris sunt, novit Dominus: quoniam perversæ sunt quæ a sinistris sunt*. Deum time, & timor ejus custodiet te. Serva mandata ipsius, & mandata ejus in veritate deducent te. Contumacia vero, aut pestilentia, aut invidia, aut superbia, & his similia, non commorentur in sinu tuo; neque inglu- vies, vel turpitudo, vel stultiloquium, vel scurrilitas, quæ ad rem non pertinent. Omnis enim, qui in hisce ambulat, a via veritatis aberrat, seipsum per loca invia terendo. Qui autem in via ambulat recta, ipse se in mansionem vitæ provehet atque deducet. Ne ergo religionem ac pietatem veram & ab omni simulatione alienam deperdas, frater carissime. Pietas porro est, abstinere ab omni specie mala. Si vero acciderit nos de opere bono contumeliam pati, ne erubescamus opprobrium nobis injuste ab hominibus illatum, & faciamus quæ non oportet. Scriptum est enim: *Populus meus, cujus nomen meum in corde vestro; nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuatis: sicut enim vestimentum, inveterascet tempore, & sicut lana comedetur a tinea. Justitia autem tua in seculum manebit, & salus tua in generationes generationum*. Rursusque ait: *Ego autem inobedientem me non præbeo, nec contradico. Dorsum meum dedi in flagella, & maxillas meas in colaphos; faciem autem meam non averti a confusione sputorum: & Dominus factus est mihi adjutor: ideo non sum confusus, sed posui faciem meam ut petram durissimam, & novi, quod non confundar*. Propterea, licet videatur ex seipsa imperasse ac superasse, non reformidemus, neque viam rectam deseramus, secundum eum qui dicit: *si consistant adversum me castra, non timebit cor meum*. Et denuo ait: *Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino*. Et, *noli æmulari gloriam peccatoris: non enim nosti, quid de exitu ipsius erit*. Melius est enim cuncta secundum Deum agere, & laudari ac probari in Domino; quam conversari male, & turpem famam habere: quum Dominus & Salvator noster Jesus Christus dicat: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem ve-*

Proverb. 4.

Ephes. 5.

1. *Thessal.* 5.

Isai. 51.

Isai. 50.

Psal. 27.

Psal. 31.

Prov. 3. 4.

Matth. 5.

A Ὃ ΜΗ ΓΕΝΟΜΟΙ ἐξωθήσονταί ἀπ' αὐτῆς. Ἀνάγκη οὖν βαδίζειν ἐν τῇ εὐθείᾳ ὁδῷ. ΚΤ̄ Τ̄ λέγοντα· μὴ ἐκκλίνῃς εἰς τὰ δεξιὰ, μηδὲ εἰς τὰ ἀριστερά. ἀπόστρεφον σὸν τὸν πόδα ἀφ' ὁδοῦ κακῆς· ὁδοὺς γὰρ τὰς ἐκ δεξιῶν οἶδεν ὁ Κύριος· σκόλιαι εἰσὶν αἱ ἐξ ἀριστερῶν. Τὸν Θεὸν φοβοῦ, καὶ ὁ φόβος αὐτοῦ σωτηρήσῃ σε. Τήρησον τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, καὶ αἱ ἐντολαὶ αὐτοῦ ὁδηγήσουσί σε ἐν αὐτῇ. Αὐθάδεια δὲ, ἢ λοιμότης, ἢ βασκανία ἢ ὑποφθάφα, καὶ τὰ ὅμοια τούτων, μηδὲ αὐλιζέσθωσαν κόλπῳ σου, μηδὲ λιμαργία, ἢ ἀσχρότης, ἢ μωρολογία, ἢ βωτραπελία, ἃ οὐκ ἀνῆκε. Πᾶς γὰρ ὁ ἐν τούτοις περιπατῶν, τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας πεπλάνηται, σωτρίβων ἑαυτὸν ἐν ταῖς ἀνοδίαις. Ὁ δὲ περιπατῶν ἐν τῇ ὁδῷ εὐθείᾳ, προσάξει αὐτὸν εἰς τὴν μονήν. Μὴ οὖν ἀπολέσῃς τὴν ἀνυπόκειτον φιλάδελφον, ἀγαπητὲ ἀδελφέ. Εὐλάβεια δέ ἐστιν, ἀπέχεσθαι ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ. Εἰ δὲ συμβῇ ἡμᾶς ὀνειδισθῆναι περὶ ἀγαθοῦ ἔργου, μὴ ἐντραπῶμεν τὸν ὀνειδισμὸν τὸν ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων ἀδίκως ἡμῖν ἐπαγόμενον, καὶ πράξωμεν ἃ μὴ δεῖ. Γέγραπται γάρ· λαός μου, ὃς ὄνομά μου ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν. μὴ φοβεῖσθε ὀνειδισμὸν ἀνθρώπων, καὶ τῷ φαυλισμῷ αὐτῶν μὴ πτοᾶσθε. ὥσπερ ἱμάτιον παλαιωθήσεται ὑπὸ χρόνων, καὶ ὡσεὶ ἔριον βρωθήσεται ὑπὸ σητός· ἡ δὲ δικαιοσύνη σου εἰς τὸν αἰῶνα μένει, καὶ τὸ σωτήριόν σου εἰς γενεὰς γενεῶν. Καὶ πάλιν λέγει· ἐγὼ δὲ οὐκ ἀπειθῶ, οὐδὲ ἀντιλέγω. τὸν νῶτόν μου ἔδωκα εἰς μάστιγας, καὶ τὰς σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα. τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ἀπέστρεψα ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων· καὶ Κύριος ἐβοήθει μοι. διὰ τοῦτο οὐκ ἐνετράπην, ἀλλ' ἔθηκα τὸ πρόσωπόν μου, ὡς στερεὰν πέτραν, καὶ ἔγνων ὅτι οὐ μὴ αἰσχυνθῶ. Διόπερ κἂν δόξῃ πρὸ αὐτῆς κεκενεκέναι καὶ ἄρχειν, μὴ δειλιάσωμεν, μηδὲ ἐγκαταλείπωμεν εὐθείαν ὁδόν. Κατὰ τὸ λέγοντα· ἐὰν παραταξῆται ἐπ' ἐμὲ παρεμβολή, οὐ φοβηθήσεται καρδία μου. Καὶ πάλιν λέγει· ἀνδρίζεσθε, καὶ κραταιώσθω ἡ καρδία ὑμῶν, πάντες οἱ ἐλπίζοντες ἐπὶ Κύριον. Καὶ, μὴ ζηλοῦ δόξαν ἁμαρτωλοῦ, οὐ γὰρ οἶδας τί ἔσται ἡ καταστροφὴ αὐτοῦ. Κρεῖττον γὰρ πάντα σὺν Θεῷ πράττειν, καὶ ἐπαινεῖσθαι ἐν Κυρίῳ, ἢ ἀναστρέφεσθαι κακῶς, καὶ ἔχειν αἰσχρὰν φήμην. Τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰπόντος· οὕτω λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσι τὰ καλὰ ἔργα ὑμῶν, καὶ

καὶ δοξάσωσι τ̃ Πατέρα ὑμῶν τ̃ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Μὴ οὖν ἐκκλίνῃς εἰς τὰς ἀνοδίας ἀπὸ ὁδοῦ εὐθείας, μήποτε περικυκλώσωσί σε θηρίων ἀγρίων πλῆθος, μήποτε συροχὴ ὑδάτων πολλῶν. καί ποτε μεταμεληθήσῃ ὀδυνώμενος. Τίς γὰρ ὀδυνᾶται; Οὐχὶ ὃν τὰ κακὰ περιέχει; Ὁ Θεὸς γὰρ, φιλάνθρωπος καὶ ἀγαθὸς ὑπάρχων, κακὸν οὐ βούλεται τῷ πλάσματι αὐτοῦ. Κατὰ τ̃ λέγοντα· οὐ γὰρ τέρπεται ἐν ἀπωλείᾳ πῶν ζώντων. δικαιοσύνη γὰρ ἀθάνατός ἐστι. Καὶ ἐν ἑτέρῳ λέγει· μηδεὶς πειραζόμενος λεγέτω, ὅτι ἀπὸ τ̃ Θεοῦ πειράζομαι· ὁ γὰρ Θεὸς ἀπείραστός ἐστι κακῶν, πειράζει δὲ αὐτὸς οὐδένα. ἕκαστος δὲ πειράζεται, ὑπὸ τ̃ ἰδίας ἐπιθυμίας ἐξελκόμενος καὶ δελεαζόμενος. εἶτα ἡ ἐπιθυμία συλλαβοῦσα τίκτει ἁμαρτίαν· ἡ δὲ ἁμαρτία ἀποτελεσθεῖσα ἀποκυεῖ θάνατον. Ἐπιθυμία μήτηρ ἁμαρτίας. Αὕτη ἐξέβαλεν Εὔαν ἐκ τοῦ παραδείσου. Αὕτη τ̃ Καΐν ἀδελφοκτόνον ἀπετέλεσεν. Αὕτη ἐποίησε τὴν Αἰγυπτίαν μανῆναι κατ᾽ τοῦ σώφρονος Ἰωσήφ. ὁ δὲ νέος τ̃ Θεὸν φοβούμενος, ταύτην κατέλαβεν. Αὕτη κατέτρωσε τ̃ λαὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ. Αὕτη καθεῖλεν ἔθνη ἑπτὰ ἐν γῇ Χαναάν, δι᾽ ἧς καὶ πρόξωαν τ̃ ποιήσαντα αὐτούς, ὅθεν ἐξωλοθρεύθησαν. Αὕτη ἐξέκλινε τὰς καρδίας τ̃ υἱῶν Ἰσραὴλ ἀπὸ Ὑψίστου. καθὼς γέγραπται· ἵπποι θηλυμανεῖς ἐγενήθησαν, ἕκαστος ἐπὶ τὴν γυναῖκα τ̃ πλησίον αὐτοῦ ἐχρεμέτιζεν. Αὕτη ἠπάτησε τοὺς κριτὰς τ̃ λαοῦ ἐν Βαβυλῶνι. Ἐπιθυμία, κακὴ μήτηρ ἁμαρτίας. Αὕτη ἐξέγειρε πολέμους καὶ παραχὰς ἐπὶ τ̃ γῆς. Αὕτη κατεκεφάλισε τ̃ Ἡρῳδιάδα, αἰτήσασθαι τ̃ κεφαλὴν τοῦ Βαπτιστοῦ. Ταύτην φιλήσας Ἰούδας προέδωκε τ̃ Κύριον τ̃ δόξης εἰς χεῖρας ἀνόμων· χρυσὸν ποθήσας, ζωὴν ἀπώλεσε. Διὸ φύγωμεν πᾶσαν ἐπιθυμίαν κακήν, ἀγαπητοὶ ἀδελφοί. Ταύτην ἀπωσώμεθα ἀπὸ καρδίας ἡμῶν. μὴ φεισώμεθα αὐτῆς. οὐ γάρ ἐστι κάρπιμον· ἀλλ᾽ ἔστι βλάστημα Διαβόλου. Οὐκ ἔστι τραῦμα, οὐδὲ μώλωψ, ὅτε πληγὴ φλεγμαίνουσα· οὐκ ἔστι μάλαγμα ἐπιθεῖναι, ὅτε ἔλαιον, ὅτε κατάδεσμος. τραῦμά ἐστι ψυχῆς, καὶ πληγὴ καρδίας. Αὕτη ἡμᾶς ἀποκόπτει ἀπ᾽ τ̃ τῶν ἁγίων συνοδίας. Αὕτη ἡμᾶς κατασχεῖ ἀπ᾽ τ̃ οὐρανοῦ, καὶ εἰς γῆϊνα συνδεσμεύει. Δένδρον ἐστὶ φύλλα ἔχον, καρπὸν δὲ μηδ᾽ ὅλως. φύλλα ἔχει, καὶ δασῆ, καὶ ἐν τοῖς δασέσιν αὐτοῦ, νοσήματα ἐχιδνῶν. Ἔκκοψον τὸ δένδρον τ̃ κακίας, καὶ φύτευσον ἀντ᾽ αὐτοῦ, ἐν τῇ ψυχῇ σου, δένδρον ζωῆς, τ̃ τίμιον σταυρὸν, τὰς ἐλπίδας

A *vestrum qui in cœlis est*. Ne ergo a via recta divertas in loca invia; ne forte agrestium ferarum multitudo circumdet te, conturbatioque aquarum multarum: & tunc pœnitentia ducaris, dolore afflictus. Quis enim dolet, nisi quem mala detinent? Deus quippe benignus ac bonus quum sit, malum non vult plasmati atque figmento suo; secundum eum qui dicit: *Non enim delectatur in perditione vivorum.* Sap. 1.

B *Justitia enim est immortalis*. Alioque in loco ait: *Nemo quum tentatur, dicat, quoniam a Deo tentatur. Deus enim intentator malorum est, ipse autem neminem tentat. Unusquisque vero tentatur, a concupiscentia propria abstractus & illectus. Deinde concupiscentia quum conceperit, parit peccatum: peccatum vero quum consummatum fuerit, generat mortem.* Jacob. 1.

C Concupiscentia mater est peccati. Hæc Evam ex paradiso ejecit. Hæc Cain fratricidam effecit. Hæc Ægyptiam adversus castum Joseph in rabiem adegit: Juvenis autem Deum timens, hanc dejecit. Hæc populum in eremo prostravit. Hæc gentes septem in terra Chanaan destruxit, per quam creatorem suum exacerbaverant, quare & exterminati sunt. Hæc corda filiorum Israël ab Altissimo declinare fecit: quemadmodum scriptum habetur: *Equi furentes in feminas facti sunt, unusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat.* Hæc judices populi in Babylone decepit. Concupiscentia est prava peccati mater. Hæc bella & tumultus in terra excitat. Hæc Herodiadem ad petendum caput Baptistæ subornavit. Hanc Judas amans, Dominum gloriæ in manus impiorum tradidit: nam aurum appetens, vitam perdidit. Propterea omnem concupiscentiam malam fugiamus, fratres carissimi: hanc a corde nostro depellamus, non parcamus ei: non enim est fructuosa, sed Diaboli germen existit. Non est vulnus, non cicatrix, neque percussio tumens atque inflammans, non est cui malagma imponatur, nec oleum infundatur, neque vincula adhibeantur: sed vulnus est animæ, & percussio cordis. Hæc nos a sanctorum cœtu separat. Hæc nos a cœlestibus divellit, & terrenis conjungit. Arbor est folia habens, fructum vero plane nullum. Folia habet, & quidem densa, & in densitate ejus genimina viperarum demorantur. Arborem malitiæ excinde, & pro ea arborem vitæ in anima tua planta; pretiosam, inquam, crucem, spem Salvatoris, passionesque mortis

Gen. 3. 4. 39. Psal. 95. Josue 14. Hierem. 5. Ezech. 22. Daniel. 13. Jacob. 4. Marc. 6. Matth. 26.

ipsius. Dilectio ejus sit in corde tuo, quemadmodum scopulus in mari propositus, & navigia in pelago tempestatibus exposita ad vitæ portum invitans. Certa tamquam bonus miles, ut coronas assequaris. Dicentem audi: *Pios & abstinentes facite filios Israël.* Quando legitime certaveris, tunc secure Regis dona cognosces. Tunc intelliges bonum, utile, & rectum esse, agnoscere & sustinere Dominum, ejusque mandata servare. Tunc senties labores velut per somnium præteriisse, cum remuneratione hic facta. Quemadmodum diadema in capite Regis sedentis in suo regno, ita gaudium tibi erit & exultatio: & gaudium tuum nemo a te tollet. Concedat porro nobis Dominus, ut misericordiam inveniamus coram bonitate ipsius, & in præsenti seculo, & in futuro. Quoniam ipsi gloria in secula. Amen.

Levit. 15.

πίδας τῦ Σωτῆρος, τὰ παθήματα τῦ θανάτυ αὐτῦ. Ἡ ἀγάπη αὐτῦ ἔστω ἐν τῇ καρδίᾳ συ, ὥσπερ σκόπελος ὢν κείμενος ἐν θαλάσσῃ, ὡσεὶ καλύμμυος τὰ ἐν πελάγει χειμαζόμενα πλοῖα εἰς λιμένα ζωῆς. Ἀγωνίζυ, ὡς καλὸς στρατιώτης, ἵνα ἐπιτύχῃς τῶν στεφάνων. Ἄκυε δὲ λέγοντος· ἐὰν λαβεῖς πρωτεῖτε τὴν γῆν Ἰσραήλ. Ὅταν νομίμως ἀγωνίσῃ, τότε ἐπιγνώσῃ ἀσφαλῶς καὶ τὰς δωρεὰς τῦ Βασιλέως. τότε ἐπιγνώσῃ, ὅτι καλὸν καὶ ὠφέλιμον ἡ ἀγαθὸν τὸ ἐπιγνῶναι, ἢ τὸ Κύριον ἐμπιμπλᾶν, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτῦ τηρεῖν. τότε αἰσθήσῃ τὰς πόνυς, ὡς δι' ὀνείρυ παρελθόντας, τῇ ὧδε ἀνταποδόσει. Ὥσπερ ἀβάδημα ἐπὶ κεφαλῶ βασιλέως καθημένυ ἐπὶ βασιλείας αὐτῦ, ὅτως γίνεταί σοι χαρὰ καὶ ἀγαλλίασις. καὶ τὴν χαράν συ οὐδεὶς ἄρει ἀπὸ σῦ. Δῴη ὑμῖν ὁ Κύριος εὑρεῖν ἔλεος ἐνώπιον τῆς ἀγαθότητος αὐτῦ, καὶ ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τὰς αἰῶνας. ἀμήν.

DE HIS, QUI PROPRIA EXCIDUNT NEGLIGENTIA, EXCUSATIONESQUE IN PECCATIS PRÆTEXUNT.

PARÆNESIS XLI.

FRater, solitariam desideraști vitam? bonum appetiisti opus, si ad finem usque servaveris. Advigila igitur, & tibi ipsi attende, ut sapiens, & non tamquam insipiens; ut monachus, & non quasi a monastico instituto vitam alienam ducere-

Ephes. 6.

res. *Non est enim colluctatio nobis adversus sanguinem & carnem: sed adversus principes & potestates, adversus mundi rectores tenebrarum seculi hujus, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus.* Sobrium ergo & vigilantem te præbe usque in finem; ne forte propria superatus negligentia atque segnitie, stulte dicas & insipienter: Ad monachatum accessi, & nec ibi viam salutis inveni. Cur igitur, frater, gratiam aspernamur Domini? & cur vitam solitariam calumniaris, quum nolis ipse juvari, neque pro tua anima adlaborare? quin potius tuis te abripi finis concupiscentiis ac cogitationum voluptatibus; & vitam adhuc solitariam accusas? Si enim præcepta Domini custodisses, non sane excidisses: &, si timorem Domini dilexisses, etiam tuam animam conservasses. Primum quidem, solitariæ vitæ canonem non servasti: synaxim tuam neglexisti, oblique incedere amasti, & superbiam potius dilexisti. supe-

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΚΠΙΠΤΟΝΤΩΝ ΕΞ ΟΙΚΕΙΑΣ ΑΜΕΛΕΙΑΣ, ΚΑΙ ΠΡΟΦΑΣΙΖΟΜΕΝΩΝ ΠΡΟΦΑΣΕΙΣ ΕΝ ΑΜΑΡΤΙΑΙΣ.

ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ ΜΑ.

Ἀδελφὲ, τὴν μονήρη βίον ἐπεθύμησας; καλῦ ἔργυ ὀρέγῃ, ἐὰν φυλάξῃς εἰς τέλος. Νῆφε οὖν, καὶ πρόσεχε σεαυτῷ, ὡς σοφὸς, καὶ μὴ ὡς ἄσοφος· ὡς μοναχὸς, καὶ μὴ ὡς ἀμόναχος. ἔστι γὰρ ὅτιν ἡ πάλη ἡμῶν πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξυσίας, πρὸς τὺς κοσμοκράτορας τῦ σκότυς τύτυ, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. Νῆφε οὖν ἄχρι τέλους, μήποτε ἡττηθέντος συ ἐν τῇ οἰκείας ἀμελείας καὶ ἀπροσεξίας, εἴπῃς ἐν ἀφροσύνῃ· καὶ εἰς τὴν μοναχὸν ἦλθον, καὶ οὐδὲ ἐκεῖ εὗρον ὁδὸν σωτηρίας. Τί οὖν, ἀδελφὲ, ἀθετῦμέν τὴν χάριν τῦ Κυρίυ; Διατί δὲ καὶ ἀφανύρεις τὴν μονήρη βίον, σῦ μὴ βυληθέντος ὠφεληθῆναι, μηδὲ πονῆσαι περὶ τῆς ψυχῆς συ; ἀλλὰ σωσαπαχθεὶς μᾶλλον ταῖς ἐπιθυμίαις συ καὶ ἡδοναῖς λογισμῶν, καὶ αἰτιᾶσαι ἔτι τὴν μονήρη βίον; Εἰ γὰρ ἐφύλαξας τὰς ἐντολὰς τῦ Κυρίυ, οὐκ ἂν πρέπεσες· καὶ τὸν φόβον τῦ Θεῦ εἰ ἠγάπησας, διετήρει τὴν ψυχήν συ. Πρῶτον μὲν τὸν κανόνα τῦ μοναδικῦ βίυ οὐκ ἐφύλαξας, τὴν σωτηρίαν συ ἠμέλησας, πλανίως πορεύεσθαι ἠγάπησας· ὑψηλοφροσύνην μᾶλλον ἠγάπησας· τὺς μειζοτέρυς συ ὑπε-

ἐξεδένωσας. ἐγκράτειαν οὐκ ἠγάπησας, ἀσηφασίαν δὲ μᾶλλον ἠσάπησας· ἀγρυπνίαν οὐκ ἠσάπησας, τὸ δὲ ἀκόρεστον ὕπνον ἠγάπησας. τὸ ἁγνείαν οὐκ ἠσάπησας· τὸ δὲ μιασμὸν μᾶλλον ἠσάπησας· πραότητα καὶ ταπεινοφροσύνῃ οὐκ ἠγάπησας, ὑπερηφάνειαν δὲ μᾶλλον ἠγάπησας. τὸ ὑποταγὴν οὐκ ἠγάπησας· τὸ δὲ ἀνυποταγὴν μᾶλλον ἠγάπησας· θυμὸν καὶ ὀργὴν οὐκ ἐμίσησας, εὐκολίαν δὲ καὶ μνησικακίαν μᾶλλον ἠσάπησας. ἡσυχίαν καὶ φθογγυλὴν οὐκ ἠγάπησας, κραυγὴν δὲ καὶ ὅρκον μᾶλλον ἠγάπησας. τὸ σεμνότητα καὶ εὐλάβειαν οὐκ ἐφύλαξας, εὐτραπελίαν δὲ μετὰ γελοιασμῶν μᾶλλον ἠγάπησας. σιωπὴν καὶ εὐθύτητα οὐκ ἠγάπησας, πολυλογίαν δὲ καὶ καταλαλιὰν μᾶλλον ἠγάπησας. ἐξάνας ἐν προσευχῇ μετὰ κατανύξεως οὐκ ἠγάπησας, ῥέμβεσθαι δὲ μᾶλλον ἠγάπησας. ἀκτημοσύνῃ οὐκ ἠγάπησας, φιλαργυρίαν δὲ μᾶλλον ἠσάπησας. τὸ ἄσκησιν καὶ φιλοπονίαν οὐκ ἠσάπησας, τρυφὴν δὲ καὶ ἀπαράλλω μᾶλλον ἠγάπησας. ἐργάζεσθαι τῇ ἰδίᾳ χερσὶν οὐκ ἠσάπησας, ἀναπαπεῖν δὲ μᾶλλον ἠγάπησας. φιλαδελφίαν οὐκ ἠγάπησας, χαίρειν δὲ ἐπὶ ἀφεροφῇ κακῇ μᾶλλον ἠγάπησας. συμπαθεῖν θλιβομένοις οὐκ ἠγάπησας, σκληρὸς δὲ καὶ ἀσυμπαθὴς εἶ μᾶλλον ἠγάπησας. θλίψιν καὶ ὀνειδισμὸς ὑπομεῖναι ἀφ' τὸ Κύριον οὐκ ἠγάπησας, πρωκαθεδρείαν δὲ καὶ ἐπαίνους ματαίους μᾶλλον ἠγάπησας. τὸ φόβον Θεοῦ καὶ τὸ ἀγαπᾶν αὐτὸν οὐκ ἐφύλαξας, τὸ δὲ ἀφοβίαν καὶ τὸ μισαδελφίαν μᾶλλον ἠγάπησας. Καὶ τί ἔτι λέγω; Τὰ οὐράνια ἐμίσησας, καὶ τὰ ἐπίγεια ἠγάπησας, καὶ ἔτι τὸ μονήρη βίον αἰτιᾶσαι; Οὐκ οἶδας ὅτι γέγραπται, Ἀπολεῖ Κύριος πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος. καὶ πάλιν. καὶ μὴ λαλεῖτε κατὰ τοῦ Θεοῦ ἀδικίαν, ὅτι ὁ Θεὸς κριτής ἐστιν. Ὁρᾷς, ἀδελφὲ, ὅτι ἡ αἰτία ἐξ ἡμῶν ἐστι, καὶ οὐκ ἐξ ἑτέρων; Ἐλθὲ οὖν εἰς ἑαυτὸν, καὶ ἐπίστρεψον ἐπὶ τὸ Κύριον ἐν ὅλῃ καρδίᾳ· οὐ γὰρ βούλεται τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέφειν καὶ ζῆν αὐτόν. θέλει γὰρ ὁ Κύριος τοὺς πάντας σωθῆναι. ἀγαθὸς γὰρ ὑπάρχει· ἐρρώθης, ἀλλὰ δύνασαι ἰαθῆναι· Ἔπεσας, ἀλλ' ἀνάστηθι μόνον. μὴ ἔκδος ἑαυτὸν εἰς τέλος τῇ ἀπωλείᾳ. αὐτὸς γὰρ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν εἴρηκεν· οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ὑγιαίνοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. καὶ, οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους καλέσαι, ἀλλὰ ἁμαρτωλούς. Διὸ, ἀγαπητὲ ἀδελφὲ, ἀνάσχου, καὶ συμβουλεύσω σοι ῥῆμα· κάθεζου ἐν ἡσυχίᾳ, καὶ ἄγαγε πρὸ ὀφθαλμῶν σου τὸν φόβον τοῦ Κυρίου· καὶ ἐπισωρεύσας σου τοὺς λογισμοὺς, κάθου αὐτοῖς ὡς κριτὴς, καὶ κατάμαθε τὴν ἀφαγωγὴν τοῦ παρελθόντος χρόνου, ἀφ' οὗ καὶ ἦρξω εἰς τὸν μονήρη βίον, ἵνα ἐπιγνῷς

A superiores tuos despexisti: temperantiam non dilexisti, inexplebilem magis edendi voracitatem amasti. Vigilias non es complexus, insatiabilem autem somnum magis amplexus es: castitatem non probasti, sed pollutionem potius amasti: mansuetudinem atque humilitatem non es sectatus, superbiam autem potius dilexisti. Subjectionem atque obedientiam non es sectatus, inobedientiam vero potius es amplexus. Furorem & iracundiam non
B odisti, contentionem autem & injuriarum memoriam magis probasti. Quietem & orationem respuisti; clamores vero & juramenta potius coluisti. Gravitatem & verecundiam non servasti; scurrilitatem autem cum cachinnis magis comprobasti. Taciturnitatem & rectitudinem spreviſti; multiloquium vero & detractionem maluisti. Cum cordis compunctione in precibus consistere non probasti; at evagari potius ac mente distrahi amasti.
C Paupertatem non coluisti; avaritiam vero magis amplexatus es. Exercitatione monastica & labore voluntario non es delectatus; at deliciis & oblectamentis potius gavisus es. Propriis operari manibus, tibi displicuit; quies autem & otium magis placuit. Fraternitatem non amasti; perversione vero improba gaudere potius probasti. Compati tribulatis noluisti; durus autem & commiserationis expers esse maluisti. Tribulationes & improperia pro-
D pter Dominum perferre detrectasti; primos autem accubitus, laudesque vanas potius affectasti. Timorem Dei, & dilectionem ipsius non servasti; contemtum autem timoris ejus, & odium in proximum magis amasti. Quid multa? Cœlestia odisti, & terrena dilexisti: & adhuc vitam solitariam calumniaris? Non nosti, quia scriptum est:
Perdet Dominus omnes qui loquuntur mendacium. Psal. 5. Et rursus: *Nolite adversus Deum loqui*
E *iniquitatem: quoniam Deus judex est.* Psal. 75. Vides frater, causam ex nobis esse, & non ex aliis? In teipsum ergo descende, & ad Dominum in toto corde tuo convertere: *Non enim vult mortem peccatoris; sed magis ut convertatur ipse & vivat.* Ezechiel. 18. Cupit enim Dominus omnes salvos fieri: nam bonus est. Vulneratus es? sed curari poteris. Cecidisti? at resurge dumtaxat. Ne teipsum in finem per-
F ditioni tradas. Ipse enim Salvator dixit:
Non indigent qui sani sunt medico, sed qui male habent. Matth. 9. Et, *non veni vocare justos, verum peccatores.* Marc. 2. Luc. 5. Ideo, frater carissime, patere, & consilium tibi dabo. In quiete ac silentio reside, & præ oculis tuis timorem Domini gerito: colligensque cogitationes tuas, præside illis ut judex; & institutum vitæ temporis præteriti perdisce, ex quo solitariam aggressus es vitam: ut quænam status hujusmodi

modi cauſa tibi fuerit, intelligas, noteſque in corde tuo damnum ac cauſam, & unde talis damni provenerit cauſa. Nam ſi mercator in piratas inciderit, ſive etiam ſubmerſa fuerit navis, & onera perdiderit; non oblivi-
ſcitur loci, ubi eorum jacturam fecit: ſi autem poſt multum temporis acciderit ipſi eundem locum adire, magna
cum ſuſpicione per illum tranſit. Quare & nos illorum imitatores ſimus, aut potius iis prudentiores. Illi corruptibilibus divitiis deperditis, non oblivi-
ſcuntur loci: at nos incorruptibilia negligimus bona. In quiete igitur & ſilentio reſide, ſicut jam dictum eſt; tuaſque
cogitationes recollige, ac ſpiritum die noctuque ſcalpe atque ſcarifica; ut ejuſmodi damni & ſubverſionis cauſam agnoſcas: ne forte ab initio fiduciam libertatemque habueris, quæ piam ac religioſam cogitationem tuam inverterit, moreſque corruperit, ac te inverecundum
impudentemque reddiderit, ne forte
damnum ex multiloquio provenerit. Ne forte cauſa ex gula & crapula exſtiterit. Ne forte ex inobedientia damnum emanarit. Ne forte ex deſiderio & appetitione diverſorum locorum: ne forte ex miniſterii atque diſtractionum occaſione, maximum ſibi malum pararit. Et ubi agnoveris, abſcinde libertatem atque impudentiam pietate. Ne verearis ab hominibus præcepta Domini aſpernantibus appellari hypocrita. Perſpicuum eſt enim, illos non ad fratris correctionem hypocriſis mentionem facere; ſed ut pudore ſuffundatur frater, impudenſque efficiatur, & abhorreat a
recta ſententia. Nam pios ac religioſos, hypocritas nuncupant. Ad quos
Matth.7. Luc.6. ait Dominus: *Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis ejicere feſtucam de oculo fratris tui.* Ne igitur verearis improperia, frater cariſſime,
& diſciplinæ ne te ſubtraxeris: nam indiſciplinatos mors comitatur, ſecundum
ſacram Scripturam: quemadmodum & alio
1. Joan. 3. in loco dicit: *Si cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum.*
1. Petr. 4. Alibique ait: *Si exprobramini in nomine Chriſti, beati eritis: quoniam quod eſt honoris ac gloriæ, & Dei ſpiritus ſuper vos requieſcet. Nemo autem veſtrum patiatur ut homicida, aut fur, aut alienorum appetitor. Si autem ut Chriſtianus, non erubeſcat, ſed glorificet Deum in iſto nomine. Et ſi juſtus vix ſalvabitur, impius & peccator ubi parebunt?* Fuge ergo impuni-

A νῶς τ̃ λογιομῴλω σοι αἰτίαν τ̃ τοιαύτης καταςά-
σεως, καὶ σημειώσαι ἐν τῇ καρδίᾳ σε τὸ βλάβος
καὶ τ̃ αἰτίαν, καὶ πόθεν ἡ αἰτία ἐγκέκυφε τῆς
τοιαύτης ζημίας. Ἐὰν γὰρ περιπέσῃ ἔμπορος
πειρατᾶς, εἴτε ναυαγύχιον γένηται τὸ πλοῖον,
καὶ ἀπολέσῃ τ̃ γόμον, οὐκ ἐπιλανθάνεται τ̃ τό-
που, ἔνθα τ̃ γόμον ἀπώλεσεν· εἰ δὲ καὶ μετὰ χρό-
νον ἱκανὸν συμβῇ αὐτῷ πριέναι τ̃ τόπον, μετὰ φο-
βίας πολλῆς διὰ αὐτοῦ πρέρχεται. ἐσώμεθα οὖν
καὶ ἡμεῖς ἐκείνους μιμούμενοι, μᾶλλον δὲ σοφώ-
τεροι. ἐκεῖνοι τ̃ πλοῦτον τ̃ φθαρτὸν ἀπολέσαντες,
τ̃ τόπου οὐκ ἐπιλανθάνονται· ἡμεῖς δὲ ἄφθαρτον.
Τοιγαροῦν καθέζου ἐν ἡσυχίᾳ, καθὼς προείρηται,
καὶ ἐπισωάγασέ σου τοὺς λογισμούς, καὶ σκάλευε
τὸ πνεῦμά σου, ἡμέρας καὶ νυκτὸς, ἵνα ἐπιγνῷς
τὴν αἰτίαν τ̃ τοιαύτης ζημίας καὶ καταγρόφῃς. μή-
ποτε ἀπ' ἀρχῆς παῤῥησίαν ἐκτήσω, καὶ ἡ παῤ-
ῥησία ἀνέτρεψέ σε τ̃ βέλτιον λογισμὸν, καὶ πὰ
ἤθη διέφθειρε, καὶ ἀναίδη καὶ ἀναίσχυντον ἀπε-
τέλεσε. μήποτε ἐκ τ̃ πολυλογίας τὸ βλάβος
ἐγκέκυφε. μήποτε ἐκ τ̃ γαστριμαργίας ἡ αἰτία
γέγονε. μήποτε ἐκ τ̃ ἀνυποταγῆς τὸ βλάβος
γέγονε. μήποτε ἐξ ὀρέξεων διαφόρων τόπων,
μήποτε ἐκ προφάσεως διακονίας καὶ τ̃ περι-
σπασμῶν τὸ μέγιστον κακὸν πρεσκύασε. Καὶ ἐπιγ-
νὺς ἀπόκοψον τ̃ παῤῥησίαν καὶ τὴν ἀναίδειαν διὰ
τ̃ ὑλαβείας. Μὴ αἰσχυνθῇς κληθῆναι ὑποκει-
τὴς ἀπὸ τῶν ἀθετούντων τὰς ἐντολὰς τ̃ Κυ-
ρίου. δῆλον γὰρ ὅτι οὐκ τ̃ διορθωσιν τ̃ ἀδελφοῦ τ̃
μνήμῃ τ̃ ὑποκρίσεως ἄγουσιν, ἀλλ' ἵνα ἐντραπεὶς ὁ ἀδελφὸς, ἀναίδὴς καὶ ἀναίσχυντος ἐκ ἀμό-
τερος τ̃ δικαίας γνώμης γένηται. τοὺς γὰρ εὐ-
λαβεῖς, ὑποκριτὰς ὀνομάζουσι. πρὸς οὓς ὁ Δεσπό-
της λέγει· ὑπόκριτα, ἔκβαλε πρῶτον τ̃ δοκὸν ἐκ
τ̃ ὀφθαλμοῦ σου, καὶ τότε διαβλέψεις ἐκβαλεῖν
τὸ κάρφος ἐκ τ̃ ὀφθαλμοῦ τ̃ ἀδελφοῦ σου. Μὴ
οὖν ἐντραπῇς τ̃ ὀνειδισμὸν, ἀγαπητὲ ἀδελφέ·
ἀπαιδευσίαν δὲ μὴ ἀναλάβῃς. ἀπαιδεύτοις γὰρ
σωαντᾷ θάνατος, ἡ ἁγία Γραφὴ λέγει. Κα-
θὼς καὶ ἐν ἑτέρῳ λέγει· ἐὰν ἡ καρδία ἡμῶν μὴ
καταγινώσκῃ ἡμῶν, παῤῥησίαν ἔχομεν πρὸς τ̃
Θεόν. Καὶ ἐν ἑτέρῳ λέγει· εἰ ὀνειδίζεσθε ἐν ὀνό-
ματι Χριστοῦ, μακάριοί ἐστε· ὅτι τὸ τ̃ δόξης καὶ
τὸ τ̃ Θεοῦ Πνεῦμα ἐφ' ὑμᾶς ἀναπέπαυται. μὴ
γάρ τις ὑμῶν πασχέτω ὡς φονεὺς, ἢ ὡς κλέ-
πτης, ἢ ὡς ἀλλότριος ἐπίσκοπος. εἰ δὲ ὡς Χρι-
στιανὸς, μὴ αἰσχυνέσθω· δοξαζέτω τ̃ Θεὸν ἐν τῷ
ὀνόματι τούτῳ. καὶ εἰ ὁ δίκαιος μόλις σώζεται,
ὁ ἀσεβὴς καὶ ἁμαρτωλὸς ποῦ φανεῖται; Φεῦγε
πονη-

τοιγαρῶν τὴν παῤῥησίαν, καὶ τ γέλωτα· ἀ γὰρ A
συμβάλλεται τῇ ψυχῇ σε· τίς γὰρ μερὶς πι-
στῷ μ τ ἀπίστε; Ὁμοίως ὃ καὶ τὴν γαστριμαρ-
γίαν δάμασον ἀφ᾽ τ ἐγκρατείας· τὴν φιλαργυ-
ρίαν, ἀφ᾽ τ ἀσκήσεως κ᾽ ἀκτημοσυνης· τ πο-
λυλογίαν, ἀφ᾽ τ σιωπῆς· τ ἀκαθισίαν, ἀφ᾽
τ ὑπομονῆς κ᾽ κελίε· τὴν ὀλιγωρίαν, ἀφ᾽ τ
μνήμης τῶν μελλόντων ἀγαθῶν· τὴν ἀνυποτα-
γὴν, ἀφ᾽ τ ταπεινοφροσύνης. Εἰ ὃ καὶ προ- B
φάσ μισοπονηρίας, τὸ κακόν σοι πρεσκεύασεν
ὁ ἐχθρὸς, κ᾽ λοιπῶ σεαυτὸν ἁγνὸν τήρει· μὴ κοινώνει
ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις· Κατὰ ὃ τ ἐμὴν γνώμην λο-
γίζομαι, ὅτι ἀρχὴ κακῶ γέγονεν ἡ παῤῥησία·
καὶ αὕτη σε ἀναίσχυντον ἀπειργάσατο. Διὸ λέ-
γει· μακάριος ἀνὴρ, ὃς καταπήσει πάντα δι᾽
ὐλάβειαν. Τί ὃ κέρδος ἔχει ὁ κόσμος; ἢ τί
ἀγαθὸν πρέξει τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν; Ε᾽λαβέ τις C
γυναῖκα; ἀρχὴ μεριμνης. Ἐγέννησεν υἱόν; φρον-
τὶς ἑτέρα. Ἐτέχθη ἄλλος; θλιαροτέρα ἡ μέ-
ριμνα. Ἀπέθανεν ὁ εἷς υἱός; ἀπέλιπε τοῖς γο-
νήσασιν αὐτὸν πένθος. Ἐὰν ὃ ᾖ ὁ ζῶν ἀπο-
βῇ πανόφρων, ὀδυνᾶται θ᾽ αὐτῷ μᾶλλον, ἢ θ᾽
τ τεθνηκότος. Ὅταν ὃ ἔλθῃ τῷ ἀνδρὶ ἡ ὥρα
τ θανάτε αὐτῦ, χείρω τ θανάτε τὴν θλῖψιν
λογίζεται, ὅτι τὴν μ᾽ γυναῖκα αὐτῦ κατέλιπε
χήραν, τὰ ὃ τέκνα αὐτῦ ὀρφανά. Καὶ τέτων D
πάντων ἠλευθέρωσέ σε ὁ ζυγὸς τ Χριςε, μο-
ναχὲ, κ᾽ πως πάλιν εἰς τὰ ἀρχαῖα βάλει ἀνα-
πάμψαι; Μὴ ἀπογίνωσκε σεαυτῦ, μηδὲ λέγε,
ὅτι ὐκ ἔτι δύναμαι σωθῆναι. ἀλλὰ καὶ σφόδρα
δυνὴ σωθῆναι. τ φόβον τ Θεε ἀγάπα ἐν ὅλῃ
τῇ ψυχῇ σε, κ᾽ αὐτὸς ἰᾶταί σου τὰ τραύματα,
καὶ ἄτρωτόν σε τ λοιπὸν ἀφυλάξει. ἐν ὅσῳ
γὰρ τ φόβον τ Κυρίε ἀγαπᾷ ἡ ψυχή σε, E
μὴ ἐμπέσῃς εἰς τὰς παγίδας τ Διαβόλε, ἀλλ᾽
ἔσῃ, ὡς ἀετὸς εἰς τὰ ὕψη πετόμενος. Ἐὰν ὃ μ᾽
παῦτα ἀμελήσασα ἡ ψυχὴ, κ᾽ καταφρονήσασα τ
φόβε τ Θεῦ, καθαιρηθεῖσα τ ὑψωμάτων, παί-
ζεται ὑπὸ τῶν κατωπάτων, οἳ κ᾽ καπακαλύψαν-
τες τὰς ὀφθαλμὰς αὐτῆς, ἐλαύνεσιν αὐτὴν εἰς τὰ
πάθη τ ἀτιμίας, ὡς βῦν σωρευθυμθὸν τῇ μη-
χανῇ. Διὸ, ἀγαπητὲ ἀδελφὲ, φροντίσωμεν τ F
ἀληθείας. φροντίσωμεν τ ἑαυτῶν σωτηρίας. φρον-
τίσωμεν τὴν ὥραν τ θανάτε. Μισήσωμεν τὰ
κοσμικὰ πράγματα. παῦτα πάντα ὧδε μένει. παῦ-
τα ὐκ ἐξελεῖται ἡμᾶς ἐν ὥρᾳ τ ἀνάγκης· ὅτε
μεταμελόμενοι, ὐδὲν ὠφελῶμεν· ὅτε παρακα-
λῶμεν θ᾽ ἀφεθῆναι ἡμᾶς, κ᾽ ὐδεὶς ὁ λύων.
Οἴμοι, οἴμοι, οἷα φοβερὰ τυγχάνει ἡ ὥρα τ θα-
νά-

impunitatem, & risum: non enim conducunt animæ tuæ. *Nam quæ pars fidelibus cum infideli?* 1. Cor. 6. Similiter autem & gulam per temperantiam vince; avaritiam per exercitationem & inopiam voluntariam; multiloquium per taciturnitatem; sedendi impatientiam per cellæ tolerantiam; negligentiam per futurorum bonorum memoriam; & inobedientiam per humilitatem. Sin vero & sub prætextu detestationis malitiæ tibi quid mali pararit inimicus, mundum ac castum deinceps teipsum serva, & non communices peccatis alienis. Mea autem sententia arbitror, initium tibi exstitisse malorum impunitatem atque licentiam, quæ & te impudentem effecit. Idcirco ait: *Beatus vir, qui semper est pavidus propter pietatem.* Prov. 28. Quid porro lucri habet mundus? aut quod bonum diligentibus ipsum præbebit? Accepit quis uxorem? Initium curarum. Genuit filium? sollicitudo altera. Nascitur alius? Cura abundantior. Moritur filius unus? Luctum parentibus suis relinquit. Si porro etiam vivens, improbus evaserit atque perversus; magis de eo, quam de mortuo dolent. At quando jam viro, mortis hora obvenerit; graviorem propria ducit morte afflictionem suæ conjugis: eo quod uxorem relinquat viduam, & filios suos orphanos. Ab iis autem omnibus liberum te reddidit jugum Christi, o monache: & quomodo rursus ad antiqua vis reverti? ne ergo tuam ipse salutem desperes; neque dixeris, amplius te salvari non posse: imo salvari te posse confide. Timorem Dei tota anima tua cole, & ipse tua sanabit vulnera, teque absque vulneribus deinceps conservabit. Quamdiu enim Domini timorem colit anima tua, in laqueum diaboli non incides; sed eris velut aquila in sublimia volitans. Sin autem postea anima torpore correpta, Dei timorem contemserit, tunc ab excelsis deturbata, irridetur ab infimis: qui etiam obvelatis ejus oculis, agunt ipsam in passiones ignominiæ, tamquam bovem jugo constrictum. Ideo, frater dilectissime, demus operam veritati: curemus salutem nostram: meditemur horam mortis: odio prosequamur res mundanas. Istæ enim omnes hic manent: istæ nos non eximent ac liberabunt in hora necessitatis nostræ, quando pœnitentes, nihil proficiemus: quando pro remissione deprecabimur, & nullus erit qui absolvat. Hei mihi, hei mihi, quam tremenda erit mortis hora, quando

θανά-

do anima ſeparabitur a corpore! Tunc non comitabitur filium pater, non filiam mater, non uxor maritum, non fratrem frater: ſed ſolum opera, quæ quiſque egit, ſive bona, ſive mala. Præmittamus igitur nobis ipſi opera bona, ut quum hinc abierimus, recipiant nos in civitatem ſanctorum. Quod ſi progreſſum facere velis; regem ipſum abhinc amicum tibi para. Qualem vero putas invenies gloriam, frater cariſſime, ſi amicum regem gloriæ poſthac tibi vindicaveris? Nam ſicut hic ipſum honoras, talem ipſe gradum tibi præbebit: & quantum ei hic inſervis, tantum & ipſe honorabit te ibi. Scriptum eſt enim: *ſed tantum glorificantes me, glorificabo; & qui contemnunt me, ignominia afficientur*. Honora igitur ipſum tota anima tua, ut te honore dignetur ſanctorum. At in quo ipſum poſſidere oportet? Offer illi aurum, & argentum: &, ſi nudum videris, cooperi eum. Quodſi nihil horum ſuppetat tibi, alia ipſi genera auro & argento pretioſiora offer, fidem, ſcilicet, caritatem, continentiam, patientiam, longanimitatem, humilitatem. Abſtine a detractionibus. Serva oculos, ne adſpiciant vanitatem; & manus, ne faciant injuſtitiam. Averte pedes tuos ab omni via mala. Conſolare puſillanimes. Compatere infirmis. Da calicem aquæ frigidæ ſitienti. Da fragmentum panis eſurienti. Ex quibus habes, ex quibus, inquam, ipſe tibi largitus eſt, offer ei. Etenim duo minuta viduæ non repudiavit Chriſtus. Quid porro etiam Elias poſtulavit a vidua? nonne modicum aquæ in vaſe, & buccellam panis? Surgens enim Elias abiit in Sarepta Sidonis: quumque appropinquaſſet portæ civitatis, ecce apparuit ei mulier vidua, colligens ligna. Et clamans poſt eam Elias, dixit ei: cape nunc mihi paululum aquæ in vaſe, ut bibam. Illaque pergente ut acciperet, clamavit poſt eam Elias, & dixit: cape nunc mihi obſecro, & buccellam panis in manu tua. Vides cariſſime, quibus alebantur ſancti Prophetæ? modica nimirum aqua, & buccella panis, & quidem cum anguſtia: omne quippe ſtudium ponebant in bonis, quæ ipſis in cœlo repoſita erant. Diligamus igitur & nos viam Sanctorum, fratres cariſſimi. Dum tempus adhuc nobis ſuppetit, præſtemus in eo fructum pœnitentiæ bonum. Ne tempus pœnitentiæ idoneum deperdamus: nec imaginibus atque ſimulaeris hujus ſeculi diſtrahamur: neque cum viris

1. *Reg.* 2.

Pſal. 119.

Matth. 10.
Marc. 9.

Marc. 12.
Luc. 21.
3. *Reg.* 17.

A θανάτε, ὅτε χωρίζεται ἡ ψυχὴ ἀπὸ τ σώματος. Τότε δ πατὴρ συνοδεύει υἱῷ, δ μήτηρ θυγατρὶ, δ γυνὴ ἀνδρὶ, οὐκ ἀδελφὸς ἀδελφῷ, εἰ μὴ ἔργε αἱ πράξεις, οἷς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε φαῦλον. Τοιγαροῦν προαποστείλωμεν ἑαυτοῖς πράξεις ἀγαθὰς, ἵνα ὅταν πορευθῶμεν, δέξωνται ἡμᾶς εἰς τ πόλιν τ ἁγίων. Ἐὰν βούλει προκόπτειν, αὐτὸν τ Βασιλέα φίλον κτῆσαι

B ἀπεντεῦθεν. οἵαν δόξαν δοκεῖς εὑρεῖν, ἀγαπητὲ ἀδελφὲ, ἐάνπερ ἀπεντεῦθεν κτήσῃ φίλον τ Βασιλέα τῆς δόξης; Ὡς γὰρ τιμᾷς ὧδε, τοιοῦτον βαθμὸν πρέξει σοι· καὶ οἷος δηλθεις αὐτῷ ὧδε, τοσοῦτον καὶ αὐτὸς τιμήσῃ σε ἐκεῖ. Γέγραπται γὰρ· ἀλλ' ἢ τὸς δοξάζοντάς με δοξάσω, καὶ οἱ ἐξουθενοῦντές με ἀτιμαθήσονται. Τίμα οὖν αὐτὸν ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ σε, ὅπως ἀξιώσῃ σε τ τιμῆς τ

C ἁγίων. Ἐν τίνι ὢ δεῖ κτήσασθαι αὐτόν; Πρόσφερε αὐτῷ χρυσίον, ἀργύριον· ἐὰν ἴδῃς γυμνὸν, περίβαλε. εἰ δ' ὐχ ὑπάρχῃ σοι ὅλως ἐν τούτων, πρόσφερε αὐτῷ ἕτερα ἤδη τ χρυσίε καὶ τ ἀργυρίε τιμιώτερα, φίσιν, ἀγάπην, ἐγκράτειαν, ὑπομονὴν, μακροθυμίαν, ταπεινοφροσύνην. Ἀπέχε ἀπὸ καταλαλιᾶς. τήρει σε ὀφθαλμὸς, τ μὴ ἰδεῖν ματαιότητας· καὶ τὰς χεῖράς σε, μὴ ποιεῖν ἄδικον. τὸς πόδας σε ἀπόστρεφον ἀπὸ

D ὁδοῦ κακῆς. Παρακάλει ὀλιγοψύχους· συμπάθησον ἀσθενοῦντας. Δὸς ποτήριον ψυχρῷ διψῶντι· δὸς κλάσμα ἄρτε πεινῶντι. Ἐξ ὧν ἔχεις, ἐξ ὧν αὐτός σοι ἐχαρίσατο, πρόσφερε αὐτῷ· Καὶ γὰρ τὰ δύο λεπτὰ τ χήρας οὐκ ἀπεβάλετο ὁ Χριστός. Τί ὖ καὶ ἠτήσατο Ἠλιὰς παρὰ τ χήρας; ὐχὶ ὀλίγον ὕδωρ εἰς ἄγγος, καὶ ψωμὸν ἄρτε; Καὶ ἀναστὰς Ἠλίας ἐπορεύθη εἰς

E Σαρεπτὰ τ Σιδῶνος. καὶ ἤγγισεν εἰς τ πυλῶνα τ πόλεως· καὶ ἰδὸ χήρα γυνὴ συλλέγουσα ξύλα: καὶ ἐβόησεν ὀπίσω αὐτῆς Ἠλιὰ, καὶ εἶπε· λήψῃ δή μοι ὀλίγον ὕδωρ εἰς ἄγγος, καὶ πίομαι· καὶ ἐπορεύθη λαβεῖν, καὶ ἐβόησεν ὀπίσω αὐτῆς Ἠλιὰ, καὶ εἶπε· λήψῃ δή μοι καὶ ψωμὸν ἄρτε ἐν τῇ χειρί σε. Ὁρᾷς, ἀγαπητὲ, ἐν τίσιν ἐτρέφοντο οἱ ἅγιοι προφῆται; ἐν ὀλίγῳ ὕδα-

F τι καὶ ψωμῷ ἄρτε, καὶ αὐτῷ μὴ ἐνοχείας· εἶχον γὰρ τ πᾶσαν σπουδὴν εἰς τὰ ἀποκείμενα αὐτοῖς ἀγαθὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ἀγαπήσωμεν οὖν καὶ ἡμεῖς τὴν τ ἁγίων ὁδὸν, ἀδελφοὶ ἀγαπητοί. ὡς ἔτι ἔχομεν καιρὸν, ποιήσωμεν αὐτῷ καρπὸν καλὸν μετανοίας. Μὴ ἀπολέσωμεν καιρὸν ἐπιτήδειον εἰς μετάνοιαν. μηδὲ μετεωρισθῶμεν ταῖς φαντασίαις τ κόσμε τούτε. μηδὲ μετ' ἀνδρῶν, ἐν ἀφα-

βία

εἰᾳ Θεῦ δ ιατελούντων τὰ ἔργα αὐτῶν, μὴ συνά-
ψωμεν ἑαυτοὺς, μηδὲ ζηλώσωμεν τὰ ἔργα τ παρ-
αφρονούντων τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας. καπὰ τὸ λό-
γιον τ Ἀποστόλου· φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμι-
λίαι κακαί. Καὶ ἐν ἑτέρῳ λέγει· ἐπιλαβοῦ ἐμῆς
παιδείας, μὴ ἀφήσεις, ἀλλὰ φύλαξον ἑαυτῷ εἰς
ζωήν σε· ὁδοὺς ἀσεβεῖς μὴ ἐπέλθῃς, μηδὲ ζηλώ-
σῃς ὁδοὺς παρανόμων. ἐν ᾧ ἂν τόπῳ στρατοπεδεύ-
σωσι, μὴ ἐπέλθῃς ἐκεῖ, ἔκκλινον ἀπ' αὐτῶν, B
καὶ παρέλλαξον. ἐὰν γὰρ μὴ ὑπνώσωσιν, ἐὰν μὴ κα-
κοποιήσωσιν· ἀφαρπάζεται ὁ ὕπνος αὐτῶν, καὶ ἐὰν γὰρ
κοιμῶνται. οἴδε γὰρ σιτοῦνται σῖτα ἀσεβείας, οἴνῳ
δὲ παρανόμῳ μεθύσκονται. αἱ δὲ ὁδοὶ τ δικαίων φω-
τὶ λάμπουσι, προπορεύονται καὶ φωτίζουσιν, ἕως ἂν
κατορθώσῃ ἡμέρα. Καπάλιν λέγει· μὴ γίνου ἑταῖρος
ἀνδρὶ θυμώδει. φίλῳ δὲ ὀργίλῳ μὴ συναναλίζου· μή-
ποτε μάθῃς τ ὁδῶν αὐτοῦ· λάβῃς βρόχους τῇ σῇ ψυ-
χῇ. Καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ λέγει· ὅτοί εἰσι πηγαὶ ἄνυ-
δροι, καὶ ὁμίχλαι ὑπὸ λαίλαπος ἐλαυνόμεναι, οἷς ὁ
ζόφος τοῦ σκότους εἰς αἰῶνα τετήρηται. ὑπέρογκα μα-
ταιότητος φθεγγόμενοι, δελεάζουσιν ἐν ἐπιθυμίαις
σαρκὸς ἀσελγείας, τοὺς λόγους ἀποφεύγοντας
τοὺς ὄντως, καὶ τοὺς ἐν πλάνῃ ἀναστρεφομένους· ἐλευ-
θερίαν αὐτοῖς ἐπαγγελόμενοι, αὐτοὶ δοῦλοι ὑπάρ-
χοντες τ φθορᾶς. ᾧ γάρ τις ἥττηται, τούτῳ καὶ D
δεδούλωται. οἱ γὰρ ἀποφυγόντες τὰ μιάσματα τοῦ
κόσμου τούτου, ἐν ἐπιγνώσει τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ
Χριστοῦ, τούτοις δὲ πάλιν ἐμπλακέντες ἡττῶνται·
γέγονεν αὐτοῖς τὰ ἔσχατα, χείρονα τ πρώτων. Καὶ
πάλιν λέγει ἐν ἑτέρῳ· ἀναλάβωμεν ὃ ὑμᾶς σκο-
πεῖν τοὺς τὰς διχοστασίας καὶ τὰ σκάνδαλα, παρὰ
τ διδαχὴν ἣν ὑμεῖς ἐμάθετε, ποιοῦντας. καὶ ἐκκλί-
νατε ἀπ' αὐτῶν. οἱ γὰρ τοιοῦτοι τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ
Χριστῷ οὐ δουλεύουσιν, ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν κοιλίᾳ· καὶ E
διὰ τῆς χρηστολογίας καὶ εὐλογίας ἐξαπατῶσι τὰς
καρδίας τ ἀκάκων. Φύγωμεν οὖν τ πλατεῖαν
ὁδὸν, τ ἀπάγουσαν εἰς τὴν ἀπώλειαν· ποθήσω-
μεν δὲ τ στενὴν, τ ἀπάγουσαν εἰς τὴν αἰώνιον βασι-
λείαν. Πονέσωμεν ὧδε ἑκουσίως, ἵνα δὲ ἡμᾶς πο-
νέσαι ἀκουσίως. Μισήσωμεν τ ἐμπαθῆ κόσμον, καὶ
τὸν ἐμπαθῆ βίον. Ποιήσωμεν ἑαυτοῖς τροχιὰς F
ὀρθάς. Ἀγαπήσωμεν τὴν σωφροσύνην, ζέοντες πρὸς
Κύριον τῷ πνεύματι. Κλαύσωμεν ὧδε ἑκουσίως,
ἵνα Θεὸν εὐσωπήσαντες, ἐξέλωνται ἡμᾶς δὲ αἰωνίου
πυρὸς καὶ βρυγμοῦ τ ὀδόντων. Ἀγαπήσωμεν τὸ
πένθος, ὅτι δὲ Χριστοῦ ἐστὶν ἐντολή· αὐτὸς γὰρ εἴρη-
κε· μακάριοι οἱ πενθοῦντες νῦν, ὅτι αὐτοὶ παρα-
κληθήσονται. Ἐννοηθῶμεν, ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ,
τοὺς τ θάλασσαν πλέοντας, οἵοις κινδύνοις περι-

A viris opera ſua abſque timore Dei peragentibus nos ipſos conjungamus: neque eorum imitemur opera, qui propriam ſalutem deſpiciunt, ſecundum illud Apoſtoli effatum: *Corrumpunt mores bonos colloquia mala*. Alioque in loco dicit Scriptura: *Apprehende diſciplinam meam, ne dimittas eam, ſed cuſtodi eam tibi ad vitam tuam. Vias impias ne ingrediaris, neque æmuleris vias iniquorum. In quocumque loco caſtrametati fuerint, ne tranſeas illac: verùm declina ab eis, & abſcede: non enim ſomnum capient, niſi malefecerint: ablatus eſt enim ſomnus eorum, & non dormiunt: Comedunt enim eſcas impietatis, & vino iniquo inebriantur. Juſtorum autem viæ inſtar lucis fulgent, procedunt, & illuminant, donec dirigat ſe dies.* Et rurſus ait: *Noli eſſe ſodalis viro furioſo; neque cum amico iracundo cohabites: ne forte diſcas vias ejus, ſumaſque laqueos animæ tuæ.* Alioque in loco iterum: *Hi ſunt fontes ſine aqua, & nebulæ turbine exagitatæ, quibus caligo tenebrarum in æternum reſervata eſt. Superba enim vanitatis loquentes, ineſcant in deſideriis carnis luxuriæ eos, qui ſermones rectos effugiunt, & in errore converſantur, libertatem illis promittentes, quum ipſi ſint ſervi corruptionis. A quo enim quis ſuperatus eſt, hujus ſervus efficitur. Si enim refugientes coinquinationes mundi iſtius in cognitione Domini Noſtri Jeſu Chriſti, his rurſus implicati ſuperantur, facta ſunt eis poſteriora deteriora prioribus.* Rurſuſque alibi: *Rogamus autem vos, ut obſervetis eos, qui diſſenſiones & offendicula præter doctrinam, quam vos didiciſtis, faciunt; & declinate ab illis. Hujuſmodi enim Domino Noſtro Jeſu Chriſto non ſerviunt, ſed ſuo ventri: & per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentium.* Fugiamus ergo latam viam, quæ abducit in perditionem; appetamus autem arctam & anguſtam, quæ in æternum deducit regnum. Laboremus hîc bono & alacri animo, antequam coacte nobis laborandum ſit. Mundum perturbationibus ac paſſionibus obnoxium, vitamque male affectam oderimus. Rectos nobis ipſi curſus faciamus. Studium ac diligentiam amemus, ferventes ſpiritu erga Dominum. Ploremus hîc ſponte, atque libenter, ut Deum placatum reddentes, eripiat nos ab æterno igne, & ſtridore dentium. Diligamus luctum, quoniam Chriſti præceptum eſt. Ipſe enim dixit: *Beati qui lugent nunc, quia ipſi conſolabuntur.* Conſideremus, fratres cariſſimi, eos qui per mare navigant: qualia ſubeant pericula, cum fluctibus

1. Cor. 15.

Proverb. 4.

Proverb. 22

Jud. 1.

2. Pet. 2.

Rom. 16.

Matth. 5.

decertantes, & amplitudinem marium transmeantes. Quando autem quis tempus conductionis suæ impleverit, non reputat pericula, quæ in mari decertans sustinuit, propter gaudium: quia plenam mercedem suam accepit; quin & alacrior ad navigandum in mari hinc redditur. Illi quidem quando finiunt, tunc incipiunt: at nos, fratres carissimi, si assequamur, ut bene finiamus propositum nobis certamen, non amplius nobis necessitas incumbet iterum eundem cursum instituendi, quum id sit impossibile. Exiguum certamen est, fratres, & mercedis retributio ineffabilis. Vigilemus igitur, & diligentes simus in opere Domini, carissimi, toto corde ac viribus, donec tempus habemus. Quemadmodum enim dona ejus, Sanctorumque vocatio non revocantur; ita & contraria contrariis sunt ab initio præparata. Idcirco beatus vir, qui timet Dominum: quoniam ab ipso coronam accipiet, quam præparavit diligentibus se. Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Rom. 11. *Jacob.* 1.

A μᾶλλον δὲ καὶ προθύμως καθίστανται τὸ πλεῖν ἐν τῇ θαλάσσῃ. Ἐκεῖνοι μὲν, ὅτε τελέσωσι, τότε ἄρχονται. Ἡμεῖς δέ, ἀγαπητοὶ ἀδελφοί, ἐὰν φθάσωμεν καλῶς

B τελέσαι τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα, οὐκέτι ἡμῖν ἀνάγκη ὑπάρχει, πάλιν τῷ αὐτῷ δρόμῳ χρήσασθαι· ἀδιάπαυστον γὰρ ὄντως τοῦτο. Μικρὸς ὁ ἀγών, ἀδελφοί· καὶ ἀνεκδιήγητος ἡ μισθαποδοσία. Ἥκωμεν οὖν εἰς τὸ ἔργον τοῦ Κυρίου, ἀγαπητοί, ἐν ὅλῃ καρδίᾳ καὶ δυνάμει, ὡς καιρὸν ἔχομεν. Ὥσπερ γὰρ ἀμεταμέλητα τὰ χαρίσματα αὐτοῦ, καὶ ἡ κλῆσις

C τοῖς ἁγίοις· οὕτως καὶ τὰ ἐναντία τοῖς ἐναντίοις ἡτοίμασται ἀπ' ἀρχῆς. Διὸ μακάριος ἀνὴρ, ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον, ὅτι παρ' αὐτοῦ λήψεται τὸν στέφανον, ὃν ἡτοίμασε τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

AD FRATREM QUI EXCIDIT, ET DE POENITENTIA.

PROS ADELFON EKPESONTA, KAI PERI METANOIAS.

PARÆNESIS XLII.

PARAINESIS MB.

SUB obedientia Patris spiritualis constitutis suggerit inimicus, dicens: Discede hinc, & privatim habita, ut quiescas magis. Et si frater cogitationibus ejusmodi consenserit, a fraternitate recedit. Sin autem viderit inimicus cogitationem fratris paululum attendere sibi; tunc suggerit ipsi, dicens: Ingredere in interiorem eremum. Deinde confidente fratre per aliquod tempus in eremo, tunc affert ei honestatis inimicus Dæmon cogitationem tædii, temporisque productionem, ac rerum necessariarum penuriam, senectutis imbecillitatem, & solitudinis molestiam. Et si inimicus fratrem commovere potuerit, etiam inde ipsum extrahit, transportatque prope castellum, aut civitatem. Tum vero fornicationem ei intentat. Quare frater ab accessu ad civitatem se continet, neque castellis ac vicis appropinquat. Tunc cernens inimicus propositum fratris, incitamenta ac machinamenta excogitat, quibus fratrem dejiciat: ex quibus unum est istud. Quadam die dum frater in cella quiescit, mulierem subornat, quæ januam ejus pulset, prætextu quod à via aberrarit, & metu perculsa sit; vel quod pro eleemosyna venerit; aut etiam prætexit, se monachum

D Τοῖς ἐν ὑποταγῇ καθεζομένοις πνευματικοῦ πατρὸς ὑποβάλλει ὁ Ἐχθρὸς, λέγων· ἀποχώρει ἐντεῦθεν, καὶ οἴκει κατ' σεαυτὸν, καὶ ἀναπαύῃ μᾶλλον. Καὶ ἐὰν συγκατατίθηται ὁ ἀδελφὸς τοῖς τοιούτοις λογισμοῖς, χωρίζεται τῆς ἀδελφότητος. Καὶ ἐὰν ἴδῃ ὁ Ἐχθρὸς, ὅτι νήφει ὁ λογισμὸς τοῦ ἀδελφοῦ μικρὸν, ὑποβάλλει αὐτῷ, λέγων· εἴσελθε εἰς τὴν ἐνδοτέραν ἔρημον. Εἶτα καθίσαντος τοῦ

E ἀδελφοῦ, χρόνον τινὰ, ἐν τῇ ἐρήμῳ, τότε προσφέρει αὐτῷ ὁ μισόκαλος Δαίμων τὸν λογισμὸν τῆς ἀκηδίας, καὶ τὸ ἔκπαμα τοῦ χρόνου, καὶ τὴν σπάνιν τῶν χρειῶν, καὶ τὴν ἀσθένειαν τοῦ γήρως, καὶ τὸν κόπον τῆς ἐρήμου. Καὶ ἐὰν ἰσχύει ὁ Ἐχθρὸς σαλεῦσαι τὸν ἀδελφὸν, ἀναστᾷ αὐτὸν κἀκεῖθεν, καὶ φέρει αὐτὸν πλησίον κώμης ἢ πόλεως. Τότε ὑπτιάζουσιν αὐ-

F τῷ τὴν πορνείαν. Οὕτω ἀδελφὸς ἐγκρατεύεται τοῦ μὴ εἰσιέναι ἐν τῇ πόλει, μήτε εἰς κώμας προσεγγίζειν. Τότε θεασάμενος ὁ Ἐχθρὸς τὸν σκοπὸν τοῦ ἀδελφοῦ, πᾶσι κινήσει καὶ τεχνάσμασιν ὑφαίνει, ἐν οἷς βάλῃ καταβαλεῖν τὸν ἀδελφόν. Ἐξ ὧν ἡ μία ἐστὶν αὕτη. Ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν, ἡσυχάζοντος τοῦ ἀδελφοῦ ἐν τῷ κελλίῳ, προσκαλεῖται γυναῖκα, κρύψαι αὐτῷ, προφάσει πλανωμένης καὶ ὀλιγοψυχούσης, ἢ ὡς δι' ἐλεημοσύνην ἐλθούσης, ἢ προφασίζεται

nachum

οἰζεται μοναχὸν γνώειμον ὂπιζητεῖν. Ὁ οὖν ἀδελ- A
φὸς ἀνοίξας τ̃ θύραν αὐτ̃, ορᾷ τὴν γυναῖκα, πεει-
ςαμένην ἐν τῇ αὐτ̃ κελλῃ. καί φησιν τὸ γύναιον.
κύει ἀββᾶ· Πᾶ μένει ὁ δεῖνα μοναχὸς; κὴ, ὅτι
κέκλικεν ἤδη ἡμέρα, ποίησον ἀγάπην ὑποδέξαι
ἡμᾶς ἔσω τῆς θύρας σ̃, τὴν νύκτα ταύτην, μή-
ποτε πλανωμένων ἡμῶν, φάγωσιν ἡμᾶς τὰ θηεία.
Πολλάκις δὲ καὶ ἄλλην συμπαίκτειαν φέρει μθ' ἑαυ-
τῆς ὁ γύναιον· ἴσως ὂ κὴ ἀναλώματα βαςάζουσι κὴ B
χρείας, ἐν οἷς βύλον) δελιάσαι τὸν ἀδελφόν. Τότε
πολεμεῖ ὁ ἀδελφὸς ἐξ ἑκατέρων τ̃ λογισμῶν, καὶ
δειμαίνε), ὡς ἄπλαγχνος, ὑπεσεῖν τῆς ἐντο-
λῆς· μήποτε ὂ κὴ ἀφ' τοῦ ἀγαθοῦ θηρευθῇ αὐτ̃
ἡ ψυχὴ. ἵνα ὂ μὴ μηκύνωμθ τ̃ λόγον· ἥτηται ὁ
μοναχὸς τῇ ἐπιθυμίᾳ. καὶ μ̃ ὁ σωτελεσθῆναι
τὴν ἀνομίαν, ἐάνωθ βληθῇ ἐξαποςεῖλαι αὐτὴν,
ἀποκείνε) αὐτῷ, λέγουσα· ὅτε με ἐταπείνωσας, C
ἐξαποςέλλεις με ἀπό σ̃; ἵνα πᾶ πορευθῶ; πῶς
δὲ ὀφθήσομαι τῷ πρόσωπῳ τ̃ γονέων μ̃; μὴ δύνα-
ται κρυβῆναι ὁ πρᾶγμα. ἀσφαλῶς οὖν γίνωσκε,
μοναχὲ, ὅτι ὐκέτι ἀφίςαμαι ἀπό σ̃, ἀλλὰ καὶ
μ̃ σ̃ καθέζομαι ἐν τῷ κελίῳ σ̃, κὴ ὅθεν θέλῃς,
ἀπότρεφέ με. Τότε ἄρχε) ὁ μοναχὸς θρηνεῖν
ἑαυτὸν, ὅτι ὅλως ἤνοιξε τὴν θύραν τ̃ κελίυ αὐτ̃. D

Ταῦτα ὃν γινώσκων, μοναχὲ, τήρει σεαυτόν.
Ἐὰν γὰ ἐμπέσῃς εἰς τοὺς βρόχυς αὐτῆς, πόπῳ
ὐκβλῆσαί σε δυνήσῃ. βρόχοις γὰ, φησὶ, τοῖς ἀπὸ
χειλέων ἐξώκειλεν αὐτόν. Προγινώσκων τοιγαρ̃ν,
τί ἔςαι τὰ ἔσχατα τῆς ἁμαρτίας, καὶ οἵαν ἀτιμίαν
προξενεῖ τοῖς χρωμένοις αὐτῇ εἰς τὰ παιδία τα-
τα, φεῦγε ὐκ τῆς ἡδυπαθείας· οἱ γὰ καρποὶ αὐ-
τῆς, καρποὶ αἰσχύνης. Καὶ πρὸ μὲν τῆς ἡδονῆς,
ἐπιθυμία· μ̃ δὲ τὴν ἡδονὴν, λύπη. ἀναλόγισαι
ὃν ὅτι τὴν ἡδονὴν λύπη ἀκολουθεῖ). Καὶ φεῦγε E
τὴν ἁμαρτίαν. λογιζόμθος τὴν αἰσχύνην τ̃ ἀν-
θρώπων, μᾶλλον ὂ τὸν φόβον τ̃ Κυρίυ. Ἀπόδιοκε
ὃν τὸν Δαίμονα τ̃ θέλοντά σε ἀπατῆσαι, καὶ τοὺς
πόνυς συλῆσαι, ὅπως ἀλύπως ἀκολουθήσῃς. Οἶδεν
γὰρ ὁ καρδιογνώςης Κύριος, ὅτι ὐ πονηρίας χάριν,
ἢ μισανθρωπίας, ἀποβάλλεις τὸ γύναιον, ἀλλ' ἵνα
μὴ ἀφ' ὑ ἀγαθῦ, τὸ κακόν σοι κατεργάσηται. Εἰ F
δέ τις λέγῃ. ὅτι καλὴ ἡ φιλοξενία. σύμφημι κἀγώ.
ὁ οὖν φιλόξενος ἀνὴρ μιμήσαθ ὀφείλει τῷ δοκιμά-
ζοντι ἀργύριον ἐν χωνευτηρίῳ· τὸ καθαρὸν λήψεται
ἑαυτῷ, πρόφε) ὂ τὸ ἀδόκιμον. τυτέςι, τ̃ ἐντολὴν
τήρησον, ἀπὸ δὲ τῆς ἁμαρτίας φεῦγε, ὡς ἐκ ςόματος
ὄφεως. Ὁ γὰ εἰπὼν, ξένος ἤμην, καὶ συνηγάγετέ με.
εἶπε καὶ, ὁ πορνεύσῃς. Νῆφε ὐν τῇ νεότητί σ̃. Νῆ-
φε, μήποτε ἀμελήσας, εὑρεθῇς τοῖς πάθεσι δουλεύων

nachum aliquem notum inquirere. Frater itaque oſtium aperiens ſuum, videt mulierem in ſua conſiſtentem cella: quæ ait ad illum: Domine Abba, ubi certus quidam moratur monachus? Et quia inclinata jam eſt dies, fac caritatem ſuſcipiendi nos intra fores tuas iſta nocte: ne forte oberrantibus nobis, comedant nos feræ ſilveſtres. Sæpe etiam aliam ſecum adducit deceptricem mulier. Forte etiam expenſas deferunt, & res neceſſarias, quibus fratrem ineſcare volunt. Tunc frater cum utriſque pugnat cogitationibus, metuitque, ne velut immitis atque immiſericors præcepto excidat, & ne forte etiam boni occaſione capiatur ejus anima. Sed ne in longum protrahamus ſermonem, ſi concupiſcentia victus fuerit monachus, & poſt conſummatum ſcelus ſi emittere eam voluerit, reſpondet illi dicens: Quando me humiliaſti, ac compreſſiſti, a te dimittis, & ut quo velim abeam? At quo pacto ante conſpectum parentum meorum comparebo? An poterit amodo res celari? Certo igitur ſcias, monache, non amplius me à te abſceſſuram: quin etiam tecum in tua cella conquieſcam, & unde voles, me ſuſtentes. Tunc ſeipſum monachus deflere incipit, quod prorſus januam ſuæ cellæ aperuiſſet.

Iſta igitur ſciens, monache, teipſum cuſtodi. Nam ſi in ejus laqueos incideris, difficulter te explicare poteris. Laqueis enim, inquit, qui a labiis ſunt, pertraxit eum. Quare prænoſcens quæ peccati futura ſint noviſſima, qualemque committentibus illud infamiam poſtea conciliet, fuge voluptatem carnalem: quippe cujus fructus, pudoris atque infamiæ fructus ſunt. Et ante voluptatem quidem concupiſcentia, poſt voluptatem autem dolor. Perpende ergo animo, quod voluptatem dolor conſequatur, & fuge peccatum, mente complectens hominum infamiam, ſed magis timorem Domini. Repelle igitur abs te Dæmonem volentem te decipere, & labores tuos abripere; ut abſque triſtitia permaneas. Novit quippe cordium ſcrutator Dominus, quod non malitiæ cauſa, aut humano aliquo odio, mulierem reſpuas: verum ut non per bonum tibi opereris malum. Si autem quis dicat, rem bonam eſſe hoſpitalitatem: conſentio & ego. At hoſpitalis vir imitari debet eum, qui aurum in fornace probat, purumque ſibi accipit, improbatum vero deſpicit. Hoc eſt, mandatum obſerva; a peccato autem velut ab ore ſerpentis fuge. Nam qui dixit: *Hoſpes eram, & collegiſtis me*: dixit etiam: *Non fornicaberis*. Sobrium igitur

Proverb. 7.

Matth. 25.
Matth. 5.
Exod. 22.

igitur ac vigilantem te præbe in juventute tua. Vigilanter attende, ne forte otio atque torpori indulgens, inveniaris pravis affectionibus ſerviens a juventute uſque ad ſenectutem. Nam qui in mari naufragium facit, forſitan & vigilavit & decertavit: verum magna fluctuum inſultatio ipſum obruit. Qui autem in portu naufragatur, ſimilis eſt illi, qui mera ſua negligentia navem domini ſui in profundum deducit ac perdit. Tu ergo in portu verſaris, monache, ſiquidem tibi ipſi attendas. Propterea neque nobis in vicis ac caſtellis converſari expedit. Sin autem te ad oppidum ſeu caſtellum abeundi urſerit neceſſitas, ne colloquiis diſtraharis mulierum. Quemadmodum enim qui hamũ deglutit, ita tua abripietur anima. Vigila igitur, quia non procul abeſt prolapſio. Cum modeſtia ac timore Dei adverſus tentationem decerta: nam fornicationis mater eſt impudentia. Quod ſi te liberius agentem, & accedentem ad ipſas viderint, ad pejus incitantes, dejicient te. Verũ etiamſi verecundus ſis ac modeſtus, non confidas tibi: ſed advigila, ne forte compunctionis & pietatis prætextu, mentem tuam verbis blandiloquis corrumpant: dixit enim quidam ſanctorum: Sermones proferunt, affectum animi emollire conantes. At certe quemadmodum dixit Salvator: *Ecce ego mitto vos, ſicut oves in medio luporum: eſtote ergo prudentes, ſicut ſerpentes, & ſimplices ut columbæ*: Admonet autem & per Apoſtolum dicens: *Nolite fieri imprudentes, ſed intelligentes, quæ ſit voluntas Domini: Et nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria*. Certo igitur ſcias, cariſſime, quod ſi fueris ut aurum purum in mundo, & ad inſtitutum profectus monaſticum, neglexeris te ipſum, non tardabis fieri ſicut plumbum. Et ſi iterum ad monaſticum vitæ genus veniens, Dominum in veritate dilexeris; non tardabis fieri ut margarita, non habens maculam, aut rugam, vel quid hujuſmodi: ſed eris immaculatus omni ex parte.

Matth. 10. *Luc.* 10.

Epheſ. 5.

Et iſtud te rurſus noſſe volo, quod qui committit peccatum, gravius bellum habet eo qui ſe continet. Nam ſicut qui lutum in aliquem locum infundit, fœtorem reddit abundantiorem: ita & qui non ſe continet, paſſionem auget. Intellige, quod ſi teipſum neglexeris, in fine te pœnitebit: quum dicat Apoſtolus: *Qui ſine uxore eſt, ſollicitus eſt quæ Domini ſunt, quomodo placeat Domino. Qui autem uxorem habet, ſollicitus eſt quæ ſunt Mundi, quomodo placeat uxori; & diviſus eſt*. Tu vero, monache, non mundanam elegiſti ſollicitudinem, ſed quo pacto placeas Domino;

1. Cor. 7.

A ἀπὸ νεότητος, ἕως γήρως. Ὁ γὰρ ἐν πελάγει ναυαγήσας, ἴσως, καὶ ἔνηψε, καὶ ἠγωνίσατο· καὶ ἡ πολλὴ τῶν κυμάτων ἐπανάςασις ἴσχυσε κατ' αὐτοῦ. Ὁ δὲ ἐν τῷ λιμένι ναυαγήσας, ἔοικεν, ὡς ἐξ ἰδίας ἀμελείας τὸ πλοῖον τοῦ δεσπότου αὐτοῦ ἐν τῷ βυθῷ καταξας, καὶ ἀπολέσας. Σὺ οὖν ἐν τῷ λιμένι τυγχάνεις, μοναχὲ, ἐάνπερ προσέχῃς σεαυτῷ. Διὰ τοῦτο, οὐδὲ συμφέρει ἡμῖν ἐν ταῖς κώμαις διατρίβειν.

B Ἐὰν δὲ καταβῇ ἀνάγκη τοῦ φθάσαι ἕως κώμης, μὴ διατρίβῃ προσομιλῶν γυναιξίν. ὥσπερ ὁ καταπίνων ἄγκιστρον, ὅτως ἑλκυσθήσεταί σου ἡ ψυχή. Νῆφε οὖν, ὅτι ὁ μακρὰν τοῦ πλοῦτος ἀφίκεται. καὶ διὰ τῆς βλαβείας σου, καὶ τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ, ἀγωνίζου πρὸς τὸν πειρασμόν. ἡ γὰρ ἀναισχυντία, μήτηρ ἐστὶ τῆς πορνείας. Ἐὰν θεάσωνταί σε παῤῥησιαζόμενον. καὶ προσβυόμενον πρὸς αὐτὰς, εἰς χεῖρω

C παροξύνασαί σε καταβάλωσί σε. Ἀλλὰ καὶ βλαβὴς τυγχάνων, μὴ θαῤῥεῖ σεαυτῷ. ἀλλὰ νῆφε, μήποτε, τροφάσει κατανύξεως καὶ βλαβείας, θελήσωσί σου τὴν διάνοιαν διὰ τῶν ῥημάτων. Εἶπε γάρ τις τῶν ἁγίων· λύκους προβάλλου, μαλάσσειν τὸ πάθος πειρώμενα. Ἀλλὰ καθὼς εἶπεν ὁ Σωτὴρ. ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς, ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων. γίνεσθε οὖν φρόνιμοι, ὡσεὶ ὄφεις. καὶ

D ἀκέραιοι, ὡς αἱ περιστεραί. Παραγγέλλει δὲ καὶ διὰ τοῦ Ἀποστόλου, λέγων. μὴ γίνεσθε ἄφρονες, ἀλλὰ συνιέντες, τί ὁ θέλημα τοῦ Κυρίου. καὶ μὴ μεθύσκεσθε οἴνῳ, ἐν ᾧ ἐστὶν ἀσωτία. Ἀσφαλῶς οὖν γίνωσκε, ἀγαπητὲ, ὅτ' ἂν ἦς ὡς χρυσίον καθαρὸν ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ, ἐλθόντος σου εἰς τὸν μοναχὸν, ἀμελήσῃς σεαυτοῦ, ὑ χρονίζεις ῥᾳθύμως ὡς μόλιβδος. Καὶ ἐλθὼν εἰς τὸν μοναχὸν πάλιν, ἐὰν ἀγα-

E πήσῃς τὸν Κύριον ἐν ἀληθείᾳ, ὑ χρονίζῃς γενέσθαι ὡς μαργαρίτης, μὴ ἔχων σπίλον, ἢ ῥυπίδα. ἤ τι τῶν τοιούτων, ἀλλ' ἔσῃ ἄμωμος κατὰ πάντα.

Καὶ τοῦτο πάλιν γινώσκειν σε βούλομαι, ὅτι ὁ χρώμενος τῇ ἁμαρτίᾳ, βαρύτερον πόλεμον ἔχει, τοῦ ἐγκρατευομένου. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἐμπιχέων βόρβορον ἐν τόπῳ τινὶ, πλεονάζει τὴν δυσωδίαν· ὅτως καὶ ὁ μὴ ἐγκρατευόμενος αὔξει τὸ πά-

F θος. Γίνωσκε ὅτι ἐὰν ἀμελήσῃς σεαυτοῦ, ἔχατον μεταμεληθήσῃ. τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος· ὁ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, πῶς ἀρέσῃ τῷ Κυρίῳ. ὁ δὲ γαμήσας, μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσῃ τῇ γυναικὶ, καὶ μεμέρισται. Σὺ δὲ, μοναχὲ, ὑ τὴν τοῦ κόσμου μέριμναν ἐξελέξω, ἀλλὰ πῶς ἀρέσῃς τῷ Κυρίῳ. ὅθεν σεαυτὸν δυνάχισας διὰ τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν. Πάλιν λέγω. ἐὰν μὴ ἐγκρατευσῃ, ἔχατον λυπηθήσῃ κατὰ πολλοὺς τρόπους,

κατὰ

κτ᾽ τ̃ λέγοντα Ἀπόστολον· θλίψιν δὲ τῇ σαρκὶ ἕξουσιν οἱ τοιῦτοι. Ὁ γὰρ γαμήσας πωχεύει μὲ τὰ πρὸς ἀρετὴν, ϖεισπώλμος ϖεὶ οἶκυ, καὶ γυναικός, καὶ παιδοζ῾ριῶν. ὁ δὲ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τ̃ Κυρίυ, πῶς ἀρέσῃ τῷ Κυρίῳ. Σεαυτὸν ἀνάχισας διὰ τὴν τ̃ ὐρανῶν βασιλείαν, ὐ σιδήρῳ τοὺς διδύμυς ἀποτεμῇς· ἐςὶ γὰ τῆς ἀρετῆς ἀλότριον· ἀλ᾽ ἀσεβεῖ λογισμῷ τ̃ ἡδονῶν κρατήσας. Ἔμμενε τοιγαρῦν τοῖς αὐτοῖς ὅροις. διότι γέγραπται· ἀγαθὸν τὸ μὴ ἅπτεσθαί σε, ἢ τὸ ἅπτεσθαι καὶ μὴ ἀποδοῦναι. Βιάζυ οὖν σεαυτὸν ἐγκρατεύεσθαι, καὶ ἀνάχισον καθαρὰς τὰς ἀλογισμάς συ, καὶ τὴν διανοίαν συ, ὥσπερ λιμένα ἥδιον, ἡσυχίας μεστόν. Καὶ ἡ ἐλπὶς τ̃ μελλόντων ἀγαθῶν παίνει συ τὰς δυνάμεις τῆς ψυχῆς, ὡσεὶ ὂν πίατος καὶ πιότητος ἐμπεπλημένας, ὧν ὁ Κύριος ἀξιώσῃ ἡμᾶς ὁ δίκαιος κριτής. ἀμήν.

Μηδὲ ὂν ἑτέρῳ τρόπῳ φθείρῃς τ̃ ναὸν τ̃ Θεῦ, παρακαλῶ. καὶ μὴ λυπήσῃς τὸ Πνεῦμα τ̃ Θεῦ τὸ ἐνοικῆν ὂν ἡμῖν, μηδὲ τὺς ἀγγέλυς τοὺς ἁγίυς, τοὺς διατεταγμένυς φυλάτειν, ἡμέρας καὶ νυκτὸς, οἱ καὶ τὺς Δαίμονας ἀποσοβῦσιν ἀφ᾽ ἡμῶν, τὺς ὁρατὺς τρίζοντας καθ᾽ ἡμῶν τὺς ὀδόντας, μήποτε αὐτοὶ ἡμῶν κατήγοροι φανῶνται ὂν ἡμέρᾳ κρίσεως, καὶ ἀνατρέπωμεν τῇ καταστροφῇ Σοδόμων. Ἐάν τε γὰ καὶ οἱ τοῖχοι περικυκλώσωσιν ἡμᾶς, ἐὰν τέγη καλύπτῃ, καὶ θύρα ἀποκέκλεισται, καὶ σκοτία τυγχάνῃ, ἀλ᾽ ὂννοηθῶμεν, ὅτι ὁ ἀποχωρίσας τὸ σκότος ἀπὸ τ̃ φωτὸς, οὗτὸς αὐτὸν λέληθε τ̃ καθ᾽ ἡμᾶς· Καὶ πειθέτω σε ὁ ϖροφήτης, λέγων· σύνετε δὴ ἄφρονες ὂν τῷ λαῷ, καὶ μωροὶ, ϖότε φρονήσατε; ὁ φυτεύσας τὸ ὦς, ὐχὶ ἀκύει; ὁ πλάσας τ̃ ὀφθαλμὸν, ὐχὶ κατανοεῖ; ὁ παιδεύων ἔθνη, ὐχὶ ἐλέγξει; ὁ διδάσκων ἄνθρωπον γνῶσιν; Κύριος γινώσκει τὺς διαλογισμὺς τ̃ ἀνθρώπων, ὅτι εἰσὶ μάταιοι. Ἀγαπητὲ ἀδελφὲ, ὐ μόνον τὰς ϖράξεις τ̃ ἀνθρώπων ἐφορᾷ ὁ Κύριος, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀλογισμύς.

Ἐὰν ὃ ἐνοχλήσῃ σοι ὁ Ἐχθρὸς, λέγων· ἐςὶ μετάνοια, διὸ ἀπόλαυε τ̃ βυλήματός συ. Εἰπὸν ϖρὸς αὐτόν. τίς ἡ χρεία, ὦ Διάβολε, καθελεῖν οἰκίαν οἰκοδομηθεῖσαν, καὶ ἄνωθεν πάλιν οἰκοδομεῖν αὐτήν; τ̃ Ἀποστόλου λέγοντος· μετὰ φόβυ καὶ τρόμου τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν ἐργάζεσθε. ὅπου δὲ φόβος καὶ τρόμος, δῆλον ὅτι ὐδεμία ἡδονὴ ὑπάρχει. Σχόλαζε πιγαρῦν τῇ ἑαυτ̃ σωτηρίᾳ, ἀγαπητὲ ἀδελφὲ, καὶ καθίσας ἡσυχίᾳ, ἐπισυνάγαγέ συ τὺς λογισμύς, καὶ εἰπὸν ὂν σεαυτῷ· Ἄνθρωπε, ποσ̃τον χρόνον ἔχεις, ποιῶν τὰς ἐπιθυμίας τ̃ σαρκὸς καὶ τ̃ ἀβουλιῶν συ; Τὶ ὠφελή-

mino; unde teipſum caſtraſti propter regnum Cœlorum. Rurſuſque dico, ſi non continueris, noviſſime multis modis dolebis, ſecundum Apoſtolum dicentem: *Tribulationem vero carnis habebunt hujuſmodi.* Nam qui uxorem duxit, inopia virtutis laborat, curis domus, & uxoris, educationiſque liberorum diſtractus. Qui autem abſque uxore eſt, ſollicitus eſt quæ ſunt Domini, quomodo placeat Domino. Teipſum propter regnum Cœlorum caſtraſti, non ferro virilia amputans; quippe quod a virtute alienum eſt; ſed pia cogitatione voluptates comprimens. Quare iiſdem terminis inſiſte: quia ſcriptum eſt: *Melius erat te non vovere, quam poſt votum promiſſa non reddere.* Teipſum igitur ad continentiam compelle: & mundas cogitationes tuas mentemque invenias, tanquam portum ſerenum tranquillitate plenum. Et futurorum bonorum ſpes, vires animæ tuæ pinguefaciet, quaſi adipe & pinguedine repletas: quibus nos Dominus dignetur juſtus Judex. Amen.

Matth. 18.

1. Cor. 7.

Eccl. 5.

Neque alio modo templum corrumpas Dei, obſecro: & non contriſtes inhabitantem in nobis Dei Spiritum: nec ſanctos Angelos noſtræ deputatos cuſtodiæ die noctuque, qui & Dæmones a nobis repellunt inviſibiles, dentibus adverſus nos ſtridentes: ne forte ipſi accuſatores noſtri in die evadāt judicii, ſubjiciamurque everſioni Sodomorum. Nam etiamſi nos muri circumdederint, & licet nos tectum contexerit, & fores occluſæ ſint, ac tenebræ exiſtant: attamen cogitemus, nihil eorum, quæ ad nos pertinent, latere eum, qui tenebras a luce ſeparavit. Fidemque tibi Propheta faciat, dicens: *Intelligite inſipientes in populo, & ſtulti aliquando ſapite. Qui plantavit aurem, non audit? Qui finxit oculum, non conſiderat? Qui corripit gentes, non arguet? Qui docet hominem ſcientiam? Dominus ſcit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt.* Frater cariſſime, non ſolum hominum actiones intuetur Dominus, verum etiam cogitationes.

1. Cor. 3.

Gen 1.

Pſal. 9.

Quod ſi tibi ſuggerat inimicus, dicens: Reſtat pœnitentia: ideo jam voluntate tua perfruere: dic ad eum: Quæ utilitas eſt, Diabole, domum bene extructam diruere, ac de integro rurſus ædificare? Quum dicat Apoſtolus: *Cum metu ac tremore veſtram ſalutem operamini.* Ubi vero metus eſt ac tremor, perſpicuum eſt nullam adeſſe voluptatem. Da ergo operam ſaluti tuæ, dilectiſſime frater: ac mentem ad tranquillitatem traducens, recollige cogitationes tuas, & dic intra teipſum: Tanto jam tempore tuas, o homo, voluptates, & carnis cupiditates exples, & cogitationibus ſatisfacis tuis?

Philipp. 2.

Quod lucrum his perficiendis retulisti? Numquid ad staturam tuam adjecisti cubitum unum? At crassus & pinguis factus es. Aliud igitur tibi ipse nihil, præter escam vermium collegisti. Quid ergo inde tibi utilitatis accessit? Cœlestem ne thesaurum bonis complesti, dum ita sine metu vitam degis? Quid igitur tibi profuerit, reliquisse mundum?

Matth. 6. *Luc.* 12.

Heu mihi, o anima, quod ad talem vitæ conditionem, aut potius eversionem deveneris. Ecce fratres mei virtutibus exornati sunt, Deumque in veritate timent: ego autem in tenebris ambulo. Mane resipisco propter ea, quæ ago, ac die consequenti deteriora perficio: & quum Dominus vires mihi & sanitatem donaverit, his ego confisus Creatorem meum exacerbo. Quare negligens es, o anima mea? Cur pro nihilo ducis? Non enim te hinc pellet atque abjiciet Creator, qui te ex non esse ad esse produxit. Ipse mittet Angelum suum, & tu hinc discedes. Agnosce infirmitatem tuam, o anima mea. Quandiu factori tuo, ac mandatis ipsius reluctaberis? Opprobrium me fecisti, o Diabole, & Angelis & hominibus, obedienssque factus sum consilio tuo impio. Suggeris enim mihi, dicens: Semel exple concupiscentiam tuam, & non amplius indulgebis ei, neque cognoscetur peccatum tuum. Ecce parvum illud, magnus mihi factus est hiatus: nec possum improbis variisque concupiscentiis tuis resistere. Nam exiguum foramen aqua invenit, hiatumque magnum ac omnibus manifestum effecit. Vere enim peccatorum consuetudo in deterius agit eum, qui lapsus est. Mentem quippe meam immundis obscurasti cogitationibus, & in peccati foveam impulisti me. Cui dicam, ut super me plangat misero peccatore? Nudum enim me inimicus reddidit, ob meam pigritiam: verum spe in Deum respiciens, non despero salutem meam in finem: quoniam clementissimus est & optimus Dominus.

Quid porro & ad fraudulentum deceptorem? Quippe qui continentiam meam ob stomachi infirmitatem evertit, & me a vigilia in orationibus alienum fecit. Avaritiam in me prætextu longioris senectutis plantavit: lacrymas meas exsiccavit: cor meum crassum ac stupidum reddidit: ab obedientia in Christo me segregavit, & in distractionibus me defixum tenuit: inobedientem me reddidit, ne quid agerem, & ut curiose ac frustra laborarem effecit. Invidiã & detractionem me docuit. Trabẽ quæ in oculo meo est, non permittit mihi ut considerem: festucam autem, quæ in oculo fratris

Matth. 7. *Luc.* 6.

Α ὠφελήθης, ἢ τί ἐκέρδησας τὰ τοιαῦτα ἐπιτελῶν; Ἆρα πρεσέθηκας ἐπὶ τὸ ἡλικίαν σε, πῆχυ ἕνα; Ἀλλὰ παχὺς γέγονας. Σοὶ ἐν ἕτερον σωάγειν ἔχῃς σεαυτῷ, πλὴν ζοφῆς σκωλήκων. Ἀλλὰ τί ἐκέρδησας; Τὸν ἐν ὐρανοῖς θησαυρὸν ἐνέπλησας ἀγαθῶν, ἢ τῶς ἀφόβως ζήγων; Τί οὖν τὸ ὄφελος, ὅτι ἐξῆλθες ἐκ τοῦ κόσμου.

Οἴμοι, ψυχή, εἰς τὸ τοιαύτῃ κατάςασιν Β ἐλήλυθας, εἰς τὸ τοιαύτην καταςροφὴ; Ἰδοὺ οἱ ἀδελφοί μου κεκοσμημένοι εἰς τὰς ἀρετὰς, οἱ τὸν Θεὸν φοβούμενοι ἐν ἀληθείᾳ. ἐγὼ δὲ ἐν σκότει πορεύομαι. πρωὶ πρωὶ μεταμελοῦμαι ἐφ' οἷς πράσσω. καὶ ἐξῆς τὰ χείρω σωτελῶ. Καὶ ἐπειδὴ ὁ Κύριός μοι ἐχαείσατο ἰσχὺν καὶ ὑγείαν, τούτοις ἐγὼ θαῤῥῶν παροργίζω τὸν ποιήσαντά με. Ἵνατί ἀμελεῖς, ὦ ψυχή μου; ἵνατί καταφρονεῖς; Μὴ γάρ σε C ὧδε ἐάσῃ ὁ ποιήσας σε ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, καὶ εἰς τὸ εἶναι παραγαγών. Αὐτὸς ἀποςελεῖ τὸν ἄγγελον αὐτοῦ, καὶ ἀπελεύσῃ ἐντεῦθεν. Γνῶθι τὴν ἀσθένειάν σε ψυχή μου. Ἕως πότε ἀντερεῖς κατὰ τοῦ ποιήσαντός σε, καὶ τὰ προσαγμάτων αὐτοῦ; Ὦ Διάβολε, ὄνειδός με πεποίηκας καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις. ὑπήκοος γενόμενος τῆς ἀσεβοῦς συμβουλίας. Ὑπέβαλές μοι, λέγων· ποίει ἅπαξ τὴν ἐπιθυμίαν σου, καὶ μηκέτι ποιήσῃς αὐτὴν, καὶ οὐ γνωσθήσεταί σοι D ἁμάρτημά σου. Ἰδοὺ τὸ μικρὸν ἐκεῖνο ἐγένετό μοι χάσμα μέγα, καὶ ἡ δύναμαι ἀντιςῆναι ἐναντίον τῶν πονηρῶν, καὶ ποικίλων σου ἐπιθυμιῶν. μικρὰν γὰρ ὀπὴν εὗρε τὸ ὕδωρ, καὶ ἐποίησε χάσμα μέγα, καὶ πᾶσιν ἔκδηλον. Ἀληθῶς γὰρ ἡ σωπήθεια τῶν ἁμαρτημάτων εἰς τὸ χεῖρον ἄγει τὸν πεπλωκότα. Ἐσκότισας γάρ μου τὸν λογισμὸν ἀφ' τῶν ῥυπαρῶν λογισμῶν, καὶ ὤθησάς με εἰς τὸν λάκκον τῆς E ἁμαρτίας. Τίνι εἴπω, ἵνα κλαύσῃ ἐπ' ἐμοί; Γυμνὸν γάρ με ἀπεκατέςησεν ὁ Ἐχθρὸς ἐκ τῆς ἐμῆς ῥαθυμίας· ἀλλὰ τῇ εἰς Θεὸν ἐλπίδι ἀποβλέπων, οὐκ ἀπογινώσκω τὴν ἐμαυτοῦ σωτηρίας εἰς τέλος.

Τί δὲ πρὸς τὸν Δόλιον; τὴν ἐγκράτειάν μου κατέλυσε διὰ τῆς ἀσθένειαν τοῦ στομάχου μου, καὶ τῆς ἐν προσευχαῖς ἀγρυπνίας ἀλόγιον πεποίηκε· τὴν φιλαργυρίαν ἐφύτευσεν ἐν ἐμοὶ, πρόφασι μακρογηρίας· τὰ δάκρυά μου ἐξήρανε· τὴν καρδίαν μου ἐπάχυνε· τῆς ἐν Χριστῷ ὑποταγῆς με ἀνήρησε, καὶ τοὺς πρὸς πασμούς μοι ἐνέπηξεν· ἀνυπότακτόν με πεποίηκε· μὴ ἐργάζεσθαι, ἀλλὰ περιεργάζεσθαι πεποίηκε· φθονερὸν καὶ καταλαλόν με ἐδίδαξε· τὴν δοκὸν τὴν ἐν τῷ ὀφθαλμῷ μου οὐ συνεχώρησε κατανοεῖν, τὸν κάρφος τὸν ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ μου προφέρει πρὸ ὀφθαλμῶν μου.

μου. τὰ τῆς καρδίας μου κρύπτειν συμβουλεύει, ἐὰν A
δὲ πέσῃ ὁ ἀδελφός μου εἰς δόλωμα, ἐν αὐτῷ
με ἀδολεχεῖν συμβουλεύει· ὑπερήφανον καὶ θυμώ-
δη καὶ ὀργίλον με ἔθηκε· γαστρίμαργον καὶ μέ-
θυσον καὶ φιλήδονον δεδίδαχε· τὰς ζημίας τῆς
ψυχῆς μου, ὡς κέρδη, παρεξένησέ μοι· ὀκνηρὸν
καὶ γογγυστὴν καὶ πολύλαλόν με δεδίδαχε· ἐν
ἀναγνώσει καὶ ψαλμῳδίᾳ μετεωρίζεσθαί με μεμά-
θηκεν. Εὔχομαι, καὶ δ' γινώσκω· αἰχμαλωτί- B
ζομαι, καὶ δ' νοῶ· νουθετηθεὶς πλειάκις παρ' ἀν-
δρῶν φοβουμένων τ' Κύριον, ἠπείθουν τῇ ἀγαθῇ
αὐτῶν παραινέσει· ὡς γὰρ βολίδας ἐδεχόμην τοὺς
αὐτῶν λόγους. καὶ παρακαλούμενος ὠργιζόμην.
Ἀρκεῖ σοι, Διάβολε. Δεῦρο λοιπὸν εἰς ἑαυτὴν
ψυχή μου. Τίνι θαρρεῖσα τ' ποιήσαντά σε παρ-
οργίζεις; Ἕως τίνος τοῖς αὐτοῖς κακοῖς ἀναστρέφῃ;
Μὴ ἀθέτει τ' χάριν τ' σκέποντός σε, μήποτε C
ἀποχωρῇ ἀπό σου, καὶ παραδοθῇς εἰς χεῖρας ἐχ-
θρῶν σου. Φεῦγε τὸν Διάβολον, ὦ ψυχή μου, καὶ τὰ
ἔργα αὐτοῦ. μισάνθρωπος γάρ ἐστιν. ἀνθρωποκτόνος
ἐστὶν ἐξ ἀρχῆς. Ἐὰν προσέλθῃς, δ' φείσεταί σου
τῆς ἀπολείας. Κατάλιπε τὸν Πονηρὸν, καὶ κολ-
λήθητι τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ. ἐντράπηθι λοι-
πὸν, ψυχή, καὶ ἐλθὲ εἰς ὁδὸν σωτηρίας. Ἐτρώ-
θης; μὴ ἀπογνῷς σεαυτῆς· πλειάκις γὰρ πεσὼν D
ὁ ἀθλητὴς, ὕστερον στεφανίτης ἀνεδείχθη. Ἔπε-
σες; ἀνάστηθι· ἀνδρείζου· καὶ εἰπὲ, Νῦν ἠρξάμην.
Καὶ μὴ ἔμμενε ἐν τῷ πτώματι, μήποτε, ὡς
πτῶμα, κατεδῇς εἰς βρῶσιν ὀρνέων καὶ θηρίων.
τῦ Προφήτου βοῶντος· μὴ παραδῷς τοῖς θηρίοις
ψυχὴν ἐξομολογουμένην σοι, τῶν ψυχῶν τῶν πενή-
των σου μὴ ἐπιλάθῃ εἰς τέλος.

Πρόπεσε καὶ σὺ τῷ Βασιλεῖ τῆς δόξης, ἐξο- E
μολογούμενος τὰς ἁμαρτίας σου· πλῆθος γὰρ ἔχει
οἰκτιρμῶν. Οἱ τῷ ἐπιγείῳ Βασιλεῖ παρεισελθεῖν βου-
λόμενοι κωλύονται ἀπὸ πυλωρῶν, ὠθοῦνται ὑπὸ στρα-
τιωτῶν καὶ λειτουργῶν. δῶρα προσφέρουσι τοῖς ἄρχου-
σιν, ἵνα τοῦ βουλήματος αὐτῶν τύχωσι. Σὺ δὲ προσερ-
χόμενος τῷ Βασιλεῖ τῶν ἁπάντων, οὐδένα τούτων ὑπο-
φιάσῃ. δ' δῶρα ἀπαιτεῖ. οὐδεὶς γὰρ ὁ λαμβάνων, οὐδὲ
κωλύων, ἀφ' οὗ τὸν Βασιλέα εὑρίσκεσθαι, F
καὶ προσδέχεσθαί σε. ἀμνησίκακος γὰρ ὑπάρχει,
καὶ φιλάνθρωπος, καὶ μετανοῶν ἐπὶ κακίαις ἀν-
θρώπων. προσερχομένου δέ σου, μὴ ἐν ὑποκρίσει,
μηδὲ ἐν καρδίᾳ διπλῇ, ἀλλ' ἐν καθαρᾷ συνειδήσει
παρέσελθε αὐτῷ. παρὰ γὰρ τοῦ λαλῆσαί σε μικρὸν ἢ μέ-
γα, παρεῖδε παρὰ ὧν μέλλεις λαλεῖν. καὶ παρὰ τοῦ
μέλλειν ἀνοῖξαί σου τὸ στόμα, προγινώσκει τὰ ἐν
καρδίᾳ σου. Μὴ οὖν δίψαζε, μηδὲ κρύπτε σου τὸ
πάθος.

tris mei est, oculis meis objicit. Quæ in corde meo sunt, occultare suadet: sin autem in aliquod impegerit frater meus delictum, de eo ut garriam, mihi auctor est: Superbum, & iracundũ atque excandescentem me reddidit. Ventri & ebrietati, ac voluptatibus me deditum esse fecit. Damna animæ meæ, tanquam lucra comparavit mihi. Pigrum & murmuratorem, atque multiloquum me esse docuit. In lectione & psalmodia distractum me aliis esse docuit. Oro, & non attendo. Captivus abducor, & non considero. Admonitus frequenter a viris Deum timentibus, bonæ ipsorum adhortationi non parebam: nam sicut jacula, illorum verba excipiebam, & commonitus irascebar. Satis sit tibi Diabole. Agedum in teipsam, o anima mea, revertere. Qua potissimum re freta, tuum Creatorem exacerbas? Quandiu in iisdem versaris malis? Noli aspernari gratiam ejus, qui te protegit atque visitat, ne forte abs te recedat, & in manus tuorum tradaris inimicorum. Fuge Diabolum, o anima mea, & opera ejus: nam odium erga homines gerit, & homicida est ab initio. Si ad eum accesseris, non parcet perditioni tuæ. Relinque malignum, & Deo benignissimo adhære. Erubesce igitur, o anima, & in viam salutis revertere. Vulnerata es? Ne teipsam desperes: nam sæpe licet athleta ceciderit, tandem adhuc coronam refert. Cecidisti? Resurge. Viriliter age, & dic: Nunc incepi. Et ne perseveres in lapsu tuo: ne forte ut cadaver in avium & bestiarum cibum apponaris: quum Propheta clamet: *Ne tradas bestiis animam confitentem tibi; animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem.* *Joan. 8.* *Psal. 73.*

Procide & tu Regi gloriæ, confitens peccata tua: nam multitudinem miserationum continet. Qui terrenum adire regem volunt, a janitoribus prohibentur, a militibus & ministris rejiciuntur: dona principibus afferunt, ut voti compotes fiant. Tu autem ad Regem accedens universorum, nihil horum suspiceris. Non dona requirit: nullus enim est, qui accipiat, neque qui impediat: quoniam statim Rex invenitur, & admittit te. Malitiæ est immemor, & benignus, & de hominum malis dolet. Accede igitur ad ipsum, non in simulatione, neque corde duplici, verum in conscientia pura. Nam priusquam tu exiguum aut magnum quid loquaris, prævidet de quibus loquuturus sis: & antequam tuum aperturus sis os, quæ in tuo sunt corde præcognoscit. Ne ergo vacilles, neque morbum tuum occultes: non enim durus est medicus, sed compatiens, solo

lo verbo curat. Solum dixit, & facta sunt. Hocque ex ipsis crede rebus. Dixit Paralytico: *Tibi dico, surge, tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam*: Et e vestigio sanus factus est homo, & bajulans suum quo portabatur lectum, ambulabat sanus. Dixit & Leproso: *Volo, mundare*: & illico mundata est ejus lepra. Quin & Lazarum quoque quatriduanum a mortuis excitavit Dominus. Et ne sigillatim recensentes, videamur in longum protrahere sermonem (nam opera illius innumerabilia sunt:) illius etiam quæ pedes ejus lacrymis irrigavit, & capillis suis abstersit, peccata verbo dimisit, dicens: *Confide filia, fides tua te salvam fecit*. Nam fons est indeficiens medicamenta hominibus producens. Ne ergo hæsites: non enim te salvari volentem rejiciet, qui ait: *Si vos quum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quanto magis Pater vester qui in cœlis est, dabit bona petentibus se?* Accede igitur ad Patrem misericordiarum, & confitere peccata tua, cum lacrymis dicens:

Marc. 2. *Joan.* 5. *Matth.* 8. *Joan.* 11. *Matth.* 9. *Matth.* 7.

Peccavi in Cœlum, & coram te, Domine Deus omnipotens, & non sum amplius dignus vocari filius tuus, neque sursum aspectum tollere, & cernere altitudinem cœlorum, præ multitudine iniquitatum mearum, neque nomen tuum glorioſum nuncupare labiis mei peccatoris. Nam cœlo & terra indignum me reddidi, te optimum dominum exacerbans. Precor, obtestorque te, Domine, ne me a facie tua abjicias, neque recedas a me, ne peream. Nisi enim me manus tua protexisset, jam ego periissem, & essem instar pulveris ante faciem venti, & quasi nunquam in hac vita apparuissem. Nam ex quo viam tuam dereliqui, nullus mihi bonus occurrit dies; qui enim in peccatis bonus visus est dies, acerbissimorum extitit acerbissimus. Verum deinceps spero, ut gratia tua me confortante, saluti meæ consulas. Nuncque ad te supplex recurro, obsecrans, ut me a justitiæ aberrantem via, suscipias. Effunde in me miserationum tuarum multitudinem, sicut in filium olim effudisti prodigum: quia vitam meam dedecoravi, dissipatis divitiis gratiæ tuæ. Miserere mei, & ne vitæ memineris meæ, quæ ad extremam redacta est vilitatem. Miserere mei, sicut olim Peccatricis, & Publicani es misertus. Miserere mei, sicut Latronis es misertus: nam is in terra quum esset, ab omnibus reprobatus est: at tu eum suscepisti, & deliciarum Paradisi incolam fecisti. Quare

Luc. 15. *Luc.* 7. *Matth.* 9. *Marc.* 2. *Luc.* 5. 23.

A παθος· ὃ γὰρ ὅτιν ἀπότομος ἰατρὸς, ἀλλὰ συμπαθὴς, λόγῳ θεραπεύει. μόνον εἶπε, καὶ ἐγένετο. Καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων πίςευε. Εἶπε τῷ παραλυτικῷ. σοὶ λέγω, ἔγειραι, ἆρον τὸν γράββατόν σου, καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου. καὶ αὐτίκα ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος ὑγιὴς, καὶ τὸν κλίνην βαστάσας αὐτὸν βαστάσας, περιεπάτει ὑγιής. Καὶ τῷ λεπρῷ ἔπε· θέλω, καθαρίσθητι. καὶ αὐτίκα ἐκα-
B θαρίσθη ἀπ' ἡ λέπρα. Τὸν δὲ Λάζαρον τεταρταῖον ἤγειρεν ὁ Κύριος ἐκ νεκρῶν. Καὶ ἵνα μὴ καθ' ἕνα λέγοντες, δόξωμεν μηκύνειν τὸν λόγον· τὰ δὲ ἔργα αὐτοῦ ἀναρίθμητά εἰσι. Τῆς δὲ βρεχάσης αὐτοῦ τοὺς πόδας τοῖς δάκρυσι, καὶ τὴν θρίξιν αὐτῆς ἐκμαξάσης, λόγῳ αὐτῆς ἔλυσε τὰ ἁμαρτήματα; εἰπών· θάρσει, θύγατερ. ἡ πίστις σου σέσωκέ σε. Πηγὴ γάρ ὅτιν ἀνελλιπὴς, ἴαμα τοῖς ἀνθρώποις βρύουσα. Μὴ οὖν δίψαζε. ὃ
C γὰρ ἀποβάλλει σωθῆναί σε θέλοντα, ὁ εἰπών· εἰ γὰρ ὑμεῖς, πονηροὶ ὄντες, οἴδατε δόματα ἀγαθὰ διδόναι τοῖς τέκνοις ὑμῶν, πόσῳ μᾶλλον ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, δώσει ἀγαθὰ τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν; Πρόσελθε οὖν τῷ Πατρὶ τῶν οἰκτιρμῶν, ἐξομολογούμενός σου τὰς ἁμαρτίας, μὴ δακρύων λέγων.

Ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἐνώπιόν σου, Κύ-
D ριε ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, καὶ οὐκέτι εἰμὶ ἄξιος κληθῆναι υἱός σου, σὺ δὲ ἀτένισαι καὶ ἰδεῖν τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ, ἀπὸ πλήθους τῶν ἀδικιῶν μου, σὺ δὲ ὀνόμασαι τὸ ὄνομά σου τὸ ἔνδοξον ἐπὶ τῶν χειλέων ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ. Ἀνάξιον γὰρ ἐμαυτὸν πεποίηκα τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, σὲ παροργίσας τὸν ἀγαθὸν Δεσπότην. Δέομαι, Κύριε, δέομαι, μή με ἀπορρίψῃς ἀπὸ τοῦ προσώπου σου, μηδὲ ἀποςῇς ἀπ'
E ἐμοῦ, ἵνα μὴ ἀπόλωμαι. Εἰ μὴ γὰρ ἡ χείρ σου ἐσκέπασέ με, ἐπεὶ ἀπωλόμην ἤδη, καὶ ἤμην ὡς χοῦς κατὰ πρόσωπον ἀνέμου, καὶ ἐγενόμην ὡς μὴ φανείς ποτε ἐν τῷ βίῳ τούτῳ. Ἀφ' οὗ γὰρ κατέλιπόν σου τὴν ὁδὸν, ὃ σωτήσε μοι ἡμέρα ἀγαθή· καὶ γὰρ ἦν ἐν ἁμαρτίαις δοκοῦσα ἀγαθὴ ἡμέρα, τῶν πικροτάτων πικροτάτη ὑπάρχει. Καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν ἐλπίζω, τὸ χάρισός σου ἐνδυναμώσῃς μοι, φρον-
F τίσαι τὸ ἐμαυτοῦ σωτηρίας. Καὶ νῦν προσπίπτω δεόμενος, ἀντιλαβοῦ μου τοῦ πλανηθέντος ἀπὸ ὁδοῦ δικαιοσύνης. Ἔκχεε ἐπ' ἐμοὶ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου, ὡς τῷ ἀσώτῳ υἱῷ· ὅτι κατήχυνά μου τὸν βίον, σκορπίσας τὸν πλοῦτον τοῦ χάριτός σου. Ἐλέησόν με, καὶ ἀμνησικάκησον ἐπὶ τῷ πεφαυλισμένῳ μου βίῳ, ὡς τῇ ἁμαρτωλῷ, καὶ τῷ τελώνῃ. Οἰκτείρησόν με ὡς τὴν λῃστήν. οὗτος γὰρ ἐπὶ γῆς ὢν, ἀπεγνώσθη παρὰ πάντων· σὺ δὲ προσελάβου

αὐτὸν

αὐτὸν, καὶ ἀπόδειξον τῆς τρυφῆς οἰκήτορα κατέσπασας. Δέξαι καὶ ἐμοῦ τοῦ ἀχρείου δούλου σου τὴν μετάνοιαν, ὅτι κἀγὼ ἀπεγνώσθην ὑπὸ πάντων. Ἦλθες γὰρ, Κύριε, οὐ δικαίους σῶσαι, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς καλέσαι εἰς μετάνοιαν.

Πρόσευξαι· ἐξομολόγησαι· συνεργείτω ἡ πρᾶξις τῇ προσευχῇ, καὶ ἐξομολογήσει ἵνα κατευθυνθῇ σου ἡ προσευχὴ, ὡς θυμίαμα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. καὶ ἀκούσῃ, ὦ ἄνθρωπε, μεγάλη σου ἡ πίστις, γενηθήτωσοι, ὡς θέλεις. Ὁ γὰρ Θεὸς, ὁ τῶν πεπλανημένων ὁδηγὸς, καὶ τῶν κατερραγμένων ἀνορθωτὴς, δῴη ἡμῖν ἐκτελέσαι βίον ἀκατάγνωστον, καὶ στῆσαι ἡμᾶς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ὁ δίκαιος Κριτής. Ὅτι αὐτῷ πρέπει ἡ δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις· τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς πάσας τὰς γενεὰς τοῦ αἰῶνος· ἀμήν.

ΟΤΙ ΟΥ ΔΕΙ ΟΜΝΥΕΙΝ, ΟΥΤΕ ΔΥΣΦΗΜΕΙΝ.

ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ ΜΓ.

Τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰπόντος, πάλιν ἠκούσατε ὅτι ἐρρήθη τοῖς ἀρχαίοις· Οὐκ ἐπιορκήσεις, ἀποδώσεις δὲ Κυρίῳ τοὺς ὅρκους σου· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ὀμόσαι ὅλως· μήτε ἐν τῷ οὐρανῷ, ὅτι θρόνος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ· μήτε ἐν τῇ γῇ, ὅτι ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ ἐστι· μήτε εἰς Ἱεροσόλυμα, ὅτι πόλις ἐστὶ τοῦ μεγάλου Βασιλέως· μήτε ἐν τῇ κεφαλῇ σου ὀμόσεις, ὅτι οὐ δύνασαι μίαν τρίχα λευκὴν ἢ μέλαιναν ποιῆσαι. Ἔστω δὲ ὑμῶν ὁ λόγος, Ναὶ, ναὶ, Οὐ, οὔ· τὸ δὲ περισσὸν τούτου, ἐκ τοῦ Διαβόλου ἐστί. Καὶ πῶς ἡμεῖς τολμῶμεν παραβαίνειν τὰς ἐντολὰς τοῦ ποιήσαντος ἡμᾶς; κτλ. τὰ λεγόμενα. καὶ ἔθηκε εἰς οὐρανὸν τὸ στόμα αὐτῶν, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτῶν διῆλθεν ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ τολμᾷς ἀνοίγειν σου τὸ στόμα ἀφόβως, καὶ ἀπολύειν λόγους εἰς οὐρανὸν, ὅρκους τε, καὶ δυσφημίας; καὶ οὐ φοβῇ, μήποτε δρέπανον πυρινὸν, ὃ ὁ Προφήτης ἐθεάσατο, καθαλύσῃ ἐν τῷ οἴκῳ σου, ἕως οὗ ἐξαναλώσῃ σε ἐκ τῆς ὑπ' οὐρανὸν, ἐν τῷ σε τολμᾶν ἀνοίγειν τὸ στόμα κατὰ τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ, εἰς ὃν ἄγγελοι, ἀρχάγγελοι, Χερουβὶμ καὶ Σεραφὶμ ἀτενίσαι οὐ τολμῶσιν, ἀλλὰ φόβῳ καὶ τρόμῳ πρίσανθ ὑμνοῦντες τὸ ὄνομα αὐτοῦ τὸ φοβερὸν, καὶ ἔνδοξον, καὶ ἔντιμον. καθὼς γέγραπται· τολμηταὶ, αὐθάδεις, δόξας οὐ τρέμουσι βλασφημοῦντες· ὅπου ἄγγελοι, ἰσχύι καὶ δυνάμει μείζονες ὄντες, οὐ φέρουσι κατ' αὐτῶν βλάσφημον κρίσιν. ἔστι δὲ, ὡς ἄλογα ζῶα, γεγεννημένα φυσικὰ, εἰς ἅλωσιν

ρίυ ἐλπὶς αὐτῦ, καὶ ὐκ ἐπέβλεψεν εἰς ματαιότη- *no. Beatus vir, cujus eſt nomen Domini*
τας καὶ μανίας ψευδεῖς. Εὐλογητὸς Κύριος, ὁ δι- C *ſpes ejus, & non reſpexit in vanitates &*
δους δυώαμιν καὶ κραταίωσιν τῷ λαῷ αὐτῦ. καὶ *inſanias falſas.* Benedictus Dominus, qui
εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, εἰς τοὺς αἰῶνας τὴν αἰῶ- virtutem ac potentiam dat populo ſuo:
νων ἀμήν. ὁ θεὸς ἱλάσθητι ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν. & benedictus Deus noſter in ſæcula ſæcu-
ὅτι σου ἐϛὶν ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τ αἰώνων. ἀμήν. lorum Amen. Deus propitius eſto pec-
D catis noſtris: quia tua eſt gloria in ſæcu-
lorum ſæcula. Amen.

ΠΕΡΙ ΚΑΚΟΗΘΕΙΑΣ.

ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ ΜΘ.

DE MORUM PERVERSITATE.

PARÆNESIS XLIX.

Ὃν τρόπον ξίφος νδρροποῖ ἵππον, καὶ τὸν ὀπβάτην καταβάλλει, ὅτως καὶ ἡ κακοή- θης γνώμη κόπτει τοὺς τόνους τ ψυχῆς, καὶ τῇ λύ- πῃ παραδίδωσι· λύπη δὲ ἀφθείρει τοὺς ἐμπί- πτοντας ἐν αὐτῇ. Τίς δέ ποτε βουλόμενος εἰς πό- λιν ἀπελθεῖν ἀπέχουσαν ϛάδια τεσσαράκοντα, ποι- ήσας δὲ εἴκοσι ἐνέα, τὸ δὲ ἓν μὴ ποιήσας; οὗτος ἐκ τῶν ἰδίων ἐξῆλθε, καὶ εἰς τὴν πόλιν ὐκ εἰσῆλ- θε. Καθάπερ ὁ ἐλθὼν εἰς τ ἑνδεκάτην ὥραν, πλή- ρη τὸν μισθὸν ἔλαβεν ὡς καὶ οἱ λοιποὶ οἱ βαϛά- σαντες τὸ βάρος τῆς ἡμέρας, ὅτως καὶ ὁ ἐργασάμενος μέχρι τῆς ἑνδεκάτης ὥρας, περὶ δὲ δωδεκάτην τὴν ὥραν ἐὰν ἄρξηται καταϛρέφειν, & τὰ πεφυτευ- μένα ἐκτίλλειν, μισθὸν ὐ λαμβάνει. τ Κυρίυ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησῦ Χριϛοῦ εἰπόντος. ὁ δὲ ὑπο- μείνας εἰς τέλος, ὗτος σωθήσε. Καὶ πάλιν. Οὐδεὶς ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα αὐτῦ ἐπ' ἄροτρον, καὶ ϛραφεὶς εἰς τὰ ὀπίσω, εὐθετός ἐϛιν εἰς τὴν βασι- λείαν τῶν ὐρανῶν. Ἡ γὼ γυνὴ τ Λὼτ, ϛραφεῖ- σα εἰς τὰ ὀπίσω, ἐγένετο ϛήλη ἁλός. Ὅθεν καὶ ὁ Ἀπόϛολος τῶν ὄπιθεν ἐπιλανθανόμενος, τοῖς ἔμπρο-

Quemadmodum gladius nervos incidit equo, & equitem dejicit; ita perverſis moribus prædita mens vigorem animæ ſuccidit, & triſtitiam affert, triſtitia vero ſibi obvios deſtruit ac perimit. E Quis enim cupidus adeundi civitatem triginta ſtadiis diſtantem, & ubi viginti novem confecerit, uno adhuc reſtante & non confecto, dicet ſe eo perveniſſe? Hic quippe ex propriis exiit, & ad civitatem, quo pergebat, non pervenit: nam ſicut qui ad undecimam horam venit, plenam mercedem accepit, velut etiam cæteri qui pondus diei portarunt: ita & qui ad undecimam uſque horam operatus eſt; circa porro duodecimam horam, ſi inceperit evertere, & quæ plantata ſunt evellere; mercedem nullam percipiet: quum Dominus & Salvator noſter Jeſus Chriſtus dicat: *Qui autem perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit.* Et iterum: *Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei.* Nam uxor Loth, quod retro reſpexerit, in ſtatuam ſalis verſa eſt. Quare etiam Apoſtolus, F eorum *Matth.* 20. *Matth.* 10. *Luc.* 9. *Geneſ.* 19.

eorum quidem quæ retro ſunt obliviſcens, ad ea quæ priora, ſeipſum extendebat. Et tu ergo, cariſſime, ſuſtine ac perſevera: Nam *mundus iſte tranſit, & concupiſcentia ejus: qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum*. Peregrini enim ſumus, & advenæ in hoc ſæculo. Si autem dum tempus habuerimus, in illo grata & accepta Domino operati fuerimus, mercedem referemus. Patientiam igitur poſſide frater dilecte: nam ſcriptum eſt: *In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras*. Enoch ducentis annis placuit Deo, poſtquam genuit Mathuſalem: & nos in brevi hoc vitæ tempore negligentes ſumus? Reſiſte, cariſſime, cogitationibus noxiis, & dic cum eo, qui ait ac clamat. *Chriſto confixus ſum cruci: vivo autem, jam non ego, vivit vero in me Chriſtus. Quid enim proderit homini, ſi mundum lucretur univerſum; animæ vero ſuæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua? Declinate a me maligni, & ſcrutabor mandata Dei mei*: Eccleſiaſte quoque proclamante: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas*. Poſt tantam opulentiam ac gloriam, non amplius vanitati labores meos offeram, ne eas alii poſt meum hinc exitum poſſideant, & ego interim pœnas pendam: verum optimo & miſericordiſſimo Deo labores meos offeram, præbenti poſt mortem, vitam æternam, & paranti diligentibus ipſum, quæ oculus non vidit, nec auris audivit, neque in cor hominis aſcenderunt. Etiam, cariſſime, *viriliter age, & confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum*: eritque in pace exitus tuus. Ibi juſtos gaudentes videbis ob ſalutem tuam. Ibi in ſinu Abrahæ cum Lazaro demoraberis: paupertatem enim & inopiam elegiſti, tribulationem & anguſtiam ſuſtinuiſti, contumelias paſſus es, contemtiones non es averſatus. Propterea cum lætitia in æterna tabernacula ſuſcipient te, ubi exulat luctus atque triſtitia ac gemitus. Ibi vitam cernes, & lucem veram, ac ſpem omnis creaturæ Redemptorem animarum noſtrarum Jeſum Chriſtum Regem gloriæ: & gaudebit cor tuum, & gaudium tuum nemo tollet à te. Ipſe porro Dominus & Deus noſter irreprehenſibiles nos tueatur atque cuſtodiat. Quoniam ipſius eſt gloria in ſæcula. Amen.

Philipp. 3.
1. *Joh.* 1.
Eph. 2.
Luc. 21.
Geneſ. 5.
Galat. 2.
Matth. 16.
Marc. 8.
Luc. 9.
Eccl. 12.
1. *Cor.* 2.
Pſal. 26.
Luc. 16.

ἔμπροσθεν ἐπεκτείνετο. Καὶ σὺ οὖν, ἀγαπητέ, ὑπόμεινον. ὁ γὰρ κόσμος ὅτος παράγε, καὶ ἡ ἐπιθυμία αὐτῦ· ὁ δὲ ποιῶν τὸ θέλημα τῦ Θεῦ, μένει εἰς τὸν αἰῶνα. Ξένοι γάρ ἐσμεν, καὶ πάροικοι ἐν τῷ βίῳ τύτῳ. Ἐὰν δὲ, ὡς καιρὸν ἔχομεν, ἐργαζόμεθα ἐν αὐτῷ τὰ ἀρεστὰ τῷ Κυρίῳ, τὸν μισθὸν κομισόμεθα. κτῆσαι οὖν τὴν ὑπομονήν, ἀγαπητὲ ἀδελφέ· γέγραπται γάρ· ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν, κτήσεσθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν. Ὁ Ἐνὼχ ἑξακόσια ἔτη ἀνηρέστησε τῷ Θεῷ, μέχρι τὸ γεννῆσαι αὐτὸν τὸν Μαθουσάλα. Καὶ ἡμεῖς ἐν τῷ βραχεῖ τύτῳ καιρῷ ὀλιγωρῦμεν; Ἀντίσχου, ἀγαπητὲ, τοῖς βλαβεροῖς λογισμοῖς, καὶ εἰπὸν μετὰ τῦ λέγοντος· Χριστῷ συνεσταύρωμαι, ζῶ δὲ· οὐκ ἔτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. Τί γὰρ ὠφελήσει ἄνθρωπος, ὅταν ὅλον τὸν κόσμον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτῦ ζημιωθῇ. Ἐκκλίνατε ἀπ' ἐμῦ, πονηρεύόμενοι καὶ ἐξερευνήσω τὰς ἐντολὰς τῦ Θεῦ μυ. Τῦ Ἐκκλησιαστῦ βοῶντος· ματαιότης ματαιοτήτων. τὰ πάντα ματαιότης. Μετὰ τοσῦτον πλῦτον καὶ δόξαν, οὐκέτι ματαιότητι προσφέρω μυ τοὺς καμάτυς, ἵνα μὴ μετὰ τὴν ἐμὴν ἔξοδον ἄλλοι κληρονομήσωσι· καγὼ ἀποτίσομαι τὴν δίκην, ἀλλὰ προσφέρω μυ τὰς καρπὰς τῷ ἀγαθῷ καὶ ἐλεήμονι Θεῷ, τῷ παρέχοντι μοι θάνατον, ζωήν. καὶ ἑτοιμάζοντι τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκυσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπυ οὐκ ἀνέβη. Ναὶ, ἀγαπητὲ, ἀνδρείζυ, καὶ κραταιώθω ἡ καρδία συ, καὶ ὑπόμεινον τὸν Κύριον, καὶ ἔσῃ ἐν εἰρήνῃ ἡ ἔξοδός συ. Ἐκ ὄψει τὺς δικαίυς χαίροντας ἐπὶ τῇ σῇ σωτηρίᾳ. Ἐκ αὐλισθήσῃ ἐν κόλποις Ἀβραὰμ σὺν τῷ Λαζάρῳ. Τὴν γὰρ πτωχείαν ἐξελέξω, τὴν θλῖψιν ὑπέμεινας, ὀνειδισμὺς ὑπήνεγκας, ἐξυδένωσιν οὐκ ἐμίσησας. Διὰ τῦτο δέξονταί σε μετ' εὐφροσύνης εἰς τὰς αἰωνίυς σκηνὰς, ἔνθα ἀπέδρα ὀδύνη, λύπη, καὶ στεναγμός. Ἐκ ὄψει τὴν ζωήν, καὶ τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, τὴν ἐλπίδα πάσης κτίσεως, τὸν Λυτρωτὴν τῶν ψυχῶν ἡμῶν, Ἰησῦν Χριστὸν, τὸν βασιλέα τῆς δόξης· καὶ χαρήσεταί συ ἡ καρδία, καὶ τὴν χαρὰν οὐδεὶς αἴρει ἀπὸ συ. Αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν ἀσφαλάξῃ ἡμᾶς ἀμέμπτους. ὅτι αὐτῦ ἐστιν ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

DE ΠΕΡΙ

ΠΕΡΙ ΔΙΑΦΟΡΑΣ ΤΟΥ ΜΟΝΑΧΙΚΟΥ ΒΙΟΥ ΥΠΕΡ ΤΟΝ ΚΟΣΜΙΚΟΝ.

ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ Ν.

Ἀγαπητὲ ἀδελφὲ, ἐὰν ἀποταξάμενος τῷ A
βίῳ γένῃ μοναχὸς, νῆφε· ὅτι πολλαὶ αἱ
μεθοδεῖαι τοῦ Ἐχθροῦ. μήποτε εὑρὼν χώραν,
ἐπιβάλλῃ τὰ τοιαῦτα. Ἴδου, φησὶν, ἀπεπά-
ξω τῷ κόσμῳ καὶ τοῖς ἰδίοις. Οὐκ ἰδοὺ καὶ
τὰ θηρία ἡσύχαζον εἰς τοὺς φωλεοὺς αὐτῶν;
Σὺ οὖν ἐπιτίμησον αὐτῷ, λέγων· ὁ Κύριος
καταργήσῃ σε, Διάβολε, ὅτι τὸν ἄνθρωπον, B
ὃν ἐποίησε κατ' ἰδίαν εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίω-
σιν, θηρίῳ ἀλόγῳ καθωμοίωσας. ὁ παύη
διαστρέφων τὰς εὐθείας ὁδούς; Περὶ δὲ τῆς
διαφορᾶς ἄκουε· πρῶτον μὲν ὁ θέλων γε-
νέσθαι μοναχὸς, ἀποτάσσεται τῷ κόσμῳ, ἀπο-
τάσσεται τοῖς ἰδίοις θελήμασιν, καὶ λαμβάνει τὸν
σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθεῖ τῷ Σωτῆρι ἡμῶν C
Χριστῷ. ὁ φιλονεικεῖ, ὁ καταράται, οὐκ ὀμνύει,
ὁ δυσφημεῖ, ὁ μελετᾷ λόγους ψευδεῖς διὰ τῆς
εὐλάλου καὶ φλυάρου φιλοσοφίας. ἐγκρατεύεται, ὁ
σπαταλᾷ. πάντας γὰρ θεοῦ Ἄγγελος φίλους ἔχει,
ἐχθρὸν δὲ τὸν Διάβολον. Οὐκ ἐνθλίβει γεωργὸν,
ὁ βιάζεται χήραν, οὐχ ἁρπάζει τὰ τῶν πτωχῶν,
ὁ κονδυλίζει ὀρφανὸν, ὁ μαίνεται ἐπὶ πλούτῳ. D
Ἀρκούμενος τοῖς παροῦσιν, ὁ φροντίζει τοῦ τραφῆναι
τοὺς ἑαυτοῦ υἱοὺς, ἢ πῶς ἐγγαμίσαι θυγατέρας.
Οὐ δέδεται περισπασμοῖς, ἀλλὰ σχολάζει τῇ ἑαυτοῦ
σωτηρίᾳ. Οὐκ ἐπαίρεται, ἀλλὰ ταπεινοφρονεῖ,
ἀλλὰ χρηστεύεται, καὶ ἐπιεικεύεται, ψάλλει,
καὶ ὁ τραγῳδεῖ. Προσεύχεται, καὶ ὁ μετεωρί-
ζεται· ὁ θαλασσομαχεῖ ἐν ταῖς τοῦ βίου θραγ- E
ματείαις· ὁ φροντίζει περιποιεῖσθαι ἑαυτῷ δό-
ξαν ἐπίγειον. Ἀντὶ αὐλῶν καὶ τυμπάνων καὶ
μουσικῶν, ψάλλει τῷ Κυρίῳ, καὶ προσεύχε-
ται. Πενθεῖ καὶ δακρύει ἐν τοῖς ἐσωτέροις τα-
μείοις καὶ τοῦ οἴκου, καὶ τῆς ψυχῆς, ἄφεσιν
ἁμαρτιῶν αἰτούμενος. Προσευχόμενος προσεύ-
χεται καὶ περὶ ὅλου τοῦ κόσμου. Οὐ παραβάλλει μα- F
ταίαις θεωρίαις, ἀλλὰ ἁγίοις ἀνδράσιν. ἀντὶ
αὐλῆς τὴν ἐρημίαν· Ἐκκλίνει ὅρκους, καὶ ψυχὰς
περιποιῶν αὐτοῖς. Χεῖρας ἐκτείνει ἐπὶ τὰ συμ-
φέροντα εἰς ἔργον, καὶ ἀνάγνωσιν τῶν θείων
Γραφῶν· Ἀμεριμνίαν γονέων καὶ γηΐνων πραγ-
μάτων, ὡς οἶδεν, λογίζεται. Ἀναλογίζεται τὰς
ἐπαγγελίας τοῦ Σωτῆρος, καὶ ἀναζωπυρεῖται τὸ
πνεῦμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ, καὶ τὴν λύπην φυγαδεύει.

DE DIFFERENTIA VITÆ MONASTICÆ, ET VITÆ SÆCULARIS.

PARÆNESIS L.

FRater cariſſime, ſi abdicata vita ſæcularis factus ſis monachus, ſobrium ac vigilantem te præbe: quia multæ ſunt inſidiæ inimici: ne forte locum ac ſpatium inveniens, tibi ſuggerat res hujuſmodi: Ecce, inquiens, renunciaſti ſæculo, ac propriis. An non etiam feræ in ſuis conquieſcunt antris? Tu ergo increpa eum, dicens: Dominus te delebit, profligabitque, Diabole: quia hominem, quem ad imaginem ac ſimilitudinem ſuam fecit, tu feris ratione carentibus comparas. Non deſinis ſubvertere vias Domini rectas ac planas? De differentia vero hujus & illius, audi. Primum quidem qui cupit fieri monachus, renunciat ſæculo, renunciat propriæ voluntati, accipit crucem ſuam, & Salvatorem noſtrum Chriſtum ſequitur. Non contentioſe agit, non maledicit, non pejerat, non blaſphemat, non meditatur verba mendacia per loquacem & nugacem philoſophiam: tēperans eſt, non deliciatur: cunctos Dei Angelos ſibi amicos habet, inimicum autem Diabolum: non affligit agricolam, non vim affert viduæ, non rapit quæ inopis ſunt, non ſævit in orphanos, non furit in divitiis: contentus vivit præſentibus: non cogitat ſtipendia facere ſuiſmet filiis, aut quo pacto filias nuptui tradat. Non eſt conſtrictus diſtractionum vinculis, verum ſuæ dat operam ſaluti: non eſt elatus, verum humiliter ſentit, & benignus eſt & manſuetus; pſallit, & non tragœdias canit: precatur, & non mente vagatur. Non fluctibus & undis negotiorum hujus vitæ agitatur: non curat, quomodo gloriam atque exiſtimationem ſibi terrenam comparet. Pro tibiis, ac tympanis, aliiſque inſtrumentis muſicis, Domino pſallit, & orat. Plangit & lacrymatur in intimis penetralibus & domus & animæ, remiſſionem peccatorum depoſcens. Dum orat, etiam pro univerſo precatur mundo: non ad vana accedit ſpectacula, ſed ad viros ſanctos: pro aula, ſolitudinem conſectatur. Declinat juramenta, & animas eorum qui illis delectantur. Manus extendit ad res utiles, ad opificia, ad lectionem divinarum Scripturarum. Non eſt ſollicitus de parentibus, neque de rebus terrenis. Promiſſiones Salvatoris mente perpendit, & in eo recreatur ſpiritus ejus, doloremque levat

ac fugat. Corporalis occurrit infirmitas? Gaudet, quia prope est corona. Tædium atque acedia ingruit? Succedit à Domino patientia. Damnum aliquod terrenum emergit? Diem sui obitus mente recolit, quia omnia hic remanent. A voluptate vexatur carnali? Acerbitatem tormentorum animo versat. Accidit in eum calumnia? Patienter fert, quia prope est qui justificet ipsum. Infertur ei injuria, & cruciatus? Passiones Salvatoris cogitat. Contingit superbia? Recordatur, quod per ignem transiturus est. Ista gratiæ sunt dona, recte Domino servientibus concessa, & quæcumque decent sanctos. Te porro Diabolum, re infecta, avertet Dominus. Etiam, carissime, dicentem audi: *Resistite Diabolo, & fugiet a vobis: appropinquate Deo, & appropinquabit vobis.* Simul & pro me misero deprecare: quia *iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum*: ut bonus & misericors Dominus custodiat & salvet nos in suo regno ac gloria, qui desperatorum spes est. Quoniam ipsi gloria, & fortitudo, atque potentia, & regnum, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, in sæcula sæculorum. Amen.

Jacob. 4.

Psal. 37.

Η῎κει σωματικὴ ἀῤῥωστία; χαίρει, ὅτι ἐγγὺς ὁ στέφανος. Η῎κει ἀκηδία; ἀγαδέχε τὸ τοῦ Κυρίου ὑπομονή. Η῎κει ζημία γηΐνη; ἀλλὰ μιμνήσκε τὴν ἡμέραν τῆς τελευτῆς, ὅτι πάντα ὧδε μένει. Ὠχλήθη ὑπὸ τῆς ἡδυπαθείας; ἀναλογίζεται τὴν πικρότητα τῶν βασάνων. Η῎κει συκοφαντία; μακροθύμει, ὅτι ἐγγίζει ὁ δικαιῶν αὐτόν. Η῎κει ὕβρις, καὶ βάσανοι; ἀναλογίζεται τὰ παθήματα τοῦ σωτῆρος. Η῎κει ὑψηλοφροσύνη; ἀναλογίζεται, ὅτι ἀπὸ πυρὸς μέλλει ἔρχεσθαι. Τὰ πάντα τὰ δωρήματα τοῦ Χριστοῦ, τοῖς ὀρθῶς δουλεύουσι τῷ Κυρίῳ, καὶ ὅσα πρέπει τοῖς ἁγίοις. Σὲ, τὸν Διάβολον, ἄπρακτον ἀποστρέψει ὁ Κύριος. Ναὶ, ἀγαπητὲ, ἄκουε τοῦ λέγοντος· ἀντίστητε τῷ Διαβόλῳ, καὶ φεύξεται ἀφ' ὑμῶν· ἐγγίσατε τῷ Θεῷ, καὶ ἐγγιεῖ ὑμῖν. προσεύχομαι ἅμα καὶ ὑπὲρ ἐμοῦ τοῦ παλαιωτάτου, ὅτι αἱ ἀνομίαι μου ὑπερῆραν τῆς κεφαλῆς μου· ὅπως ἀγαθὸς Κύριος καὶ ἐλεήμων διαφυλάξῃ καὶ σώσῃ ἡμᾶς εἰς τὴν αὐτοῦ βασιλείαν καὶ δόξαν· ἡ τῶν ἀπεγνωσμένων ἐλπίς. ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα, κράτος, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ βασιλεία τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

SANCTI PATRIS NOSTRI EPHRAEM EPISTOLA AD JOANNEM MONACHUM DE PATIENTIA: ET DE CAVENDO, NE QUIS DECIPIATUR COGITATIONIBUS PRÆTEXTU JUSTIFICATIONUM: NEQUE DICAT: TAMQUAM PASTOR INCEDO: ET DE TEMPERANTIA.

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΕΦΡΑΙΜ ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΙΩΑΝΝΗΝ ΜΟΝΑΖΟΝΤΑ, ΠΕΡΙ ΥΠΟΜΟΝΗΣ, ΚΑΙ ΤΟΥ ΜΗ ΑΠΑΤΑΣΘΑΙ ΤΟΙΣ ΛΟΓΙΣΜΟΙΣ ΠΡΟΦΑΣΕΙ ΔΙΚΑΙΩΜΑΤΩΝ, ΚΑΙ ΛΕΓΕΙΝ, ΟΤΙ ΩΣ ΒΟΣΚΟΣ ΠΟΡΕΥΟΜΑΙ. ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΣΩΦΡΟΣΥΝΗΣ.

VAriis licet adhortationibus cum religiosissimo Theodoro egerimus, ne a suo recedat loco; persuadere tamen non valuimus. Dixit autem ad nos ille: Si voluntas juvandi me, animamque meam secundum Deum salvandi adfuerit, in monasterium tuum ablega me. Cui respondi: Ex quo monasterii curam fratri Joanni commisi, illo inconsulto mandare alicui nequeo. Et nunc quidem bene egisti, prædictum fratrem suscipiendo. Nam ut rediit, nobis qua eum compassione exceperis, renunciavit: quum & tales oporteat in veneratione habere, qui supra patrem & matrem, fratres & sorores, uxorem & filios, cognatos atque amicos, diligunt Dominum. Recte vero agis, exemplum bonorum operum te ipsum præbens, & potissimum fratribus, qui tecum habitant, secundum eum qui dicit:

Πολλὰ παρεκαλέσαντες τὸν θεοσεβέστατον Θεόδωρον καὶ μὴ ἀποσπάσαι τοῦ τόπου ἑαυτοῦ, οὐκ ἰσχύσαμεν πεῖσαι. Εἶπε δὲ πρὸς ἡμᾶς. ἐὰν θέλῃς, φησὶ, βοηθῆσαί μοι, καὶ μὴ Θεὸν σωσαί μου τὴν ψυχὴν, ἀπόστειλόν με εἰς τὸ μοναστήριόν σου· ᾧ τινι ἀπεκρίθην· ὅτι ἀφ' οὗ τὴν ἐπιμέλειαν τοῦ μοναστηρίου ἐπέτρεψα τῷ ἀδελφῷ Ἰωάννῃ, ἄνευ βουλῆς αὐτοῦ, σωπάξασθαί τινι οὐ δύναμαι. Καὶ τῷ νῦν καλῶς πεποίηκας, δεξάμενος τὸν θεοφιλῆ ἀδελφόν. Ὡς γὰρ ἐπανῆκεν, ἀπήγγειλεν ἡμῖν, οἵαν συμπάθειαν ἐνεδείξω εἰς αὐτόν. Καὶ γὰρ τοὺς τοιούτους δεῖ ἐντίμως ἔχειν, τοὺς ὑπὲρ πατέρα καὶ μητέρα, καὶ ἀδελφοὺς καὶ ἀδελφὰς, καὶ γυναῖκα καὶ τέκνα, καὶ συγγενεῖς καὶ φίλους, ἀγαπῶντας τὸν Κύριον. Καλῶς δὲ ποιεῖς, εἰς τύπον καλῶν ἔργων προσέχων ἑαυτῷ, καὶ μάλιστα τοῖς σὺν σοὶ οἰκοῦσιν ἀδελφοῖς· κατὰ τὸν εἰπόντα.

A me

ἀπ' ἐμοῦ ὄψεσθε, καὶ οὕτω ποιήσατε. Καὶ ὁ μα- A
κάριος Παῦλος ὁ ἀπόστολος παραινῶν, λέγων· μί-
μηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ. ἵνα
οἷς ὁ λόγος ὁ πληροφορῇ, τὸ ἔργον πείσῃ. Τῆς
δὲ πνευματικῆς λειτουργίας μὴ καταφρονήσητε.
μηδὲ παρόφασιν τῶν σωματικῶν χρειῶν, τὴν σωμά-
τεως ὑμῶν παραμελήσητε. Τὰ γὰρ λόγια τοῦ
Θεοῦ μελετώμενα καὶ ψαλλόμενα, ψυχὴν μὲν
τρέφουσι καὶ διαφυλάττουσι, σῶμα δὲ φρουροῦσι B
καὶ παιδαγωγοῦσι, Δαίμονας δὲ ἀπελαύνουσι καὶ
μεγίστην γαλήνην τῇ ψυχῇ ἐμποιοῦσι· Περὶ
δὲ τῶν ἐπιχειρούντων εἰς τὰ ὑπέρμετρα, καὶ
παραπιπτόντων κινδύνοις ἀνηκέστοις, ὑπομνῆσαι
ὑμᾶς βούλομαι, μὴ φρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν
ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν, Καὶ πάλιν ἑτέ-
ρωθι λέγει· μὴ γίνου δίκαιος πολλά, μηδὲ
σοφίζου περισσά, μήποτε ἐκπλαγῇς. Συνέ-
βη γὰρ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις τινὰς ἀδελφοὺς
καταλιπόντας τὰ ἑαυτῶν κελλία, εἰς τὴν ἄβα-
τον καὶ ἄκαρπον καὶ ἄνυδρον γῆν ἑαυτοὺς ἐκδε-
δωκέναι. πολλὰ δὲ ὑπὸ τῶν πατέρων καὶ ἀδελφῶν
νουθετηθέντες οὐκ ἐπείθησαν, εἰπόντες. ἡμεῖς
βοσκοὶ ἀναχώμεθα. Ὡς οὖν ἤλασαν ἑαυτοὺς κατ'
τὴν ξηροπάτητον ἐρήμου, θεασάμενοι ἑαυτοὺς συγκλει-
σθέντας ὑπὸ τὴν ἄβατον γῆν, ἤρξαντο δυσφορεῖν λίαν·
ἀρξάμενοι οὖν ἀναλύειν εἰς τὰ οἰκούμενα, οὐκ ἴσχυσαν
ἑαυτοὺς ὑπεξάραι τῆς χαλεπωτάτης ἐρήμου·
οὐ γὰρ ῥᾴδιον ἦν τοῖς ἐντὸς ἀνακάμπτειν. Θλιβόμενοι τοι-
γαροῦν σφοδρῶς ὑπὸ ἀσιτίας καὶ δίψης καὶ τοῦ καύ-
σωνος, ἔκειντο ἀθυμοῦντες, καὶ τὴν ψυχὴν ἀπολε-
γόμενοι. Οἰκονομία δέ τις γέγονεν ἐκ θείας προ-
νοίας, καὶ θέρμωταί ὑπό τινων ψυχορραγοῦντες,
οἵτινες ἐπιθέντες ἐπὶ τὰ ἴδια κτήνη ἐκόμισαν
αὐτοὺς εἰς τὰ οἰκούμενα, τίνες δὲ καὶ ἀπέψυξαν, E
καὶ τὰ σώματα αὐτῶν ὑπὸ πετεινῶν, καὶ θηρίων
κατεβρώθησαν, οἱ δὲ διασωθέντες, ἔμειναν ἀσθε-
νοῦντες ἐφ' ἱκανόν, καὶ λοιπὸν τῇ πείρᾳ ἔγνωσαν,
μὴ ποιεῖν τι ἄνευ βουλῆς. Πολλοὶ γὰρ αὐθαδείᾳ
λογισμῷ φερόμενοι, εἰς γῆν ἄκαρπον καὶ ἄνυδρον
ἑαυτοὺς διήλασαν, βίαιον θάνατον ἑαυτοῖς ἐπε-
νέγκαντες. Ἕτεροι δὲ ὑποταγὴν μὴ βουλόμενοι,
μηδὲ ὑπηρετεῖν τοὺς ὁμοψύχους ἀνεχόμενοι, F
τῷ αὐτῷ κινδύνῳ ἑαυτοὺς ἐξέδωκαν. Ἄλλοι ὑπὸ
αὐταρεσκείας λογισμῷ ἐμπαγχθέντες, καὶ τῇ κε-
νοδοξίᾳ ἑαρθέντες, ἐπαίνους θηρώμενοι ὑπὸ τῶν
ἀκουόντων, ὡς φασι, βοσκοὶ γενόμενοι. τοὺς δὲ ἐπι-
τεινομένους πόνους μὴ συλλογισάμενοι, τοῖς αὐτοῖς
κινδύνοις ἑαυτοὺς ἐνέβαλον. Οὐ δεῖ τοιγαροῦν,
ἀγαπητέ, συναπάγεσθαι τοῖς ἰδίοις λογισμοῖς

ἀκρίτως.

A me videbitis, & sic facietis: Et beatus Paulus Apostolus adhortatur, dicens: *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi*: Ut quibus sermo plenam fidem non facit, opus ipsum persuadeat. Spiritualia vero ministeria ne contemseritis, neque corporalium necessitatum prætextu synaxim vestram neglexeritis. Eloquia enim Dei meditata & suaviter decantata animam nutriunt atque tuentur: corpus autem custodiunt instituuntque: dæmones repellunt, & summam animæ tranquillitatem generant. Porro de tentantibus ea, quæ mensuram ac modum excedunt, incurrentibusque in pericula graviſſima, commonefacere vos volo: non plus sapiendum esse, quam oportet sapere, sed sapiendum ad sobrietatem. Rursusque alibi dicit Scriptura: *Noli esse justus multum, neque plus sapias quam necesse est, ne obstupescas*. Accidit enim diebus hisce nostris, quosdam fratres relictis suis cellis, in terram desertam, infructuosam, atque inaquosam se contulisse: sæpe autem licet a patribus ac fratribus admoniti, non paruerunt, dicentes: Nos ut pastores discedimus. Et ut sese in aridissimam solitudinem impulissent, videntes jam se intra desertam terram concluſos, cœperunt vehementer discruciari: incipientesque ad loca, quæ incoluntur, redire, nequiverunt se ex difficillima eremo subducere & expedire; neque enim illud facile erat intra interiora deserti versantibus. Valde igitur per inediam, sitim, æstumque afflicti jacebant, animum dejicientes. Divina vero providentia disponente, frigore pereuntes, ab aliquibus ibi reperti sunt, qui eos propriis jumentis impositos, ad loca habitationum reportarunt: alii etiam ibi mortui sunt, & a volucribus ac feris corpora eorum devorata sunt. Qui autem evaserunt salvi, longo tempore infirmi remanserunt; deinceps ipsa experientia cognoverunt, nihil absque consilio faciendum. Nam multi contumacia atque temeritate cogitationum ducti, in terram infructuosam, & inaquosam progressi, violentam sibi ipsis mortem intulerunt. Alii vero sub obedientia vivere nolentes, unanimitatemque in ministrando recusantes, in idem se periculum conjecerunt. Alii sui consilii complacentia decepti, laudem ab auscultantibus captantes, pastores, ut aiunt, effecti sunt: intentos autem labores non cogitantes, iisdem se periculis implicuerunt. Non igitur oportet, carissime, sine prudentia propriis abduci

Judic. 7.
1. Cor. 4.
Rom. 12.
Eccl. 7.

consiliis: quin potius decet unumquemque proprio se metiri modulo, & proximo in caritate Dei humiliari. Si quis autem existimet se perfectam adeptum esse virtutem, passionibus superiorem esse, & in cupiditates dominari; ne sic quidem sibi ipsi confidat; ne forte in ipsum dicatur quod scriptum est: *Rex temerarius incidet in mala; Angelus autem lucis liberabit eum.* Prov. 13.

Sed forte præteriens quis dixerit: Quomodo invenimus aliquos sanctorum Patrum hanc excoluisse virtutem? Convenit itaque nos etiam ex sanctorum Patrum vitis afferre testimonia, ut aperte ostendamus, nihil temere, vel casu, inconsiderateve sanctos Patres egisse. De Abbate Macario narratur, quod sic diceret: Considens, inquit, in cella mea, exercebar ut monachus, dum interim mihi molestiam cogitationes exhibebant, dicentes: Abi in interiorem eremum, & vide quid ibidem cernes: perstitique in pugna cum cogitatione annos quinque, quum dicerem, ne forte id a dæmonibus mihi suggeratur. Perspicis prudentiam sancti viri? Numquid abduci se passus est, aut præceps accurrit? Numquid cogitationem admisit? Minime vero: sed perseveravit examinans, jejunans, vigiliis precibusque vacans, ut id ne forte ex dæmonibus esset, cognosceret. Cæterum nobis dum cogitatio aliqua se ingerit, contineri non possumus, & efferamur; & non modo non discutimus, sedulo orantes, sed neque ab aliis admoniti obedimus; unde & facile ab adversario capimur. Deinde quum persuaderet, inquit, cogitatio, egressus in eremum, invenit ibi lacum, insulamque in medio ejus, & accedebant jumenta ut biberent ex illo; adspexitque duos homines nudos in medio ipsius. Sub hæc ut loquuti sunt inter se, dixit Abbas Macarius ad illos: Quomodo fieri potero monachus? Et illi ad eundem: Nisi quis renunciaverit omnibus, quæ in mundo sunt, non poterit fieri monachus. Ad quos ipse: Ego, inquit, infirmus sum, & non ita valeo ut vos. Cui illi: Si nequeas, ut nos, sede in cella tua, & peccata tua defleas. O humilitas divini viri! O prudentia insignis virtute animæ: qui tot ac tantis præclare factis excellebat, non judicavit se ipsum ejusmodi re dignum: sed ait ad eos: Ego infirmus sum, & non ita valeo, ut vos. Nos autem neque persecutione ulla invadente, neque a quoquam impulsi, temeritate & propria quadam complacentia ducimur

De Abbate Macario.

ἀκείτως, ἀλλὰ μᾶλλον χρὴ ἕκαστον ἐπιγινώσκειν τὰ οἰκεῖα μέτρα, καὶ ταπεινοῦσθαι τῷ πλησίον ἐν ἀγάπῃ Θεοῦ. Εἰ δέ τις οἴεται κατωρθωκέναι τὴν ἀρετὴν, καὶ ἐπικρατεῖν τῶν παθῶν, καὶ βασιλεύειν τῶν ὀρέξεων, μηδὲ οὕτω θαρρείτω ἑαυτῷ· ὅπως μὴ ῥηθῇ καὶ αὐτῷ τὸ γεγραμμένον· Βασιλεὺς θρασὺς ἐμπεσεῖται εἰς κακά· ἄγγελος δὲ φωτὸς ῥύσεται αὐτόν.

Ἀλλ' ἴσως παρελθών τις λέξει. καὶ πῶς εὑρίσκομεν τινὰς τῶν πατέρων, τούτῳ ἀσκησκότας τὴν ἀρετήν; Χρὴ τοιγαροῦν ἡμᾶς φέρειν καὶ ἐκ τῶν βίων τῶν ἁγίων πατέρων τὴν μαρτυρίαν, ὅπως δείξωμεν σαφῶς, μηδὲν εἰκῇ ἢ ὡς ἔτυχεν ἀφειδιστέπλως πεπραχέναι τοὺς ἁγίους πατέρας. Περὶ γοῦν τοῦ ἀββᾶ Μακαρίου ἱστορεῖται, ὅτι ἔλεγεν ὅτω· Καθημένου μου, φησὶν, ἐν τῷ κελλίῳ ἠσκούμην. ὤχλησάν μοι οἱ λογισμοὶ, λέγοντες. ἄπελθε ἔσω εἰς τὴν ἔρημον, καὶ ἴδε τί βλέπεις ἐκεῖ· καὶ ἔμεινα πολεμῶν τὸν λογισμὸν πέντε ἔτη, λέγων. μήπως ἀπὸ Δαιμόνων ἐστὶν. Ὁρᾷς σύνεσιν ἁγίου ἀνδρὸς; μὴ συναπήχθη ἢ ἐπέδραμε; μὴ προσεποιήσατο τὸν λογισμόν; οὐχί. Ἀλλ' ἔμεινεν ἀνακρίνων, νηστεύων καὶ ἀγρυπνῶν, καὶ προσευχόμενος, μήπως ἀπὸ Δαιμόνων ἐστὶν. Ἡμῖν δὲ ὅταν ἔλθῃ λογισμὸς, ἀκατάσχετοί ἐσμεν ἁρπαγοιούμενοι, καὶ οὐ μόνον οὐκ ἀνακρίνομεν ἐμπόνως προσευχόμενοι, ἀλλ' οὐδὲ ὑφ' ἑτέρων νουθετούμενοι πειθαρχοῦμεν· ὅθεν καὶ αἰχμαλωτιζόμεθα ῥᾳδίως ὑπὸ τοῦ ἐξεναντίας. Εἶπα, φησὶν, ὡς ἐπέπεισθεν ὁ λογισμός. ἐξῆλθεν εἰς τὴν ἔρημον, καὶ εὗρεν ἐκεῖ λίμνην ὑδάτων, καὶ νῆσον ἐν μέσῳ αὐτῆς. καὶ ἦλθον τὰ κτήνη τοῦ ἐρήμου πιεῖν ἐξ αὐτῆς, καὶ εἶδεν ἐν μέσῳ αὐτῆς δύο ἀνθρώπους γυμνούς. Εἶπα μετὰ τὸ λαλῆσαι αὐτοὺς πρὸς ἀλλήλων, εἶπεν ὁ ἀββᾶς Μακάριος πρὸς αὐτούς. Πῶς δύναμαι γενέσθαι μοναχός; Καὶ λέγουσιν αὐτῷ. ἐὰν μὴ ἀποτάξηταί τις πᾶσι τοῖς τοῦ κόσμου, οὐ δύναται γενέσθαι μοναχός. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· ἐγὼ ἀσθενής εἰμι, καὶ οὐ δύναμαι, ὡς ὑμεῖς. Καὶ εἶπον. ἐὰν οὐ δύνασαι ὡς ἡμεῖς, κάθου ἐν τῷ κελλίῳ σου, καὶ κλαῦσαι τὰς ἁμαρτίας σου. Ὢ ταπεινώσεως ἐνθέου ἀνδρός. ὦ σύνεσις ἐναρέτου ψυχῆς. Οἵ τοσούτοις καὶ τηλικούτοις ἀνδραγαθήμασι λαμπρύνων οὐκ ἔκρινεν αὐτὸν ἄξιον τοῦ πράγματος. ἀλλ' ἔφη πρὸς αὐτούς· ἐγὼ ἀσθενής εἰμι, καὶ οὐ δύναμαι ὡς ὑμεῖς. Ἡμεῖς δὲ, μήτε διωγμοῦ ἐπιστάντος, μήτε τινὸς διωκόμενοι, τῇ προπετείᾳ καὶ αὐταρεσκείᾳ ἀγόμεθα, καὶ

καὶ ἐπιχειρῶμεν τὰ ὑπέρμετρα, ὡς Κύριον τὸν Θεὸν A
πειράζοντες, ὅπερ ἐστὶ φοβερόν. Οὐαὶ δὲ ἀνθρώπῳ
πεποιθότι ἐπὶ τῇ ἰδίᾳ δυνάμει, ἢ ἀσκήσει, ἢ δόξῃ-
τινι, καὶ μὴ εἰς Θεὸν ἔχοντι πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ἐλ-
πίδα. Παρ' αὐτοῦ γὰρ μόνου τὸ κράτος καὶ ἡ ἰσχύς.

Διατί γὰρ μὴ ἐγκύψομεν καὶ εἰς τὸν βίον
τοῦ ἁγίου Ἀντωνίου, καὶ εὑρήσομεν ἐξ αὐτοῦ ὅτι θείας
ἀποκαλύψεως πάντα πεποιηκέναι. Οἱμοίως δὲ B
καὶ αὐτὸς οὐκ ἐν μοναστηρίῳ ἐσκαθέζετο; οὐκ ἀμ-
φιάσμασιν ἐσκέχρητο; οὐκ ἄρτον ἤσθιεν; ἢ ταῖς
ἰδίαις χερσὶν εἰργάζετο; ἢ μαθητὰς ἐκέκτητο,
οἵτινες καὶ, θανόντος αὐτοῦ, σωρεύσαντες ἔθαψαν. Οὐ μόνον δὲ αὐτὸς ὁ μακάριος Ἀντώνιος
ταύτῃ ἐχρήσατο τῇ ἀγωγῇ, ἀλλὰ καὶ οἱ λοι-
ποὶ πατέρες, οἱ τὸν ἐναρέτον βίον ἐξασκήσαν-
τες, οἵτινες φωταγωγοὶ γεγόνασι τῶν φοιτώντων
πρὸς αὐτούς, δι' ὧν ὁ Θεὸς σημεῖα καὶ ἰάσεις ἐπε- C
τέλει. ὡς γὰρ λύχνοι φαιδροὶ ἦσαν, ταῖς ἀρεταῖς
καταλαμπόμενοι. Τοῦτον τὸν βίον καὶ τὸν τρόπον
ζηλώσωμεν καὶ ἡμεῖς, ἐν τῇ βασιλικῇ ὁδῷ βαδί-
ζοντες, μὴ ἐκκλίνοντες, μήτε εἰς τὰ δεξιὰ, μή-
τε εἰς τὰ ἀριστερά. Σχολάσωμεν τοιγαροῦν τῇ ἡσυ-
χίᾳ, τῇ νηστείᾳ, τῇ ἀγρυπνίᾳ, τῇ προσευχῇ,
τοῖς δάκρυσι, ταῖς σωάξεσι, τῷ ἐργοχείρῳ, τῇ
σωτυχίᾳ τῶν ἁγίων πατέρων, τῇ ὑπακοῇ τῆς ἀλη- D
θείας, τῇ ἀκροάσει τῶν θείων γραφῶν· ὅπως μὴ
χερσωθῇ ἡμῶν ἡ διάνοια. Μάλιστα δὲ τῆς μετα-
λήψεως τῶν ἀχράντων καὶ ἁγίων μυστηρίων ἀξίους
ἑαυτοὺς παραστήσωμεν, ὅπως τῶν τικτομένων ἀπι-
στιῶν τε καὶ ῥυπαρῶν λογισμῶν ἀφαγνισθῇ ἡμῶν
ἡ ψυχὴ, καὶ ἐνοικήσας ἐν ἡμῖν ὁ Κύριος ῥύσηται
ἡμᾶς τοῦ Πονηροῦ. Κατὰ πάντα δὲ, τὴν εἰλικρινῆ
ἀγάπην διώκοντες εἰς ἀλλήλους καὶ εἰς πάντας. E
ἐκ γὰρ τοῦ πλησίον κτᾶταί τις τὸ πονηρὸν καὶ ἀγαθόν.
Ἀψευδὴς γάρ ἐστιν ὁ εἰπών· Ὃ ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν
μου τῶν ἐλαχίστων ἐποιήσατε, ἐμοὶ ἐποιήσατε. τοῖς
δὲ λοὺς ἀσυμπαθεῖς πάλιν λέγει· Ὃ ἑνὶ τῶν ἀδελφῶν
μου τῶν ἐλαχίστων οὐκ ἐποιήσατε, οὐδὲ ἐμοὶ ἐποι-
ήσατε. καὶ πορεύσονται οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον,
οἱ δὲ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰώνιον. Οἱ ἀρχαῖοι μό-
σχους, καὶ κριοὺς, καὶ ἀμνοὺς, πάντα ἄμωμα εἰς θυ-
σίαν προσέφερον τῷ Κυρίῳ. ἡμεῖς δὲ τὸ ἑαυτῶν
σῶμα προσενέγκωμεν Κυρίῳ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ.
μὴ μωμοῦντες τοῦτο ἐν τοῖς ἀπηγορευμένοις, ἢ ῥυ-
πούντες ἔν τινι λογισμῷ, ἵνα μὴ ἀπροσδέκτος
γένηται ἡμῶν ἡ θυσία.

Τὸ δὲ ἔν τινι τρόπῳ δεῖ κτᾶσθαι τὴν ἁγιω-
σύνην· ἀρκεῖ τοῖς νοῦν ἔχουσι νηφάλιον καὶ τὴν Θεοῦ
μνήμην, ἧς αἱ ἀκτῖνες φωτίζουσι πᾶσαν καρδίαν.

Οἱ

ducimur, aggredientes ea, quæ menſuram ac modum ſuperant, tamquam Dominum Deum tentantes, quod eſt horribile. Væ autem homini, qui propriis confidit ac nititur viribus, vel exercitatione, ſive induſtria; neque in Deo ſpem omnem reponit ſuam: ab illo enim ſolo poteſtas & robur.

Et cur non oculos demittimus in vitam Abbatis Antonii? Et ipſum cuncta ex divina egiſſe revelatione comperiemus. Verumtamen ipſe quoque nonne in monaſterio vivebat? Nonne indumentis utebatur? Nonne pane veſcebatur? Nonne propriis manibus laborabat? Nonne diſcipulos habebat, qui quidem etiam mortuum ipſum deflebant ac ſepeliebant? Neque vero ſolum ipſe beatus Antonius hoc vitæ inſtituto uſus eſt, ſed & reliqui Patres, qui religioſam vitam duxerunt: qui hortabantur & ſolabantur ad ſe venientes, per quos ſigna & curationes exhibebat Deus. Tamquam enim lucernæ quædam claræ, virtutibus coruſcabant. Horum vitam ac mores, etiam nos regia via incedentes, æmulemur, non declinantes neque in dexteram, neque in ſiniſtram. Demus ergo operam quieti, jejunio, vigiliis, orationibus, lacrymis, conventibus ad res divinas celebrandas, labori manuum, converſationi cum ſanctis Patribus, obedientiæ veritatis, & auſcultationi divinarum Scripturarum: ne mens noſtra ſylveſcat, & inculta ſquallidaque reddatur. Potiſſimum autem participatione nos ſanctorum & immaculatorum myſteriorum dignos exhibeamus: ut mente noſtra enaſcentibus infidelitatibus, ſordidiſque cogitationibus purgata, inhabitans in nobis Dominus liberet nos a maligno. In cunctis autem veram atque ſinceram caritatem ad invicem, & in omnes ſectemur: nam ex proximo comparat ſibi quis malum vel bonum. Non enim mendax eſt, qui dixit: *Quod uni ex his fratribus meis minimis feciſtis, mihi feciſtis.* Ad eos autem, qui pietatis viſcera clauſerant, dixit: *Quandiu non feciſtis uni de minoribus his, nec mihi feciſtis. Et ibunt hi in ſupplicium æternum, juſti autem in vitam æternam.* Antiqui vitulos, agnos, & arietes, cuncta immaculata, in ſacrificium Domino offerebant: at nos proprium corpus Domino offeramus in Spiritu Sancto, non polluentes hoc rebus vetitis, aut aliqua cogitatione contaminantes; ne reprobetur ſacrificium noſtrum.

Quo pacto autem comparare oporteat ſanctitatem; ſuffecerit mentem ſobriam ac vigilantem habentibus recordatio Dei, cujus radii cor omne illuminant.

De S. Antonio Abbate.

Matth. 25.

Levit. 1. 3. 9.

nant. Qui vero mente adhuc infirmi ſunt, aliquibus indigent exemplis, quibus ad imitandam excolendamque eandem virtutem excitentur. Sit ergo nobis exempli loco tale. Qui ſecundum mundum ſtrenuos ſe præbent in bellis, imagines ſumunt, in parietibus & tabulis belli hiſtoriam deſcribentes: ut quomodo hi quidem ſagittis feriant, alii vulnera infligant, quidam fugiant, alii incurſiones faciant, alii adhibitis gladiis, ſpicarum inſtar adverſarios decutiant. Atque hæc agunt ad æmulationem poſterorum, & commemorationem eorum, qui rem fortiter in bello geſſerunt adverſus hoſtes repugnantes. Alii vero ſanctorum quoque certamina in domeſticis Oratoriis, ad imitationem videlicet ignavorum cordium, & oblectationem ſpectatorum, depingunt. Sic ergo ſatagite, quaſi & noſtra vita deſcribenda ſit, & in ſublimi collocanda, ut omnibus ſit conſpicua: quin etiam excolendæ virtuti operam demus, ne quid vituperio dignum, atque abſurdum inſeratur imagini. Turpiſſimum enim revera eſt, ſpectare virum in imagine cum femina inhoneſte verſantem, & præſertim ex iis, qui videntur habitum pietatis aſſumſiſſe. Si vero & cum maſculo, ſecundum eum, qui dixit: *Maſculi in maſculos turpitudinem operantes*: quis tandem oculos in imaginem defigere auderet? Fugiendum vel ipſum quoque ſpectaculum. Si autem cum tali ignominia præ pudore ſtupidi, ſpectari ab aliis nolumus, prorſus divina cooperante gratia turpes paſſiones effugiamus, veræque virtutis ſtudium curemus: ut compoſitio & ſtructura hiſtoriæ quæ de nobis eſt futura, præclara & honeſta fiat, quæ ad bonam æmulationem excitet ſua pulchritudine obvios quoſque: nihilque in ea deforme, minuſve virtuti conveniens imprimamus. Etenim Sodomitarum hiſtoria indelebilis eſt, in medium producens, quomodo juſti domum circumdederint homines intemperantes ac flagitioſi, donec cæcitate percuſſi, igniſque imbre combuſti, & in cinerem redacti eſſent ipſi cum terra ſua, in qua nefandas commiſtiones exercuerant. Horum hiſtoriam tamquam imaginem quandam horrore plenam propoſuit uniuſcujuſque noſtrorum conſcientiæ Creator noſter Deus: ut ad exemplum hujuſmodi reſpicientes, improborum commercia declinemus. Qui autem cæcutientes, propoſitam nobis hiſtoriam prætereunt, facile in voluptatum barathrum præcipites ruunt. Tu autem defixam tene in hujuſmodi

Rom. 1.

Gen. 18. 19.

A Οἱ ὖ ἕλα ἀσθενῶς διακείμενοι πρὸς τ τοιούτων ἔννοιαν χρήζουσί τινων ὑποδειγμάτων πρὸς ζῆλον καὶ κατόρθωσιν τ αὐτῆς ἀρετῆς. Ἔστω ὖ ἡμῖν τὸ ὑπόδειγμα τοιοῦτο. Οἱ κτ τὸν κόσμον ἀνδραγαθούντες ἐν τοῖς πολέμοις, εἰκόνας λαμβάνουσιν ἐπὶ τειχῶν καὶ σανίδων, τ ἰσοείαν τῦ πολέμου διαγράφοντες. πῶς οἱ μὲ ἐντείναντες τὰ τόξα. οἱ ὖ τρώσκοντες· οἱ μὲ φεύγοντες· οἱ ὖ καπατρέ-

B χοντες· ἕτεροι δὲ τῷ ξίφει χρησάμενοι, δίκην σαχύων ἀντιπάλους ἀποθεείζουσι. Καὶ ταῦτα ἐπιτηδεύσι πρὸς ζῆλον τ μεταγενεσέρων, καὶ ἀνάμνησιν τῶν ἀειστευόντων κτ τ ἀντιστρατευομένων. Πολλοὶ ὖ καὶ νῦν ἄθλησιν τ ἁγίων ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς οἴκοις ἀγγράφουσι πρὸς ζῆλον δῆθεν τ νωθροκαρδίων καὶ τέρψιν τ θεατῶν. Ὡς οὖν καὶ ἡμετέρα βίος ἀναγράφεσθαι μέλλοντος, καὶ ἐν

C ὑψηλῷ ἀναλίθει πρὸς ἐπίδειξιν πάντων, σπουδάσατε. μᾶλλον δὲ σπουδάσωμεν καλορθῶσαι τ ἀρετῶ, ἵνα μηδὲ ψεκτὸν, ἢ ἀνοίκειον ἐνθῇ ἐν τῇ εἰκόνι. Αἰσχρόταλον γὰρ ἀληθῶς, ἄνδρα ἐν εἰκόνι θεάσασθαι γυναικὶ ὁμιλοῦντα ἀσέμνως, καὶ μάλιστα τῶν δοκούντων εὐσεβείας πρεσβεύεσθαι. Εἰ δὲ καὶ μὴ ἄῤῥενος· κτ τ εἰπόντα· ἄῤῥενες ἐν ἄῤῥεσι τῇ ἀσχημοσύνῃ κατεργαζόμενοι· τίς ἄρα τολμήσῃ ἐναλενίσαι τῇ εἰκόνι;

D φευκτέον καὶ τὸ θέαμα. Εἰ τοιαῦτα ἐννοηθείημεν, ἐν τοιαύτῃ ἀτιμίᾳ θεαθῶσι βουλόμενοι, τ αἰσχύνης ἀπονενοήκαμεν· πάντως ἐκφυξώμεθα τὰ αἰσχρὰ πάθους, τ χάεως σωφρονήσης. Φροντίσωμεν τοίνυν εἰλικρινῶς τ ἀρετῆς, ὅπως γένηται ἡ σύνθεσις καὶ ἡ κατασκευὴ τ περὶ ἡμῶν ἱστορίας καλή τε & ὄφιμος, εἰς ζῆλον ἀγαθὸν ἁρπάσασα διὰ τ καλονῆς, τοῖς ἐντυγ-

E χάνουσι μηδὲν δυσχερὲς, ἢ ἀνοίκειον τ ἀρετῆς χαρακτηρίζωμεν ἐν αὐτῇ. Καὶ γὰρ ἡ τ Σοδομιτῶν ἱστορία ἀνεξάλειπτος καθέστηκε, διαγορεύσα πῶς ἐκύκλωσι τὴν οἰκίαν τ Δικαίου οἱ ἄσωτοι, ἄχρις ὅ ἐπλάγησαν τῇ ἀορασίᾳ, καὶ ὑπὸ τῆς τ πυρὸς ἐπομβρίας καταφλεχθέντες ἐτεφρώθησαν αὐτοί τε, καὶ τὰ ἐδάφη αὐτῶν, ἐφ' οἷς τὰς ἀθέσμους κατειργάζοντο μίξεις. Τούτων

F τὴν ἱστορίαν, ὡς εἰκόνα τινὰ, φόβου γέμουσαν, προτέθηκεν ὁ ποιήσας ἡμᾶς Θεὸς τῷ ἑκάστου ἡμῶν σωφρονίζειν. ἵνα πρὸς τὸ ὑποδειγμα ἐφορῶντες, ἐκκλίνωμεν τ φαύλων. Οἱ δὲ ἐπικαμμύοντες τῇ θεωρίᾳ τῆς προκειμένης ἡμῖν ἱστορίας, ῥᾳδίως ἐμπίπτουσιν ἐν τῷ βαράθρῳ τῶν ἡδονῶν. Σὺ δὲ ἐρηρεισμένον ἔχε τὸ τῆς ἀγνοίας ὄμμα πρὸς τὴν τοιαύτην

τοιαύτῃ κατανόησιν, ἵνα τῷ φόβῳ ἐγκρύσῃς τὰ A ἄῤχιστα πάθη, καὶ τὰς φλεγμαινούσας ἡδονὰς καταμαράνῃ ἡ προσδοκία τῆς ὀργῆς. Τίς γὰρ ἐννοῶν τὸ θεῖλατον ἐκείνου ὀργιοῦ, ὃ καταπλήσσει, καὶ συγχέλλησι τῇ διανοίᾳ, εἰ μήτε παρέργως κεῖται τῇ θεωρίᾳ; ἐγὼ δὲ ὁ ῥᾳθύμος τὸν νοῦν μετρίως ἐπισχόντος τῇ ἱστορίᾳ ἐστέναξα, καὶ τὸ πρόσωπον τοῖς γόνασιν ἐπιθεὶς ἔκλαυσα. Πῶς γὰρ ἂν φοβερὸν ἔσαι ἀληθῶς, τοῖς καθαρῷ τῷ τῆς ψυχῆς ὀφθαλμῷ ἐνορῶσι, τὴν σφοδροπάτην ῥύσιν καὶ πυρὸς ἐκείνου καὶ τῆς γῆς φρυασομένης, καὶ τῶν οἰκητόρων τηκομένων, ὡσεὶ κηροὺς, καὶ καπνοῦ ἀνιόντος; Ἆραγε δὲ δύνανται ταῦτα τὰ ὑποδείγματα τῶν προπαθόντων καὶ ψυχὴν λελιθωμένην μαλάξαι; Τοιγαροῦν πυκνότερον τῇ ἱστορίᾳ ἐνατενίζωμεν, μᾶλλον δὲ ἀπαραλείπτως, ἵνα τῆς ἀσυδοῦς τῶν κρειττόνων, τῶν προειρημένων τὴν πύραν φύγωμεν. C Ἡ γὰρ ἀμέλεια αὔξει τὴν ἀφοβίαν· ἐξ ἑκατέρων δὲ συνίσταται ἡ συνήθεια. Οἱ δ' ἂν ἕξει τὸ κακὸν κτώμενοι, δυσέκβατοι ὑπάρχουσι τόπου, πάντοτε ἐπεὶ λύμη τὸ πνευματικοῦ καρποῦ ἐπιῤῥέποντος. Πάλιν δέ, ὡς ἐν εἰκόνι, φέρωμεν τῷ μνήμῃ, πῶς ἡ μὲν Αἰγυπτία εἷλκε τὸν Ἰωσὴφ ἐπισπωμένη πρὸς ἑαυτήν· τὸν δὲ θεοφιλῆ τὸ ἱμάτιον αὐτῆς καταλείψαντα καὶ ἀποδράσαντα τὸ μύσος. καὶ πάλιν τοὺς πρεσβυτέρους τοὺς ἐν Βαβυλῶνι, ὡς ἐν εἰκόνι, θεωρῶμεν τῇ διανοίᾳ πῶς ἤπειγον, πρὸς αἰσχρουργίαν, τὴν μακαρίαν Σωσάνναν. αὕτη δὲ εὐσεβεῖ καὶ ἀνδρείῳ λογισμῷ χρησαμένη, τύπτεται κατέβαλεν. Οὕτως οὖν καὶ ἡμεῖς ἀγωνισώμεθα εἰλικρινῶς, καὶ μάλιστα πεπεισμένοι, ὅτι οὐδὲν κρυπτὸν, ὃ οὐ φανερωθήσεται, ἵνα εἴ τις ἀρετὴ, καὶ εἴ τις ἔπαινος, ταῦτα ἐφευρέθη περὶ ἡμῶν· E ἵν' ὦμεν ἐν τοῖς ἐπαινουμένοις, καὶ μὴ ἐν τοῖς ψεγομένοις.

Περὶ δὲ τῶν ζητουμένων, καὶ τοῦ πῶς δεῖ σωσαναστρέφεσθαι ἀδελφοῖς, καὶ ἀρέσκειν Θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ, ὑμῶν προσευχομένων περὶ ἡμῶν, σημανοῦμεν ἡμῖν τὸ χάρισμα ἡμῖν συνεργήσαντος. Ἔρρωσθε δὲ μεταξὺ ἡμῶν καὶ ὑμῶν ὁ Κύριος, ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς, ὁ ἐπομβρῶν χαρὰν, καὶ εἰρήνην, καὶ ἁγιασμὸν, καὶ ἐλπίδα ἀγαθὴν, τοῖς ζητοῦσιν αὐτὸν ἐν ἀληθείᾳ. ἄσπασαι τοὺς σὺν σοὶ ἀδελφούς. ἀσπάζονταί σε οἱ ἐνταῦθα ἀδελφοί.

modi cogitatione mentis aciem, ut metu turpiſſimas paſſiones elidas, urenteſque voluptates expectatio iræ emarceſcere faciat. Quis enim divinam iram cernens, non trepidet, conſterneturque animo, niſi forte oſcitabundus, atque aliud agens iſta conſideret? Ego vero ignavus particulas hujus hiſtoriæ ſingulas attentius contemplatus, ingemui, vultuque in genua depoſito, flevi. Quo enim pacto vere formidabile non erit mundo cordis oculo intuentibus vehementiſſimum ignis illius fluxum, terramque dum torreretur, & incolas inſtar ceræ fumique liqueſcentes? An non poterunt hæc eorum, qui antea ſupplicio ſunt affecti, exempla vel lapideam animam emollire? Frequentius itaque, imo potius aſſidue ad ejuſmodi hiſtorias intente reſpiciamus; ut potiorum ſtudio, experientiam prædictorum fugiamus. Nam auget audaciam negligentia: ex utraque vero conſuetudo conflatur. Qui autem habitum ſibi mali acquiſiverunt, exitum ægre invenire poſſunt; quum habitus is ad abolendum ſpiritalem fructum ſemper irrepat. Ex adverſo, velut in imagine recordemur illius Ægyptiæ, quomodo ad ſe attrahere conata ſit pium Joſeph; ipſeque quo pacto etiam veſtem ſuam reliquerit, ut ſcelus effugeret. Rurſuſque mente contemplemur tamquam in imagine ſenes illos Babylonicos, quomodo ad turpitudinem beatam Suſannam compellere ſtudebant: ipſa autem pia & virili cogitatione adhibita, iſtos deturbaverit. Sic ergo & nos ſincere certemus, maxime perſuaſi, quia *nihil occultum quod non revelabitur*: ut ſi qua virtus, & ſi qua laus, hæc de nobis circumferantur: ut ſimus inter eos qui laudantur, & non inter illos qui vituperantur.

Geneſ. 39.

Daniel. 13.

Luc. 18.

De iis porro, quæ quæruntur, & quo pacto converſari oporteat cum fratribus, & complacere Deo viventi, ac vero; vobis pro nobis orantibus ſignificabimus, divina nos adjuvante gratia. Sit autem inter nos & vos Dominus, fons vitæ, qui gaudium, pacem, ſanctificationem, & ſpem bonam pluit ſuper quærentes eum in veritate. Saluta fratres, qui tecum ſunt: ſalutant te qui hic ſunt fratres:

SANCTI PATRIS NOSTRI EPHRAEM SERMO IN SECUNDUM ADVENTUM DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI.

FRatres mei Christo dilecti, audite quæ dicturus sum de secundo, & terribili Domini Nostri Jesu Christi adventu. Ego enim recordatus sum horæ illius, & tremui, ob nimium timorem cogitans, quæ tunc erunt revelanda. Quis enim ea narrabit? Quæ lingua referet? Quæ auris capax erit ea audiendi? Quum Rex Regum surgens ex throno gloriæ suæ descendet, ut visitet omnes habitatores orbis terræ, & ponat rationem cum ipsis, & reddat bonam mercedem dignis, & pœnæ dignis similiter pœnas, ut justus Judex. Hæc igitur cogitans totus consternor, & timore membra mea concutiuntur. Oculi mei lacrymantur, vox mea deficit, comprimuntur labia, horret lingua, & cogitationes silentium meditantur. Necessitate compellor dicere propter vestram utilitatem, ac timor silere me cogit. Hæc enim prodigia magna, & terribilia neque unquam contigerunt ab initio rerum creatarum, neque contingent unquam in omnibus generationibus. Et modo quidem sæpe quum tonitru vastius fit, omnem hominem terret, atque omnes in terram inclinantur: tunc vero quomodo sustinebimus, quum audiemus tubæ vocem de cœlo omne tonitru clangore superantem, atque e somno eos excitantem, qui a sæculo dormiunt; justos, & injustos? Tunc & in inferis ossa humanæ naturæ, quæ audient sonum tubæ, celeriter current, & quærent suas compages, quum videbimus omnem hominum spiritum in ictu oculi resurgentem unumquemque ex loco suo, simulque congregatum ad judicium ex quatuor terminis terræ. Jubebit enim magnus Rex; qui omnis carnis habet potestatem, & subito tremebunda, & festinans dabit terra mortuos suos, suosque mortuos mare, sive feræ discerpserint, sive pisces voraverint, sive volucres rapuerint, omnia in ictu oculi sistentur, & capillus unus non relinquetur. Quomodo sustinebimus, Fratres, quum videbimus igneum fluvium erumpentem cum ira tanquam mare ferox, devorantem montes, & saltus, & comburentem omnem terram, & quæ

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΕΦΡΑΙΜ ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΔΕΥΤΕΡΑΝ ΠΑΡΟΥΣΙΑΝ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΗΜΩΝ ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ.

A Ἀδελφοί μου φιλόχριστοι, ἀκούσατε τῆς δευτέρας καὶ φοβερᾶς παρουσίας τοῦ Δεσπότου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἐγὼ γὰρ ἐμνήσθην τῆς ὥρας ἐκείνης, καὶ ἐτρόμαξα ἀπὸ τοῦ πολλοῦ φόβου, ἐνθυμούμενος τὰ μέλοντα τότε ἀποκαλύπτεσθαι. Τίς γὰρ αὐτὰ διηγήσεται; ποταπὴ γλῶσσα φθέγξεται; ποία ἂν ἀκοὴ χωρέσῃ ἐκεῖνα ἀκοῦσαι; ὅταν ὁ Βα-
B σιλεὺς τῶν βασιλευόντων, ἐξαναστὰς ἀπὸ τοῦ θρόνου τῆς δόξης αὐτοῦ, κατέλθῃ ἐπισκέψασθαι πάντας τοὺς κατοικοῦντας τὴν οἰκουμένην, καὶ σωτῆρα λόγον μετ' αὐτῶν, καὶ ἀποδοῦναι τὸν καλὸν μισθὸν τοῖς ἀξίοις, τοῖς δὲ πάλιν ἀξίοις κολάσεως ἀποδοῦναι τὰς κολάσεις, ὡς δίκαιος Κριτής. Ταῦτα οὖν ἐνθυμούμενος, φόβῳ συνέχονταί μου τὰ μέ-
C λη, καὶ παραλέλυμαι πάντοθεν. Οἱ ὀφθαλμοί μου δακρύουσιν, ἡ φωνή μου ἐκλείπει, χείλη μου πεπήγασιν, ἡ γλῶσσά μου φείδεται, καὶ οἱ λογισμοὶ σιωπὴν μελετῶσιν. Ὢ πῶς ἀναγκάζομαι εἰπεῖν διὰ τὴν ὑμῶν ὠφέλειαν; καὶ ὁ φόβος κατεπείγει με σιωπᾶν. Τοιαῦτα γὰρ μεγάλα καὶ φοβερὰ θαύματα ἅττε ἐγένοντο ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως,
D ἅττε μὴν γένωνται ἐν πάσαις ταῖς ἡμέραις. Ἄρτι μὲν γὰρ πολλάκις ἐὰν γένηται ἀστραπὴ τραχυτέρα, πᾶσα ἄνθρωπον ἐκθροεῖ, καὶ πάντες εἰς γῆν ἐπικλίνομεν. Τότε δὲ πῶς ὑπενέγκωμεν, ὅταν ἀκούσωμεν τῆς φωνῆς τῆς σάλπιγγος ἐκ τοῦ ὑρανοῦ ὑπὲρ πᾶσαν βροντὴν καὶ κραυγάσης, καὶ ἐξυπνιζούσης τοὺς ἀπ' αἰῶνος κοιμηθέντας δικαίους τε καὶ ἀδί-
E κους. Τότε ἐν τῷ ᾅδῃ τὰ ὀστᾶ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἀκούοντα τῆς φωνῆς τῆς σάλπιγγος, συνδρέχουσι μετ' ἀσουδῆς, ζητοῦντα τὰς ἑαυτῶν ἁρμονίας, ὅταν ἴδωμεν πᾶσαν πνοὴν ἀνθρώπων ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ ἀνιστωμένους, ἕκαστον ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ, καὶ ἐπισυναγομένους ἐκ τῶν τεσσάρων περάτων τῆς γῆς πρὸς τὸ κριτήριον. Κελεύει γὰρ ὁ μέγας Βα-
F σιλεὺς, ὁ ἔχων ἐξουσίαν πάσης σαρκὸς, καὶ δι' ἡδέως μετὰ τρόμου καὶ ἀσουδῆς δώσει ἡ γῆ τοὺς νεκροὺς αὐτῆς, καὶ ἡ θάλασσα τοὺς ἑαυτῆς νεκρούς· εἴτε θηρία ἐσπάραξαν, εἴτε ἰχθύες ἐμέλισαν, ἢ καὶ ὄρνεα διήρπασαν, πάντα ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ ἀφαρπασθήσονται. καὶ θρὶξ μία οὐκ ἀπολειφθήσεται. Πῶς ὑπενέγκωμεν, ἀδελφοί, ὅταν ἴδομεν τὸν πυριφλεγῆ ποταμὸν ἐξερχόμενον μετὰ θυμοῦ, ὡσανεὶ ἀγελαίαν θάλασσαν, καὶ καταθίοντα ὄρη καὶ νάπας, καὶ

κατα-

καπνιόντα πᾶσαν τ γῆν, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ἔρ- A & quæ in ea ſunt opera ? Tunc ,
γα ; Τότε, ἀγαπητοὶ, ἀπ ᾧ πυρὸς ἐκείνε οἱ dilecti , ab illo igne flumina deficient, *Matth.* 24.
ποταμοὶ ἐκλείψουσιν , αἱ πηγαὶ ἀφανίζονται , & fontes evaneſcent , ſtellæ cadent ,
τὰ ἄστρα πίπτουσιν , ὁ ἥλιος σβεσθήσε , ἡ σε- ſol extinguetur , luna abibit , cœlum
λήνη παρέρχε , ὁ ὐρανὸς εἱλίσσε , ὡς βιβλίον. plicabitur ut volumen , ſicut ſcriptum
καθὼς γέγραπται. Τότε οἱ ἄγγελοι ἀποστελλόμε- eſt . Tunc Angeli miſſi circumcurrent,
νοι περιέρχουσιν , ἀποσωάγοντες τὰς ἐκλεκτὰς congregantes electos à quatuor ventis,
ἀπ τ τεσσάρων ἀνέμων , ὡς ἔφη ὁ Κύριος , ut dicit Dominus , à ſummo cœlorum
ἀπ' ἄκρων ὐρανῶν , ἕως ἄκρων αὐτ. Τότε θεα- usque ad extremum eorum . Tunc *2. Petr. 3.*
σάμεθα ὐρανὸν καινὸν , καὶ γῆν καινὴν , κ τ ἐπάγ- B videbimus cœlum novum , & terram *Apocal. 1.*
γελμά αὐτ. Πῶς ὑπενέγκωμεν τότε, φιλόχριστοι, novam ſecundum promiſſionem ipſius . *Iſai. 65. 66.*
ὅταν ἰδωμεν φοβερὸν θρόνον ἑτοιμαζόμενον , καὶ Quomodo ſuſtinebimus tunc , Chriſto
τ σημεῖον τ ςαυρ φαινόμενον , ἐν ᾧ περσπη- dilecti , quum videbimus terribilem
λώθη Χριστὸς ἑκουσίως ὑπὲρ ἡμῶν ; Τότε πάντες thronum præparatum , & ſignum Cru-
θεασάμενοι ἐν τῷ ὕψει φανὲν τ φοβερὸν κ ἅγιον cis apparens, in quo affixus eſt Chri-
σκῆπτρον τ μεγάλε Βασιλέως , ἐπιγινώσκει λοι- ſtus voluntarie pro nobis ? Tunc om-
πὸν ἕκαστος κ μνημονεύει τ λόγον τ Κυρίε περι- nes conſpicientes in ſublimi ſplendens,
ερηκότος · οὗ φανήσε τ σημεῖον τ Υἱ τ ἀνθρώ- terribile , ac ſanctum ſceptrum magni
που ἐν τῷ ὐρανῷ · καὶ ἐν πληροφορίᾳ γίνονται Regis , cognoſcent deinceps unuſquiſ- C
πάντες , οὗ ὀπίσω τούτε ὁ Βασιλεὺς μέλλει ἀνα- que , & recordabuntur ſermonis Do-
φαίνεσθ · Ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ, ἀδελφοί με, ἐν- mini prædicentis , quod apparebit ſi- *Matth.* 24.
νοεῖ ἕκαστος πῶς ἀπαντῆσαι τῷ φοβερῷ Βασιλεῖ , gnum Filii hominis in cœlo , & cer-
καὶ ἀναλογίζε πάσας τὰς πράξεις αὐτ. Εἶτα to cognoſcent omnes poſt hoc Regem
κ θεωρεῖ τὰ ἴδια ἔργα ἔμπροσθεν αὐτ ἱστά- eſſe appariturum . In hora illa , fra-
μενα , εἴτε ἀγαθὰ , εἴτε φαῦλα . Τότε πάντες tres mei , cogitabit quiſque quomo-
οἱ ἐλεήμονες καὶ οἱ μετανοήσαντες γνησίως χαί- do obviam ibit tremendo Regi , &
ρουσι , βλέποντες τὰς εὐχωλὰς , ἃς προέπεμ- recogitabit omnes actiones ſuas . De-
ψαν . Ὁρῶσι δὲ οἱ συμπαθεῖς τοὺς πτωχοὺς κ inde etiam videbit propria opera co-
πένητας , ὕς ἐνταῦθα ἠλέησαν , παρακαλοῦντας ram ſe poſita ſive bona , ſive mala .
δὲ ὑπὲρ αὐτῶν , κ τὰ ἀγαθὰ αὐτῶν ἀγγέλοντα- D Tunc omnes miſericordes , & qui pœ-
τας ἐπὶ ἀγγέλων κ ἀνθρώπων · οἱ δὲ πάλιν τὰ nitentiam vere egerunt , gaudebunt vi-
δάκρυα δὲ τοὺς κόπους τοὺς ὑπὲρ μετανοίας · καὶ dentes vota , quæ præmiſerunt . Vi-
αὐτοὶ ἔσαν ἱλαροὶ δὲ φαιδροὶ δὲ ἔνδοξοι , προσ- debunt & ii , qui compaſſi ſunt , ege-
δεχόμενοι τ μακαρίαν ἐλπίδα καὶ ἐπιφάνειαν τ nos , & pauperes , quorum hîc miſerti
δόξης τ μεγάλε Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ ſunt , pro ipſis advocantes , & bona
Χριστοῦ. Καὶ τί σωτόμως ἃ λέγω τὰ μείζονα ; ipſorum prædicantes coram Angelis ,
Ὅταν ἀκούσωμεν τ μεγάλης ἐκείνης φωνῆς , καὶ & hominibus , & rurſum lacrymas &
φοβερᾶς κραυγῆς , ἐκ τ ὑψωμάτων τ ὐρανῦ , labores propter pœnitentiam . Et ipſi
λεγούσης · ἰδὺ ὁ Νυμφίος ἔρχε , ἰδοὺ ὁ Κριτὴς ſtabunt hilares , & alacres , & glorioſi, E
φαίνε , ἰδοὺ ὁ Βασιλεὺς ἀναφαίνε , ἰδοὺ ὁ expectantes beatam ſpem , & adven- *Tit.* 2.
Δικαστὴς τῶν δικαίων ἀποκαλύπτε , ἰδοὺ ὁ τῶν tum gloriæ magni Dei , & Salvatoris
ὅλων Θεὸς ἔρχεται χεῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Noſtri Jeſu Chriſti . Et cur breviter
Τότε, φιλόχριστοι, ἐκ τ κραυγῆς ἐκείνης τρο- non dico majora ? Quum audierimus
μάζουσι τὰ θεμέλια κ οἱ νεφροὶ τ γῆς , ἀπὸ περά- magnam illam vocem , & terribilem
των ἕως περάτων , καὶ θάλασσα , καὶ πᾶσαι clamorem è ſummitatibus cœlorum
ἄβυσσοι. Τότε, ἀδελφοὶ , στενοχωρία καὶ φόβος dicentem : *Ecce ſponſus venit* , ecce *Matth.* 25.
καὶ ἔκστασις ἐπὶ πᾶντα ἄνθρωπον ἐκ τ κραυ- Judex accedit , ecce Rex apparet , ec-
γῆς καὶ ἠχῆς τ σάλπιγγος , καὶ ἀπὸ φόβε καὶ ce Judex judicum revelatur , ecce
προσδοκίας τῶν ἐπερχομένων τῇ οἰκουμένῃ . Αἱ γὰρ omnium Deus venit ad judicandum F
δυνά- vivos , & mortuos . Tunc , Chri-
ſto dilecti , ex clamore illo trement
fundamenta , nervique terræ à termi-
nis uſque ad terminos , & mare ,
& omnes abyſſi. Tunc , fratres , an-
guſtia , & timor ac ſtupor ſupra om-
nem hominem ex clamore , & ſonitu
tubæ , atque à timore , & expecta-
tione eorum , quæ ſuperventura ſunt
orbi terræ . *Virtutes* enim *cœlorum com-* *Apocal.* 4.
move-

movebuntur, ſicut ſcriptum eſt. Tunc præcurrent Angeli, & chori Archangelorum ſimul current, Cherubim, & Seraphim, & illa plena oculis in potentia & virtute, clamabunt, *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt*, Omnipotens. Tunc omnis creatura in cœlo, & in terra, & ſub terra cum tremore & virtute clamabit: *Benedictus qui venit Rex in nomine Domini*. Tunc ſcindentur cœli, & revelabitur Rex regum, immaculatus, & glorioſus Deus noſter, ut fulgur terribile cum virtute magna, & gloria incomparabili: ſicut & Joannes Theologus pronunciavit, dicens: *Ecce venit in nubibus cœli, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt, & plangent ſe ſuper eum omnes tribus terræ*. Quæ igitur anima vult inveniri tunc, ut poſſit ſuſtinere? Quum cœlum, & terra fugæ ſe dabunt, ut ait Theologus rurſus: *Et vidi thronum magnum candidum, & ſedentem ſuper eum, a cujus conſpectu fugit terra, & cœlum, & locus non eſt inventus eis*. Vidiſti ne unquam timorem hujuſmodi? Vidiſti tales res inuſitatas & tremendas? Cœlum, & terra fugiet, & quis præterea ſtare poterit? Nos peccatores quo fugiemus, quum videbimus ſedes poſitas, & Dominum omnium ſæculorum ſedentem? Quum adſpiciemus innumerabiles exercitus in timore thronum circumſtantes. Tunc Danielis prophetia implebitur: *Aſpiciebam*, inquit, *donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit: veſtimentum ejus candidum quaſi nix & capilli capitis ejus quaſi lana munda: thronus ejus flammæ ignis: rotæ ejus ignis accenſus: fluvius igneus egrediebatur a facie ejus: millia millium aſſiſtebant ei, & decies centena millia miniſtrabant ei: judicium ſedit, & libri aperti ſunt*. Magnus timor, fratres, in illa hora, atque horror & ſtupor, quum conſtituet ille ſine perſonarum acceptione judicium, atque aperientur illi libri terribiles, ubi ſcripta ſunt & opera noſtra, & ſermones, & actiones noſtræ. Qui locuti ſumus, & operati in vita hac, & putavimus latere Deum, qui ſcrutatur corda, & renes, ut ſcriptum eſt: *Quoniam capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt*; videlicet cogitationes, & diſcurſus, de quibus Judici rationem reddemus. Quot lacrymis indigemus propter horam illam, & negligimus! Quot fletus & ſuſpiria funde-

Apocal. 4.

Matth. 21.

Apocal. 1.

Apocal. 20.

Daniel. 7.

Luc. 12.

A δωάμεις τῶν ὐρανῶν σαλθυθήσονθ, καθὼς γέγραπται· Τότε ωροτρέχουσιν ἄγγελοι, οἱ τῶν ἀρχαγγέλων χοροὶ σωτρέχουσι, χερουβὶμ καὶ Σεραφὶμ, καὶ τὰ πολυόμματα ὲν ἰσχύϊ καὶ δωάμει κράζουσιν· ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος σαβαὼθ, ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, ὁ ωαντοκράτωρ, Τότε πᾶν κτίσμα ὲν ὐρανῷ, καὶ ἐπὶ γῆς, καὶ ὑωοκάτω γῆς, ὲν τρόμῳ καὶ ἰσχύϊ βοήσει εὐλο-
B γημένος ὁ ἐρχόμενος Βασιλεὺς ὲν ὀνόματι Κυρίου. Τότε σχισθήσονθ οἱ ὐρανοὶ, & ἀποκαλυφθήσεται ὁ Βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, ὁ ἄχραντος καὶ ἔνδοξος Θεὸς ἡμῶν, ὡς ἀστραπὴ φοβερὰ, μὴ δωάμεως πολλῆς καὶ δόξης ἀνεικάστου. καθὼς & Ἰωάννης ὁ Θεολόγος ἐκήρυξε, λέγων· ἰδοὺ, ἔρχεται ἐπὶ τῆ νεφελῶν τοῦ ὐρανοῦ, καὶ ὄψεται αὐτὸν
C πᾶς ὁ ὀφθαλμὸς, καὶ οἵτινες αὐτὸν ἐξεκέντησαν· καὶ κόψονται ἐπ' αὐτῷ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. Ποταπὴ ἄρα ψυχὴ θέλει εὑρεθῆναι τότε, ἵνα δωηθῇ ὑωομεῖναι; ὅτι ὁ ὐρανὸς καὶ ἡ γῆ φυγῇ χρήσονται. ὡς φησιν ὁ Θεολόγος, πάλιν. εἶδον θρόνον λευκὸν μέγαν, καὶ τὸν καθήμενον ἐπ' αὐτὸν, ἀπὸ ωροσώπου αὐτοῦ ἔφυγε ὁ ὐρανὸς καὶ ἡ γῆ. καὶ
D τόπος οὐχ εὑρέθη αὐτοῖς. Εἶδες τοιοῦτον φόβον ποτὲ; εἶδες τοιαῦτα ἐξάσια καὶ φοβερὰ ωράγματα; Ὁ ὐρανὸς, καὶ ἡ γῆ φεύγει. καὶ τίς λοιπὸν δωάται σῆναι; Ἡμεῖς οἱ ἁμαρτωλοὶ ωῦ φύγωμεν; ὅταν ἴδωμεν θρόνους τιθέντας, καὶ τὸν Δεσπότην τῶν ὅλων ἀιώνων καθίζοντα· ὅταν θεωρήσωμεν τὰς ἀναριθμήτους στρατιὰς ωεριστώσας κύκλῳ τοῦ θρόνου ὲν φόβῳ. Τότε πληροῦται ἡ ωροφητεία Δα-
E νιήλ. ἐθεώρουν, φησὶν, ἕως ὅτου θρόνοι ἐτέθησαν, καὶ ωαλαιὸς ἡμερῶν ἐκάθισε, τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ λευκὸν ὡσεὶ χιὼν, ἡ θρὶξ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ὡσεὶ ἔριον καθαρὸν, ὁ θρόνος αὐτοῦ φλὸξ πυρὸς. οἱ τροχοὶ αὐτοῦ ωῦρ φλέγον. ωοταμὸς ωυρὸς εἵλκυεν ἔμωροσθεν αὐτοῦ· χίλιαι χιλιάδες ωαρεστήκεισαν αὐτῷ, καὶ μύριαι μυριάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ. κριτήριον ἐκάθισε, καὶ βίβλοι ἠνεῴχθησαν. Μέγας φόβος, ἀδελφοὶ, ὲν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ, καὶ φείκη, καὶ ἔκστασις, ὅταν καθίσῃ ἐκεῖνος τὸ ἀωρο-
Et hæc quidem de Cruce pro præſenti dicta ſufficiant. At quæ poſt eam revelanda erunt, cujuſmodi? Excedunt ſane iſta omnem ſermonem, omnem mentem, omnem cogitationem, omnemque narrationem; & univerſum deterrent auditum. Hei mihi, fratres mei Chriſto dilecti! Recordatus ſum horæ illius, & contremui: & hic finem dicendi facere volebam præ timoris magnitudine, quum ea mecum perpenderem, quæ poſt vivificam Crucem revelanda erunt. Quis enim iſta enarret? aut quis exprimere audeat? quale os enunciare ea ſufficiat? quæ lingua eloqui queat? quæ vox explicare valeat? quæ denique auris audire illa poterit? quando enim virtutes cœlorum commovebuntur, quis non commoveatur? quis non horreat, & contremiſcat, & abſcondat ſe in hora illa? quando Rex Regum à throno gloriæ ſuæ exſurgens, deſcendet viſitaturus cunctos habitatores orbis, rationem ab eis exacturus una cum ſervis ſuis, & bonis quidem ac dignis mercedem redditurus, indignis autem ſupplicia retributurus, *Matth.* 24. *Luc.* 21.

A Ἐχθρὸν κατεπάτησαν, καὶ πάντα τὰ ἔθνη σαγηνεύσαντες σωτήριον εἰς τὸν τότε προσκύνησιν. Τὸν ἀντὶ θώρακος περιβαλλόμενοι οἱ μάρτυρες Χ̄υ στρατιῶται τοῦ Χριστοῦ, πάσας τὰς ἐπινοίας τῶν τυράννων κατεπάτησαν, καὶ παῤῥησίᾳ ἐκήρυξαν. Οἱ τὸν ἀράμενοι καὶ βαστάζοντες, καὶ ἀφ' Χριστὸν ἀποταξάμενοι τὰ ἐν κόσμῳ, ἐν πολλῇ χαρᾷ κατοικοῦσιν ἐν ἐρημίᾳ, καὶ ὄρεσι, καὶ
B ἀπλάοις, καὶ τοῖς ὀπαῖς τῆς γῆς. ὢ τῆς ἀγαθότητος τῆς ἀμετρήτου καὶ ἀνεκδιηγήτου τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ Θεοῦ. πόσα ἀγαθὰ ἐδωρήσατο, ἀφ' ὧν σταυρῷ, τῷ ξύλῳ τὸν ἀνθρώπων. δόξα τῇ αὐτοῦ φιλανθρωπίᾳ, καὶ προσκύνησις, καὶ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας ἀμήν.

Ἠκούσατε, ἀγαπητοὶ καὶ φιλόχριστοι, πόσα ἐστὶν ἡ δύναμις τοῦ σταυροῦ, πόσα κατορθώ-
C ματα, πόσα ἀγαθά. ἐμπλήσας τὸν ἅπασαν ἡμῶν ζωὴν οὗτος ὁ καλὸς κυβερνήτης, καὶ εἰρηνεύσας αὐτὸν, καὶ τῆς μελλούσης αἰωνίου ζωῆς πρόξενος ἡμῖν γεγονώς. Αὐτὸς γὰρ ὁ τίμιος σταυρὸς, πάλιν ἐν τῇ δευτέρᾳ παρουσίᾳ τοῦ Χριστοῦ πρῶτος μέλλει ἀναφαίνεσθαι, ὡς τίμιον καὶ ζωοποιὸν καὶ σεβάσμιον καὶ ἅγιον σκῆπτρον τοῦ μεγάλου βασιλέως Χριστοῦ. καὶ τὸν λόγον τοῦ Δεσπότου εἰπόν-
D τος. ὅτι φανήσεται τὸ σημεῖον τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῷ οὐρανῷ. Οὗτος τοίνυν πρῶτος μέλλει φαίνεσθαι ἐν τῷ οὐρανῷ μετὰ πάσης στρατιᾶς ἀγγέλων, φωτίζων πᾶσαν τὴν γῆν, ἀπὸ περάτων ἕως περάτων, ὑπὲρ τὸν λαμπρότητα τοῦ ἡλίου, καὶ τὸν παρουσίαν μηνύων τοῦ δεσπότου Χριστοῦ.

Καὶ ὄφελόν μου τοῦ σταυροῦ, τοσαῦτα. Πρὸς δὲ τὰ μέλοντα. Οἷα ὑπερβαίνουσι πάντα λόγον καὶ
E ἔννοιαν, ὑπερβαίνουσι πᾶσαν διήγησιν καὶ καταπλήττουσι πᾶσαν ἀκοήν. οἵ μοι ἀδελφοί μου φιλόχριστοι. Ἐμνήσθην τῆς ὥρας ἐκείνης, καὶ ἐτρόμαξα, καὶ καταπαῦσαι τὸν λόγον ἐβουλήθην ἀπὸ τοῦ πολλοῦ φόβου, ἐνθυμούμενος τὰ μέλοντα ἅπερ ἀποκαλύπτεσθαι μέλλουσιν ὀπίσω τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ. Καὶ τίς γὰρ αὐτὰ διηγήσεται; ἢ τίς τολμήσει ἐξειπεῖν; ποῖον σῶμα ἀπαγγελεῖ; ποταπὴ
F γλῶσσα φθέγξεται; ἢ ποία φωνὴ διηλώσει; ἢ ποία ἀκοὴ χωρήσει ἐκεῖνα ἀκοῦσαι. Ὅταν γὰρ αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται, τίς δὲ σαλευθήσεται; τίς δὲ φοβηθήσεται, καὶ τρομάξει, καὶ κρυβήσεται ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ, ὅταν ὁ Βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων ἀπὸ τῆς δόξης αὐτοῦ ἐξανασῇ, καὶ κατελθὼν ἐπισκέψῃται πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, καὶ συναίρῃ λόγον μετὰ τῶν δούλων αὐτοῦ, καὶ ἀποδοῦναι μισθὸν τοῖς ἀξίοις, τοῖς δὲ ἀναξίοις τὰς πολάσεις,

λάσῃς, ὡς δίκαιος κριτής. Ταῦτα οὖν ἐνθυμού-
μενος, κὴ φόβῳ συνεχόμενος, τὰ μέλη μου πᾶ-
λέλυμαι πάντοθεν. οἱ ὀφθαλμοί μου φόβῳ δα-
κρύουσι· ἡ φονή μου ἐκλείπει· τὰ χείλη μου πε-
πήγασιν. ἡ γλῶσά μου κεκόλλη). οἱ λογισμοί
μου σεσιωπήκασιν, Ὁ δὲ πόθος ἀναγκάζει με
εἰπεῖν διὰ τὴν ὑμῶν ὠφέλειαν. Ὁ φόβος μὴ
κατέχει με, ἐπιτιμᾷ δὲ σιωπᾶν. Ὦ πολὺς ὁ
φόβος & ὑπέρμεγος. Τοιαῦτα γὰ μεγάλα καὶ
φοβερὰ θαυμάσια ὅτε ἐγένοντο ἀπ' ἀρχῆς τῆς
κτίσεως, ὅτε γενήσον) ἐν ὅλαις ταῖς γενεαῖς. Καὶ
ἆρα μὴ πολλάκις ἐὰν ἄφνω γένη) ἀστραπὴ ἢ
βροντὴ βαροτέρα, πάντα ἄνθρωπον ἐκθροεῖ, κὴ
πάντες εἰς γῆν κλίνομεν. Καὶ εἰ ταῦτα ἐκθροῦσι
τὰ μικρά, πῶς ὑπενέγκωμεν τῆς φωνῆς τῆς σάλ-
πιγγος τῆς σαλπιζούσης ἐκ τ' οὐρανοῦ ὑπὲρ πᾶ-
σαν βροντὴν, & ἐξυπνιζούσης πάντας τοὺς ἀπ'
αἰῶνος κεκοιμημένους, δικαίους τε κὴ ἀδίκους. Τότε ἐν
τῷ ἅδῃ τὰ ὀστᾶ τ' ἀνθρωπίνης φύσεως, ἀκούοντα τῆς
φωνῆς τῆς σάλπιγγος, διατρέχουσι μὴ ἀπουδῆς,
ζητοῦντα ἕκαστον τὰς αὐτῶν ἁρμονίας. Ὅταν οὖν
ἴδωμεν πᾶσαν φύσιν ἀνθρώπων, ἐν ῥιπῇ ὀφ-
θαλμοῦ ἀνιστάμενον, ἕκαστον ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ,
καὶ ἐπισυναγομένου ἀπὸ περάτων τῆς γῆς εἰς
τὸ κριτήριον, τίς ὑποίσῃ τὸν τοσοῦτον φόβον καὶ
τρόμον; Κελεύσῃ γὰ ὁ μέγας Βασιλεὺς, ὁ ἔχων
ἐξουσίαν πάσης σαρκός· καὶ δεήσεως ἀποδώσῃ ἡ γῆ
τοὺς ἑαυτῆς νεκρούς, & ὁ ἅδης τοὺς ἰδίους νεκρούς.
καὶ εἴτε θηρίον ἐσπάραξεν, εἴτε ἰχθὺς ἐμέλισεν,
ἢ ὄρνεον ἥρπασε, πάντα ὡς ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ
ἀναστήσονται, & δεῖξις μία ὅλη ἀπόλυται. Ὦ,
πῶς ὑπενέγκωμεν, ἀδελφοὶ, ὅταν ἴδωμεν τὸν πυ-
ρινὸν ποταμὸν, ὥσπερ ἀγρίαν θάλασσαν, κατε-
σθίοντα τὰ ὄρη & τὰς νάπας, καὶ καταναλίσκοντα πᾶ-
σαν τὴν οἰκουμένην, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ἔργα; Τό-
τε, ἀγαπητοὶ, ἐκ τοῦ πυρὸς ἐκείνου οἱ ποταμοὶ
ἐκλείψουσιν, αἱ πηγαὶ ἀφανισθήσονται, ἡ θά-
λασσα ξηρανθήσεται, τὰ ἄστρα ἐκπεσοῦσιν ἐκ
τοῦ οὐρανοῦ, ὁ ἥλιος ἐκλείψῃ, καὶ ἡ σελήνη με-
ταβληθήσεται εἰς αἷμα, ὁ οὐρανὸς εἰλιθήσεται
ὡς βιβλίον. Ὅταν ἴδωμεν, ἀδελφοὶ, τοὺς ἀγγέ-
λους ἀπεσταλμένους, καὶ διατρέχοντας μὴ ἀπου-
δῆς, καὶ ὑποσυνάγοντας τοὺς ἐκλεκτοὺς δούλους
τοῦ Θεοῦ, ἀπὸ ἄκρων οὐρανοῦ ἕως ἄκρων αὐτοῦ. ὅταν
ἴδωμεν τὸν οὐρανὸν καινὸν & τὴν γῆν καινὴν
κατὰ τὸ ἐπάγγελμα αὐτοῦ. πῶς ὑπενέγκωμεν φι-
λόχριστοι. ὅταν ἴδωμεν τὸν φοβερὸν θρόνον ἑτοι-
μαζόμενον. ὅταν ἴδωμεν τ' Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου
φανέντα ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ τὸν ζωοποιὸν σταυρὸν

A turus, ut justus Judex. Hæc igitur dum
mente mecum revolvo, timore corripiun-
tur omnia membra mea, dissolvorque un-
dique: oculi mei præ timore lachrymas
fundunt, vox me deficit, labia mea & lin-
gua mea tamquam sibi conglutinata hærent;
& cogitationes meæ silentium meditantur.
Amor meus in vos ac desiderium, me ad
dicendum, vestræ utilitatis causa compel-
B lit; sed timor me retinet, silentiumque
mihi imponit. Ingens quippe timor est at-
que immensus. Talia enim magna, & tam
horrenda admirabilia, neque ab initio con-
tigerunt creaturæ, neque unquam in uni-
versis generationibus accident. Et nunc
quidem sæpe si repente fulgur aliquod, vel
tonitru clarius ac vastius contingat, omnem
subito sui formidine perterret hominem,
cunctique horrore perculsi, in terram nos
C inclinamus. Et si tantilla nobis adeo ma-
gnum horrorem incutiunt, quo pacto tunc
sustinebimus, quando tubæ vocem de cœ-
lo audiemus, super quodvis tonitru reso-
nantem, omnesque, qui à seculo obdor-
mierunt, excitantem, justos & injustos.
Tunc omnia humanæ naturæ ossa, ad so-
nitum tubæ confestim exilient, artus suos
junctursque requirentia. Quumque ipsi
adspexerimus omnem humanam naturam in
D momento & ictu oculi resurgentem, quem-
libet ex loco suo, congregarique omnes à
finibus orbis terræ ad judicium: quis ti-
more hujusmodi ac tremore non concutia-
tur? solo enim jussu magni Regis, qui po-
testatem habet omnis carnis, è vestigio ter-
ra suos reddet defunctos, & infernus suos
mortuos: & quidquid vel bestiæ dilania-
runt, vel pisces devorarunt, vel aves di-
scerpserunt, omnia in ictu oculi resurgent,
E & ne unus quidem capillus ipsis deerit.
Quo pacto tunc, fratres, sustinebimus, *Dan. 7.*
quando igneum viderimus fluvium, instar
ferocis maris, montes ac valles devoran-
tem, terramque omnem ac quæcumque in
ea sunt, exurentem? Tunc, carissimi, ab
illo igne deficient fluvii, evanescent fon-
tes, mare exsiccabitur, astra è cœlo deci-
dent, sol deficiet, luna convertetur in san-
guinem, cœlum ut liber complicabitur:
Quum videbimus, fratres, Angelos emis- *Marc. 13.*
F sos cum festinatione discurrere, congre-
gaturos electos servos Dei ab extremitate
cœli usque ad extremitatem ejus. Tunc
cœlum videbimus novum, & terram no-
vam secundum promissionem ejus. Quo
pacto sustinebimus, Christi amatores, quan-
do adspexerimus tremendum solium præ-
paratum? quando viderimus Filium homi-
nis in cœlo apparentem, & vivificam crucem

illuminantem fines terræ ? Tunc cuncti in ſublimi adſpicient regium ipſius apparere ſceptrum : tunc cognoſcent omnes, illico poſtea ipſum appariturum Regem Regum . In illa hora unuſquiſque conſiderabit , quo pacto obviam Judici occurret , volvetque mente ſua ipſius delicta , & nudus atque in cervicem ſupinus ſtabit , expectans pronuntiandam contra ſeipſum ſententiam . Tunc quilibet propria ante faciem ſuam conſtituta videbit opera , ſive bona , ſive mala . Tunc qui anguſtam & arctam ingreſſi ſunt viam , & omnes , qui verè pœnitentiam egerunt , quique miſericordiæ opera coluerunt , quique peregrinos ſuſceperunt , hilares ſtabunt cum ſummo gaudio expectantes beatam ſpem, & apparitionem magni Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti . Veniet enim , ut eos lætificet , qui in vigiliis, orationibus, jejuniis, & eleemoſynis decertarunt . Veniet , ut lugentes conſoletur . Veniet, ut eos extollat ac lætificet , qui paupertatem propter nomen ejus coluerunt , qui neque mundum , neque ea, quæ in mundo delectabilia ſunt , dilexerunt, ſed cuncta derelinquentes , ipſi ſoli ſervierunt atque adhæſerunt . Veniet , non amplius ex terra , ſed ex cœlo , veluti horribile fulgur . Tunc clamor magnus reſonabit , dicens : Ecce Sponſus venit : ecce Judex adeſt : ecce ſupremus judicum Judex revelabitur : ecce univerſorum Deus advenit , ut judicet univerſam terram , & reddat unicuique ſecundum opera ejus . Tunc , fratres mei dilecti, à voce clamoris illius contremiſcent renes terræ à finibus uſque ad fines, & mare , & omnes abyſſi. Tunc timor erit & anguſtia, ac ſtupor in omnem irruet hominem ex clangore atque reſonantia tubarum , & à metu expectationis eorum , quæ univerſo ſupervenient orbi . Tunc virtutes movebuntur cœlorum . Tunc Angelorum præibunt exercitus , Archangelorum chori concurrent , Cherubim quoque ac Seraphim multis oculis prædita , in fortitudine proclamabunt : *Sanctus, Sanctus, Sanctus , qui eſt , & qui erat , & qui venturus eſt , Omnipotens* . Tunc omnis creatura in cœlo , & in terra , & ſubtus terram fortiter clamabit : *Benedictus , qui venit Rex in nomine Domini* . Tunc ſcindentur cœli , & revelabitur Dominus dominantium , inſtar fulguris horribilis cum poteſtate & majeſtate magna : *Et videbit omnis*

Apocal. 4. *Iſai* 6.

Matth. 21. *Marc.* 11.

φωτίζοντα τὰ πέρατα τ γῆς. τότε πάντες θεωρήσουσιν ἐν τῷ ὕψει φανὲν τὸ βασιλικὸν αὐτ σκῆπτρον. τότε ἐπιγνώσετ ἕκαστος, οἷα ὀπίσω αὐτ μέλλει φανῆναι ὁ βασιλεὺς τ βασιλευόντων. Ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ ἐνθυμηθήσεται ἕκαστος, πῶς ἄρα ἀπαντήσ τῷ Κριτῇ, καὶ ἐὰν συνίῃ τὰ ἑαυτ πλάσματα, ἵσται γυμνὸς καὶ τετραχηλισμένος, προσδοκῶν τὴν μέλλουσαν ἐξελθεῖν κατ' αὐτ ἀπόφασιν. Τότε γὰρ θεωρεῖ ἕκαστος τὰ ἴδια ἔργα ἔμπροσθεν τ προσώπου αὐτ ἱστάμενα, κἂν τε ἀγαθὰ, κἂν τε φαῦλα. Τότε οἱ τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην ὁδὸν βαδίσαντες, καὶ πάντες οἱ γνησίως μετανοήσαντες, καὶ πάντες οἱ ἐλεήμονες, καὶ ξενοδόχοι ἵσανται ἱλαροὶ, μετὰ πολλῆς χαρᾶς προσδεχόμενοι τ μακαρίαν ἐλπίδα καὶ ἐπιφάνειαν τ μεγάλ Θεοῦ, καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησ Χριστ. Ἔρχετα γὰρ, ἵνα εὐφράνῃ τοὺς ἀγωνιζομένους ἐν ἀγρυπνίαις, καὶ προσευχαῖς, καὶ ἐν νηστείαις, καὶ ἐλεημοσύναις. Ἔρχετα, ἵνα εὐφράνῃ τοὺς πενθοῦντας. Ἔρχετα, ἵνα εὐφράνῃ καὶ ὑψώσῃ τοὺς πτωχεύσαντας διὰ τὸ ὄνομα αὐτ. τοὺς μὴ ἀγαπήσαντας τ κόσμον, μήτε τὰ ἐν κόσμῳ τερπνὰ, ἀλλὰ πάντα καταλιπόντας, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσαντας καὶ ἀκολουθήσαντας. Ἔρχετ, οὐκ ἔξω ἀπὸ γῆς, ἀλλὰ ἀπὸ τ οὐρανῦ, ὡς ἀστραπὴ φοβερά. Τότε κραυγὴ μεγάλη γίνετα βοῶσα καὶ λέγουσα· ἰδοὺ, ὁ Νυμφίος ἔρχετ. ἰδοὺ, ὁ κριτὴς παραγίνετ· ἰδοὺ, ὁ δικαστὴς πάντων ἀποκαλύπτετ. ἰδοὺ, ὁ τ ὅλων Θεὸς ἔρχετα κρῖναι πᾶσαν τ οἰκουμένην, καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατ τὰ ἔργα αὐτ. Τότε ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ, ἐν τ κραυγῆς ἐκείνης τρομάξουσιν οἱ νεφροὶ τ γῆς, ἀπὸ περάτων ἕως περάτων αὐτῆς, καὶ ἡ θάλασσα, καὶ πᾶσαι ἄβυσσοι. Τότε ἔσται φόβος, καὶ στενοχωρία· καὶ ἔκστασις λήψετ πάντα ἄνθρωπον ἐν τ κραυγῆς ἐκείνης καὶ τῦ ἤχυ τ σαλπίγγων καὶ ἀπὸ φόβυ καὶ προσδοκίας τῶν ἐπερχομένων τῇ οἰκουμένῃ. Τότε αἱ δυνάμεις τ οὐρανῶν σαλευθήσονται. τότε προτρέχουσι στρατιαὶ τ ἀγγέλων, χοροὶ Ἀρχαγγέλων συντρέχουσι, τὰ Χερουβὶμ καὶ τὰ Σεραφὶμ τὰ πολυόμματα ἐν ἰσχύϊ κράζουσιν· ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, ὁ ὤν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, παντοκράτωρ. Τότε πᾶν κτίσμα ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἐν τῇ γῇ, καὶ ὑποκάτω τ γῆς ἐν δυνάμει βοᾶσιν· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος Βασιλεὺς ἐν ὀνόματι Κυρίυ. Τότε σχισθήσον οἱ οὐρανοὶ, καὶ ἀποκαλυφθήσε ὁ Βασιλεὺς τ Βασιλευόντων, ὡς ἀστραπὴ φοβερὰ, μετὰ δυνάμεως πολλῆς

λῆς καὶ δόξης ἀνεικάστ. Καὶ ὄψε᾽ πᾶς ὁ ὀφθαλμὸς, καὶ οἵτινες αὐτὸν ἐξεκέντησαν· καὶ κόψον᾽ ἐπ᾽ αὐτὸν πᾶσαι αἱ φυλαὶ τ γῆς. Τότε ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ εἰς φυγὴν τραπήσονται, καθὼς Ἰωάννης προεθέλωσε, λέγων· εἶδον θρόνον λευκὸν μέγαν, καὶ τὸν καθήμενον ἐπ᾽ αὐτῷ. ἀπὸ προσώπου αὐτ ἔφυγε ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ. τότε καθίσει ἐπὶ θρόνῳ δόξης αὐτ, ὡς αὐτὸς εἶρηκε· καὶ συναχθήσονται ἔμπροσθεν αὐτ πάντα τὰ ἔθνη. Ἆρα ποταπὴ ψυχὴ μέλλει ὑπερθῆναι, ἵνα ὑπομείνῃ, ὅταν τεθῶσι θρόνοι, καὶ κριτήριον καθίσῃ, καὶ βίβλοι ἀνοιγῶσι. Τότε θεασώμεθα τὰς ἀναριθμήτους τ ἀγγέλων δυνάμεις παρεστώσας κύκλῳ ἐν φόβῳ. τότε ἑνὸς ἑκάστου τὰ ἔργα ἐνώπιον ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων ἀναγινώσκονται. Τότε πληρῶται ἡ προφητεία Δανιὴλ, λέγουσα· ἐγὼ Δανιὴλ ἐθεώρουν, ἕως θρόνοι ἐτέθησαν, καὶ ὁ Παλαιὸς ἡμερῶν ἐκάθισεν. τὸ ἔνδυμα αὐτ λευκὸν ὡσεὶ χιών, καὶ ἡ θρὶξ τ κεφαλῆς αὐτ ὡς ἔριον καθαρόν· ὁ θρόνος αὐτ, φλὸξ πυρός· οἱ τροχοὶ αὐτῦ, πῦρ φλέγον· ποταμὸς πυρὸς εἷλκεν ἔμπροσθεν αὐτῦ· χίλιαι χιλιάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ. καὶ μυρίαι μυριάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ· κριτήριον ἐκάθισε, καὶ βίβλοι ἠνεῴχθησαν. Μέγας φόβος, ἀδελφοὶ, ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ, ἔνθα εἰσὶ γεγραμμένα τὰ ἔργα ἡμῶν, καὶ οἱ λόγοι ἡμῶν, καὶ ἃ ἐπράξαμεν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ, καὶ ἐνομίσαμεν ὑπολαμβάνοντες πάντα λανθάνειν τ Θεὸν τὸν ἐπάνω καρδίας καὶ νεφρούς, καὶ ἀναγεγραμμένας πάσας αἱ πράξεις ἡμῶν, καὶ αἱ ἐνθυμήσεις πάντων κἄν τε φαῦλαι, κἄν τε ἀγαθαί. Ὦ πόσον δακρύων χρήζομεν ἀφ᾽ τ ὥραν ἐκείνην, καὶ ἀμελοῦμεν; Διὰ γὰρ δακρύων δύναταί τις ἐξαλεῖψαι τὰ γεγραμμένα ἐν ταῖς βίβλοις ἐκείναις ἐγκλήματα, ἄλλος τε καὶ δι᾽ ἐλεημοσύνης. Πόσα μέλλομεν στενάξαι τότε, καὶ ἐλεεινὰς δακρύσαι, ὅταν ἴδωμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν τὴν ἀπόῤῥητον τῶν οὐρανῶν βασιλείαν; ὅταν θεασώμεθα τὰς φοβερὰς κολάσεις φαινομένας; μέσον δὲ τούτων πάντων τὴν τ ἀνθρώπων φύσιν, ἀπὸ τ πρωτοπλάστου Ἀδὰμ, ἕως τ νενηθέντος πάντων ὕστερον, καὶ πάντας ἐπὶ πρόσωπον προσκυνοῦντας. Τότε πληρωθήσεται ὁ λόγος ὁ γεγραμμένος· ζῶ ἐγὼ, λέγει Κύριος, ὅτι ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται.

Τότε, ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ, πᾶσα ἡ ἀνθρωπότης ἑσταμένη μέσον τ βασιλείας καὶ τ κρίσεως,

A *oculus, & qui eum pupugerunt: & plangent super eum omnes tribus terræ.* Apocal. 1.
Tunc cœlum & terra in fugam vertentur, ſicut Joannes præſignavit, dicens: *Vidi ſolium candidum magnum, & ſedentem ſuper illud, à cujus conſpectu fugit cœlum & terra.* Apoc. 20.
Tunc ſedebit ſuper ſolium gloriæ, ſicut ipſe dixit: & congregabuntur coram eo omnes gentes. Quænam igitur ſubſiſtere poterit anima, quando throni ponentur, & judicium ſedebit, & libri aperientur? Tunc videbimus innumerabiles Angelorum virtutes cum timore circumſtantes. Tunc uniuſcujuſque opera coram Angelis & hominibus legentur. Tunc implebitur prophetia Danielis, dicens: *Ego Daniel adſpiciebam, donec Throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit. Veſtimentum ejus candidum ut nix, & capillus capitis ejus ſicut lana munda. Thronus ejus, flamma ignis: rotæ ejus, ignis accenſus. Fluvius igneus egrediebatur ante eum. Millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aſſiſtebant ei. Judicium ſedit, & libri aperti ſunt.* Dan. 7.
Magnus in hora illa pavor erit, fratres, ubi ſcripta ſunt opera noſtra, & ſermones, & quæcumque in hac vita geſſimus, arbitrantes latere Deum ſcrutatorem renum ac cordium: ubi deſcripta erit noſtra quæcumque operatio & cogitatio, ſive mala, ſive bona. O quam multis indigemus lacrymis propter illam horam, & negligimus. Per lacrymas enim poteſt quis delere quæcumque in libris deſcripta ſunt delicta, alius vero per eleemoſynas. O quantopere tunc ſuſpirabimus, ac miſerabiliter plorabimus, quando propriis oculis intuebimur ineffabile cœlorum regnum! quando videbimus horrenda revelari atque apparere ſupplicia; medium vero horum omnium humaum genus, à primo formato Adam, uſque ad ultimum hominum: cunctoſque in faciem procidentes atque adorantes. Tunc implebitur ſermo qui ſcriptus eſt: *Vivo ego, dicit Dominus: quoniam mihi incurvabitur omne genu, cæleſtium, terreſtrium & infernorum, & omnis lingua confitebitur.* Iſai 45. Philipp. 2.
Tunc, fratres mei cariſſimi, omnis homo conſtitutus in medio regni & judicii, inter vitam

vitam & mortem, inter gaudium & neceſſitatem, cunctique humi obtutum defigentes, nec oculos attollere audentes, coram tribunali ſe conſtitutos adſpicient interrogari, diſtricteque examinari, præſertim autem ii, qui ſuam negligenter vitam tranſegerunt. Dumque hæc intuentur, ſecum ipſi ſuas omnes reputant actiones. Deinde & quiſque ante conſpectum ſuum propria meditatur opera, ſive bona, ſive mala. Et qui bonis operibus conſpicui fuerint, cum gaudio appropinquabunt tribunali, ut qui ſunt coronam recepturi. Quodſi quis atrocibus peccatis obnoxius impœnitens ex hac vita exceſſerit, tunc ea ante ſe videns repræſentari, ſeque ab iis condemnari atque convinci, dolore afflictus dicet: o quomodo non decertavi miſer, ſed univerſum tempus meum deperdidi, illudens atque illuſus? quomodo pœnitentiam non egi? quare fratri meo invidi, eumque odio habui, ac conviciis inceſſi, & non ſum ei reconciliatus? certe, certe ut inſipiens feci: & vero audiebam de pœnis, audiebam de hoc formidando die. Quomodo, inquam, pœnitentiam non egi apud illum, qui tollit peccatum mundi? Verum illuſus, annos meos complevi: jejuniis & orationibus intentos adſpiciens, ſubſannabam: qui quidem nunc illuſtres coram Judice aſſiſtunt, præmia repetentes. Sed quid agam? nam tempus pœnitentiæ præteriit.

Dumque ſecum iſta cogitant, terribilem interim vocem audient Judicis clamantis & dicentis: oſtendite opera, & accipite mercedem. In illa hora commovebuntur omnes hominum ordines, Pontifices & Sacerdotes, & Diaconi, & cuncti Eccleſiæ Ordines, ſicut ait Apoſtolus: ſinguli reſurgent in proprio ordine, ut dent gloriam Deo. Concutientur tunc timore potentes, ſapientes & divites, quia inſtat hora, ut uniuſcujuſque opera proferantur coram Angelis & hominibus, & unuſquiſque metat quæ ſeminavit.

1. Cor. 15.

Hei mihi, fratres mei Chriſto dilecti. Ad reliqua, quæ poſt hæc fient, vobis explicanda paratus ſum; ſed timore perculſus impedior, lacrymæque mihi excidunt, & vox mea deficit, dum tremendam hanc narrationem aggredior. Tunc, Chriſto dilecti, diſcutitur uniuſcujuſque ſigillum Chriſtianiſmi, quod per Baptiſmum accepit in ſancta Catholica & Apoſtolica Eccleſia. Requiriturque ab unoquoque, quomodo incontaminatam fidem cuſtodierit, & ſignaculum integrum, ac tunicam impollutam, & bonam confeſſionem, quam coram multis teſtibus confeſſus eſt, dicens: Abrenunciamus ſata-

A σεως, μέσον ζωῆς καὶ θανάτου, μέσον χαρᾶς καὶ ἀνάγκης, καὶ πάντες κάτω βλέποντες, μὴ ἀναβλέποντες ἔμπροσθεν αὐτῶν, τῷ βήματι παιζόμενοι, καὶ ἐπερωτώμενοι, καὶ δεινῶς ἐξεταζόμενοι, καὶ μάλιστα οἱ ἐν ἀμελείᾳ ζήσαντες. Καὶ ταῦτα θεωροῦντες ἐνθυμοῦνται πάσας τὰς πράξεις αὐτῶν. καὶ θεωρεῖ ἕκαστος τὰ ἴδια ἔργα αὐτοῦ κἂν τε ἀγαθὰ, κἂν τε φαῦλα. καὶ οἱ μὲν τὰ καλὰ ἔργα

B ἔχοντες μετὰ χαρᾶς προσεγγίσουσι τῷ βήματι, ὡς μέλλοντες ἀπολαμβάνειν τὸν στέφανον. ἐὰν δέ τις χαλεπὰς ἔχων ἁμαρτίας ἀμετανόητος ἐξέλθῃ τοῦ βίου, τότε θεωρῶν αὐτὰς ἔμπροσθεν αὐτοῦ παιζομένας καὶ κατακεινούσας καὶ ἐλεγχούσας, ὠδυνώμενος λέγει, ὦ πῶς οὐκ ἠγωνισάμην ὁ ἄθλιος, ἀλλὰ τὸν καιρὸν ἀπώλεσα παίζων καὶ παιζόμενος; πῶς οὐ μετανόησα; διατί οὐκ ἠλέησα;

C διατί ἐφθόνησα τῷ ἀδελφῷ μου; ἐμίσησα· ἐλοιδόρησα, καὶ οὐ διηλλάγην. ναὶ, ναὶ ἔπραξα ὡς ἄφρων. ἤκουον δὲ καὶ τὰς κολάσεις. ἤκουον δὲ περὶ ταύτης τῆς φοβερᾶς ἡμέρας. διατί οὐ μετανόησα πρὸς τὸν ἄροντα τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· ἀλλὰ παίζόμενος ἐτέλεσά μου τὰ ἔτη. τοὺς νηστεύοντας καὶ προσευχομένους θεωρῶν ἐχλεύαζον. οἵτινες φαιδροὶ παιζάντας τῷ κειτῇ ἀπαντῶν-

D τες τοὺς μισθοὺς. ἆρα τί ποιήσω ὅλη ὁ καιρὸς τῆς μετανοίας παρῆλθεν.

Ταῦτα δὲ αὐτῶν διαλογιζομένων, ἀκούσουσι φωνῆς τοῦ Κειτοῦ τοῦ φοβεροῦ, κεκραγότος καὶ λέγοντος. δείξατε τὰ ἔργα, καὶ λάβετε τὸν μισθόν. ἐν ᾗ τῇ ὥρᾳ σαλευθήσονται πάντα τὰ τάγματα τῶν ἀνθρώπων, ἀρχιερεῖς, καὶ ἱερεῖς, καὶ διάκονοι, καὶ πάντα τὰ τῆς ἐκκλησίας τὰ τάγματα. καθὼς εἶπεν ὁ

E Ἀπόστολος· ἐγείρεται ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι, δοῦναι δόξαν τῷ Θεῷ. Τότε σαλευθήσονται φόβῳ δικαίᾳ, σοφοὶ, καὶ πλούσιοι, διότι ἐπέστη ἡ ὥρα, ἵνα ἑκάστου τὸ ἔργον ὑπὸ ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων ἐπιγνωσθῇ, καὶ ἕκαστος θεείσῃ, ὡς ἔσπειρεν.

Οἴμοι, ἀδελφοί μου φιλόχριστοι· θέλω εἰπεῖν τὰ μὴ ταῦτα, καὶ ἐκ τοῦ φόβου ἀνακόπτομαι, καὶ τὰ δάκρυά μου προσέχουσιν καὶ ἐλιγγιῶ. φεκτὸν γὰρ τὸ διήγημα. Τότε, φιλόχρι-

F στοι, ἐρευνᾶται ἑνὸς ἑκάστου ἡ σφραγὶς τοῦ Χριστιανισμοῦ, ὃν ἔλαβεν ἐν τῇ ἁγίᾳ καὶ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ διὰ τοῦ βαπτίσματος. καὶ ἀπαιτεῖται ἕκαστος, πῶς τὴν πίστιν ἐφύλαξεν ἀμίαντον, καὶ τὴν σφραγῖδα ἄθραυστον, καὶ τὸν χιτῶνα ἀμόλυντον, καὶ τὴν καλὴν ὁμολογίαν, ἣν ὡμολόγησεν ὑπὸ πολλῶν μαρτύρων, λέγοντες. Ἀποτασσόμεθα τῷ Σατανᾷ, καὶ πάσαις τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. οὐχὶ

ἑνὶ

ἑνὶ, ἢ δύο, ἢ πέντε· ἀλλὰ πᾶσι τοῖς ἔργοις A Satanæ, & omnibus operibus ejus: non uni, aut duobus, vel quinque; ſed omnibus operibus Diaboli. Hæc igitur pulchra abrenunciatio exigetur à nobis in illa hora: & beatus, qui illam ita ſervaverit, ſicut pollicitus eſt. Uno enim verbo cuncta quæ dicuntur mala Diaboli opera abrenunciavit: puta, adulterium, fornicationem, homicidium, immunditiam, mendacium, invidiam, furtum, excandeſcentiam, iram, inimicitiam, contentionem, otioſum eloquium, turpes ſermones, ſuperbiam, laſciviam, riſus, citharārum luſus, choreas, ſaltationes, iram, avaritiam, odium in fratres, & omnium malorum ultimum ac primum idololatriam, & incantationem. Quibus omnibus, & horum ſimilibus abrenunciat Chriſtianus quicumque in ſancto Lavacro. Hæc abrenunciatio requiretur à nobis, fratres, in illa hora.

Sed & alia vellem exponere: verum timore ac dolore impedior, ne loquar. Dicam tamen hæc cum lacrymis & ſuſpiriis, quandoquidem extrema ſunt: non enim poſſibile eſt abſque lacrymis illa effari. Tunc poſtquam unuſquiſque coram Angelis & hominibus diſcuſſus examinatuſque fuerit, & omnis dominatio ac poteſtas evacuata, cunctique inimici Dei ſub pedibus ejus ſubjecti fuerint: tunc, ut ait Dominus, ſegregabit eos ab invicem, ſicut ſegregat paſtor oves ab hœdis: & oves quidem ſtatuet a dextris: hœdos vero a ſiniſtris: oves nimirum, quæ bonos fructus fecerint, & bonum paſtorem noverint, quæ ſignaculum ſuum integrum impollutumque ſervaverint, & paſtorem ſuum ſequutæ fuerint, dicentem: venite poſt me, quæ fidem veſtram cum hæreticis non polluiſtis: has, inquam, oves a dextris ſtatuet. Hœdos vero, qui ſunt infructuoſi, qui paſtorem exacerbaverunt, qui cum hæreticis paſti ſunt, qui ſanctam fidem coinquinarunt, qui ſaltationibus atque deliciis dediti fuere, qui univerſum vitæ ſuæ tempus in choreis, & immiſericordia conſumſere, omniſque operis boni expertes, peccatorumque pleni fuere: hos, inquam, hœdos videns Dominus in illa hora, avertet oculos ſuos ab eis. Tunc dicet iis, qui a dextris ſunt: Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum: venite filii lucis: venite regni mei hæredes: venite, qui propter me eſuriſtis & ſitiſtis, qui mundum non dilexiſtis, neque ea, quæ in mundo ſunt: venite, qui propter me mundum reliquiſtis & conſanguineos, & amicos, & parentes & filios: venite, qui in ſolitudinibus & montibus & ſpeluncis & caver-

1. Cor. 15.

Matth. 25.

Matth. 25.

nis

nis terræ habitaſtis : nunc unà cum Angelis in cœlis inhabitate . Tunc dicet & iis qui à ſiniſtris ſunt : Diſcedite à me maledicti , odio habiti , immiſericordes , fratrum Chriſtique oſores : ſicut miſericordiam non habuiſtis , ita nec vos miſericordiam obtinebitis . Sicut vocem ſanctorum meorum Evangeliorum ac beatorum diſcipulorum non audiſtis : ita neque ego voces veſtras audiam . Deliciis ſuper terram diti fuiſtis , bona in vita veſtra recepiſtis . Ego quidem ſingulis diebus per ſanctas meas Scripturas clamabam : vos autem hæc audientes , eos qui legebant , deridebatis . *Matth. 25.* Nunc igitur dico : neſcio vos : diſcedite à me maledicti in ignem æternum , paratum Diabolo & angelis ejus . Et abibunt hi in ſupplicium æternum .

Declarabo autem vobis , fratres , diverſa eſſe tormentorum genera , quemadmodum ex Evangelio novimus . Sunt enim tenebræ exteriores : unde liquet , & alias eſſe interiores . Gehenna ignis , locus alius . Stridor dentium , locus proprius . Vermis non dormiens , locus alius . Stagnum ignis , locus alius . Ignis inextinguibilis , propria regio . Fluvius igneus , locus alius . Hiſce ſuppliciorum locis diſtribuuntur miſeri , quiſque pro peccatorum ſuorum modo . Quemadmodum autem peccatorum ſunt differentiæ , ita & tormentorum varietates . Nimirum aliter torquetur mœchus , aliter fornicator : aliud eſt homicidæ ſupplicium , & aliud furis & ebrioſi . Qui autem hæreſi polluti fuerint , audient illud : Tollatur impius , ne videat gloriam Dei . Qui verò inter ſe inimicitias fovent , nec ſecum in hac vita reconciliati fuerint , inexorabile judicium ſubibunt . Qui autem fratres odio habent , in tenebras tranſmittentur exteriores , ut qui Chriſtum odio *Joan. 13.* habuerint dicentem : Diligite alterutrum , & remittite mutuo peccata . Væ fornicatori , adultero , & ebrioſo . Væ incantatoribus , veneficis , & iis , qui cum tympanis & choris vinum bibunt . Væ iis , qui blaſphemis hæreticis conſentiunt . Væ illis , qui divinas ſacraſque contemnunt Scripturas . Væ iis , qui tempus pœnitentiæ perdunt in vagationibus & in riſibus : quærent namque hoc ipſum , quod perperam conſumſerunt , nec invenient : & exclamabunt cum lacrymis & multis doloribus , nec miſericordiam conſequentur . Væ iis , qui juſtificant impium pro muneribus . Væ iis , qui aliena rapiunt . Et ut paucis cuncta perſtringam , væ iis omnibus , qui à ſiniſtris ſtatuentur : quia obtenebra-

A τῆς γῆς οἰκήσαντες · νῦν οἰκήσατε μετὰ τῶν ἀγγέλων ἐν οὐρανοῖς . Τότε λέγῃ καὶ τοῖς ἐξ ἀριστερῶν . πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ , οἱ κατηραμένοι , μεμισημένοι , οἱ ἀνελεήμονες , καὶ μισαδελφοί , καὶ μισόχριστοι . ὃν οὐκ ἠλεήσατε , οὐκ ἐλεηθήσεσθε . ὃν οὐκ ἠκούσατέ μου τῶν ἀχράντων εὐαγγελίων , καὶ τῶν μακαρίων μαθητῶν . οὐδὲ ἐγὼ ἀκούσομαι ὑμῶν . ἐτρυφήσατε ἐπὶ τῆς γῆς , ἀπελάβετε τὰ ἀγαθὰ ἐν τῇ ζωῇ ὑμῶν .

B Ἐγὼ δὲ καθ' ἑκάστην ἡμέραν , ἀφ' τῶν ἁγίων μου Γραφῶν , ἐβόων · καὶ ἀκούοντες ὑμεῖς ἐχλευάζετε τοὺς ἀναγινώσκοντας · καὶ νῦν λέγω λοιπόν , οὐκ οἶδα ὑμᾶς · πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ , οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον , τὸ ἡτοιμασμένον τῷ Διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ . καὶ ἀπελεύσονται εἰς κόλασιν αἰώνιον .

Δηλώσω δὲ ὑμῖν , ἀδελφοί μου , καὶ περὶ C τῆς διαφορᾶς τῶν κολάσεων , καθὼς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ἠκούσαμεν , Ἔστιν οὖν σκότος ἐξώτερον , δῆλον ὅτι καὶ ἐσώτερόν ἐστιν . Γέεννα τοῦ πυρὸς , τόπος ἄλλος . Βρυγμὸς ὀδόντων , τόπος ἴδιος . Σκώληξ ὁ ἀκοίμητος , τόπος ἄλλος . Ἡ λίμνη τοῦ πυρὸς , τόπος ἕτερος . Τὸ ἄσβεστον πῦρ , ἰδία χώρα . Ὁ πυρινὸς ποταμὸς , τόπος ἕτερος . Ἐν ταύταις ταῖς κολάσεσι καταμερίζονται οἱ D ἐλεεινοὶ , ἕκαστος πρὸς ἀναλογίαν τῶν πλημμάτων αὐτοῦ . Καὶ ὥσπερ εἰσὶ διαφοραὶ ἁμαρτιῶν , οὕτως καὶ διαφοραὶ κολάσεων . τυτέστιν , ἄλλως κολάζεται ὁ μοιχὸς , ἄλλως ὁ πόρνος , καὶ ἄλλως ὁ φονεύς , καὶ ἄλλως ὁ κλέπτης καὶ μέθυσος . Ὅσοι δὲ ἐν αἱρέσει ἐμολύνθησαν , ἀκούσονται τὸ , ἀρθήτω ὁ ἀσεβὴς , ἵνα μὴ ἴδῃ τὴν δόξαν Κυρίου . Οἱ δὲ ἔχοντες μετ' ἀλλήλων ἔχθραν , καὶ διαλλάγησαν ἐν τῷ βίῳ , ἀπρόσκριτον κρῖμα εὑρήσουσι . Καὶ οἱ μισαδελφοὶ εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον πεμφθήσονται , ὡς μισήσαντες Χριστὸν , τὸν εἰπόντα · ἀγαπᾶτε ἀλλήλους , καὶ συγχωρεῖτε ἀλλήλων τὰ παραπτώματα . Οὐαὶ τῷ φιλοπόρνῳ , τῷ μοιχῷ , τῷ μεθύσῳ . οὐαὶ τοῖς φαρμακοῖς , καὶ τοῖς μάνταις , καὶ τοῖς πίνουσιν τὸν οἶνον μετὰ τυμπάνων καὶ χορῶν . οὐαὶ τοῖς συνομολογοῦσι μετὰ τῶν βλασφήμων αἱρετικῶν · οὐαὶ τοῖς ὑβρίζουσι τὰς Θείας καὶ ἱερὰς Γραφάς . οὐαὶ τοῖς ἀπολλύουσι τὸν καιρὸν τῆς μετανοίας εἰς μετεωρισμοὺς καὶ γέλωτας · ζητήσουσι γάρ , καὶ οὐχ εὑρήσουσι τὸν καιρὸν , ὃν κακῶς ἐδαπάνησαν · καὶ βοήσουσι μετὰ δακρύων καὶ ὀδυρμῶν πολλῶν , καὶ οὐ μὴ εὕρωσιν ἔλεος · οὐαὶ τοῖς δικαιοῦσι τὸν ἀσεβῆ , ἕνεκα δώρων · οὐαὶ τοῖς ἁρπάζουσι τὰ ἀλλότρια . Καὶ ἵνα συντόμως εἴπω · οὐαὶ πᾶσι τοῖς ἐξ ἀριστερῶν λαχοῦσιν , ὅλα σκοτισθήσονται , καὶ βομ-

βάζου-

μάξωσι, & τοὺς ὀδόντας τείξωσι, ὅταν ἀκούσωσι τὸ, οὐκ οἶδα ὑμᾶς. Τότε λοιπὸν ἀπελαύνονται, μετὰ μεγάλης φόβης, ἀπὸ τ βήματος τ φρικτ, & παραδίδονται εἰς τὰς τ θανάτ χεῖρας, ἵνα ποιμάνῃ αὐτοὺς, καθὼς γέγραπται. Ὀδυνηρὰ ἡ διήγησις, ἀδελφοί μ φιλόχριστοι, τ φρικτῆς καὶ φοβερᾶς ὥρας ἐκείνης. Οἴμοι, ἀδελφοί, τὶς τολμήσῃ διηγήσασθαι; ἢ τὶς βαστάσῃ ἀκοῦσαι τ φοβερὰν ἐκείνω διήγησιν; Ὅσοι δάκρυα βάλεσθε ἐκχέειν, δεῦτε, ἀκούσατε τί ὑμᾶς ὠφελήσει. & μὴ ἀμελήσωμεν τ σωτηρίας ἡμῶν.

Τότε χωρίζονται ἀπ' ἀλλήλων, ἐπίσκοποι ἀπὸ συνεπισκόπων, πρεσβύτεροι ἀπὸ συμπρεσβυτέρων· τότε χωρίζονται τὸν ἐλεεινὸν ἐκεῖνον χωρισμὸν, ἱερεῖς ἀπὸ ἱερέων, καὶ διάκονοι ἀπὸ συνδιακόνων, καὶ ὑπηρέται καὶ ἀναγνῶσαι ἀπὸ τ ὁμοίων αὐτῶν. τότε διαχωρίζονται οἱ ποτε βασιλεῖς, καὶ κλαύσουσιν ὡς νήπια, καὶ ζήσονται ὡς τετράποδα. τότε ζεναξουσιν ὕπαρχοι, καὶ ἀποβλέψουσιν ἔνθεν κἀκεῖθεν, & τὸν βοηθοῦντα οὐχ εὑρήσουσιν. Οὔτε ὦ πλοῦτος φαίνεται ἐκεῖ, οὔτε κόλακες παρίστανται. Τότε διαχωρίζονται οἱ ἐν ἀμελείᾳ ζήσαντες μοναχοὶ, οἱ τὸν κόσμον πάχα μισήσαντες καὶ κοσμικὰ φρονήσαντες. Τότε διαχωρισθήσονται γονεῖς ἀπὸ τέκνων, πατὴρ καὶ υἱὸς, μήτηρ καὶ θυγάτηρ, φίλοι ἀπὸ φίλων, καὶ συγγενεῖς ἀπὸ συγγενῶν. Τότε ἀποχωρισθήσονται ἀνδρόγυνα ἐλεεινὰ, τὰ μὴ φυλάξαντα τ κοίτην ἀμίαντον. Ἀλλὰ παρεάσω τὰ πολλὰ διηγεῖσθαι· & γὰρ σωέχει με φόβος ἐν ταύτῃ τῇ διηγήσει. Τότε ἐλαυνόμενοι καὶ τυπτόμενοι ὑπὸ ἀγγείων ἀγγέλων ὠθούμενοι, καὶ τοὺς ὀδόντας τείξουσιν καὶ πυκνὰς στρεφόμενοι εἰς τὰ ὀπίσω, προσεγγίζουσι τῷ χαλεπῷ τόπῳ ἐκείνῳ, ὅπου πάλιν διαχωρίζονται εἰς ὅλας τὰς κολάσεις. Τότε θεωροῦντες τ παντελῆ ἀπόφασιν, ὅτι ἐνὸς ὄντος τ προκαλοῦντος ὑπὲρ αὐτῶν, οὐκ ἄνεσιν ἐχόντων οὐδὲ ἐλπίδα ἀναπαύσεως. Τότε ὀλολύζοντες, λέγουσιν· ὤ, πόσον καιρὸν ἀπωλέσαμεν ἐν ἀμελείᾳ ζήσαντες; πῶς ἐπαίξεν ἡμᾶς ὁ μάταιος βίος; πῶς ἄλλους θεωροῦντες ἀγωνιζομένους, ἡμεῖς οὐκ ἠγωνισάμεθα; πῶς τ ἁγίων Γραφῶν ἠκούσμεν, καὶ ἐνελῶμεν, & ἐχλευάζομεν τοὺς ἀναγινώσκοντας αὐτάς. Ἐκεῖ ὁ Θεὸς ἐλάλει διὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ γραφῶν, καὶ οὐ προσείχομεν· νῦν δὲ ἡμεῖς βοῶμεν, καὶ αὐτὸς ἀποστρέφει τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀφ' ἡμῶν. Τί ὠφέλησαν ἡμᾶς τὰ τερπνὰ τ κόσμου; ποῦ ὁ πατὴρ, ὁ γεννήσας ἡμᾶς; πῦ ἡ μήτηρ, ἡ ὠδινήσασα; πῦ τὰ τέκνα; πῦ οἱ φίλοι; πῦ ὁ πλοῦτος; πῦ οἱ θόρυβοι & τὰ ἄθυρα; πῦ ὁ πολὺς καὶ

A nebrabuntur, & contremiscent, dentibusque stridebunt, quando illud audient: nescio vos. Tunc propellentur cum magno timore ab horrendo Tribunali, & tradentur in manus mortis, ut depascat eos, sicut scriptum est. Non sine lacrymis & doloribus fratres mei Christo dilecti, enarrari potest hora illa terribilis & horrenda. Væ mihi, fratres, quis audeat illam exponere? aut quis eam persequendo sufferre poterit? Quicumque lacrymas profundere vultis, accedite, audite, quæ vobis superventura sunt, & nostram ne negligamus salutem.

Matth. 25.

Psal. 48.

Tunc separabuntur ab invicem, Episcopi à Coepiscopis, Presbyteri à Compresbyteris. Tunc separabuntur misera illa separatione, Sacerdotes à Sacerdotibus, Diaconi à Condiaconis, Hypodiaconi & Lectores à suis sociis. Tunc separabuntur qui aliquando Reges exstiterunt, & plorabunt velut infantes, abigenturque velut quadrupedia. Tunc ingemiscent Principes, & huc illucque respicient, nec ullum reperient adjutorem. Neque enim ibi divitiæ apparebunt, neque assentatores assistent. Tunc separabuntur qui negligenter vitam traduxere monachi, & mundum quidem statim odio habuere, sed mundana cogitarunt. Tunc separabuntur à filiis parentes, pater à filio, mater à filia, amici ab amicis, consanguinei à consanguineis. Tunc separabuntur miseri conjuges ab uxoribus, qui connubii sui thorum non servarunt immaculatum. Verùm multa hic dicere omittam, quia timore atque tremore ab eorundem narratione impedior. Tunc à truculentis angelis profligati ac cæsi propellentur, dentibusque stridentes & crebrius post tergum respicientes, ad locum illum amarum appropinquabunt, ubi rursus ad omnia supplicia dispergentur. Tunc sententiam omnino subibunt, cernentes se undequaque derelictos, omnique spe atque auxilio & intercessione aliorum pro ipsis prorsus destitutos. Tunc ejulantes dicent: oh quo pacto in negligentia atque torpore tempus nostrum transegimus! quomodo illusit nos vana vita! quomodo alios certantes vidimus, nec ipsi certavimus! quomodo divinas scripturas audientes, irrisimus, legentesque eas contemsimus! Ibi Deus loquebatur nobis per sanctas suas scripturas, & non attendebamus. Nunc autem clamamus, & ipse suam à nobis faciem avertit. Quid nobis profuerunt deliciæ mundi? Ubinam qui nos genuit pater? Ubi quæ nos peperit mater? ubi filii? ubi amici? ubi divitiæ? ubi turbæ? ubi convivia? ubi varii & intempestivi cursus?

sus ? ubi consanguinei & noti ? ubi reges & potentes ? ubi sapientes & eloquentes ? quomodo nullam ab his utilitatem nobis miseri comparare nequimus ?

Tunc videntes se penitus à Deo & à Sanctis derelictos, cum suspiriis & amaris lacrymis dicent : Valete Sancti & justi, à quibus nos sequestrati sumus. Valete amici & consanguinei. Valete patres & matres. Valete filii & filiæ. Valete Apostoli & Martyres & Prophetæ Domini. Vale Monachorum ordo. Vale & tu Domina Deipara, quæ multum pro nobis rogasti, ut salvi fieremus, at nos pœnitentiam agere & salvari noluimus. Vale & tu pretiosa & vivifica Crux. Vale paradise voluptatis, quem plantavit Dominus. Vale superna Hierusalem, mater primogenitorum, quæ non habet finem. Vale regnum cœlorum. Valete omnes simul : nullum siquidem vestrum visuri sumus ultra : in judicium enim tormentorum abituri sumus, finem aut requiem non habentium.

Cæterum abibit unusquisque in præparatum sibi locum, quem quisque sibi præparaverit, nolens pœnitentiam agere, & salvari ab ira & ab illa pressura. Audistis, fratres, quid sibi lucrifaciant diligentes, qui in vita sua decertarunt : quomodo verò negligentes, qui pœnitentiam agere noluerunt, in terribiles ac intolerabiles pœnas dejiciantur. Audistis de horribili hora illa, & de hora ista. Sancta quidem scriptura ab ortu ad occasum in ecclesiis exclamat, dicens : *Venite qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos*. Et rursus ait : *Ego sum vita, resurrectio, & veritas*. Hanc igitur viam, & veritatem diligamus, fratres, ut vitam æternam possideamus, in Christo Jesu Domino nostro : quoniam ipsi convenit omnis gloria, honor, & adoratio, una cum ipsius Patre principii experte, & sancto, bono & vivificante Spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

Matth. 11.

καὶ ἄκαιρος δρόμος; πᾶ οἱ συγγενεῖς καὶ οἱ γνώριμοι; πᾶ οἱ βασιλεῖς καὶ οἱ δυνάσται; πᾶ οἱ σοφοὶ καὶ οἱ ῥήτορες; πῶς ἐκ τούτων ἀδημίαν ἔχομεν ὠφέλειαν ἡμεῖς οἱ ἐλεεινοί.

Τότε θεωροῦντες τὴν παντελῆ ἐγκατάλειψιν, τὴν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν ἁγίων, μετὰ στεναγμῶν καὶ πικρῶν δακρύων λέγουσι· σώζεσθε, ἅγιοι καὶ δίκαιοι, ἐξ ὧν ἡμεῖς ἐχωρίσθημεν. σώζεσθε, φίλοι καὶ συγγενεῖς. σώζεσθε, πατέρες καὶ μητέρες. σώζεσθε, υἱοὶ καὶ θυγατέρες. σώζεσθε, ἀπόστολοι, καὶ μάρτυρες, καὶ προφῆται Κυρίου. σώζου, τὸ τάγμα τῶν μοναχῶν. σώζου καὶ σύ, Δέσποινα Θεοτόκε, ἡ πολλὰ παρακαλοῦσα ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα σωθῶμεν, ἀλλ' ἡμεῖς οὐκ ἠθελήσαμεν μετανοῆσαι καὶ σωθῆναι. σώζου καὶ σύ, τίμιε καὶ ζωοποιὲ σταυρὲ. σώζου, ὁ παράδεισος τῆς τρυφῆς, ὃν ἐφύτευσεν ὁ Κύριος. σώζου, ἡ ἄνω Ἱερουσαλήμ, ἡ μήτηρ τῶν πρωτοτόκων, ἡ μὴ ἔχουσα τέλος. σώζου, ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. σώζεσθε, πάντες ὁμοῦ. Οὐκ ἔλαβον γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν θεασόμεθά τινα ἐξ ὑμῶν· εἰς κρίσιν γὰρ κολάσεως ἀπερχόμεθα μὴ ἔχουσαν τέλος ἢ ἄνεσιν.

Καὶ λοιπὸν ἀπέρχεται ἕκαστος εἰς τὸν ἡτοιμασμένον αὐτῷ τόπον, ὃν ἡτοίμασεν ἑαυτῷ ἕκαστος, μὴ θελήσας μετανοῆσαι, καὶ λυτρωθῆναι ἐκ τῆς ὀργῆς καὶ τῆς ἀνάγκης ἐκείνης. Ἠκούσατε, ἀδελφοί, τί μέλλουσιν ὑπομένειν οἱ ἀμελοῦντες καὶ ἀγωνισάμενοι ἐν τῇ ζωῇ αὐτῶν· οἱ ἀμελοῦντες ὅτι καὶ μὴ μετανοοῦντες πῶς μέλλουσιν ἀποπεμφθῆναι εἰς τὰς δεινὰς καὶ ἀφορήτους κολάσεις. Ἠκούσατε περὶ τῆς φοβερᾶς ὥρας ἐκείνης, καὶ περὶ ταύτης τῆς ὥρας. Ἡ ἁγία Γραφὴ, ἀπὸ ἀνατολῶν ἕως δυσμῶν, ἐν ταῖς ἐκκλησίαις βοᾷ, καὶ λέγει· δεῦτε, οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. Καὶ πάλιν λέγει· ἐγώ εἰμι ἡ ζωή· ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ἀλήθεια. Ταύτην οὖν τὴν ὁδὸν καὶ τὴν ἀλήθειαν ἀγαπήσωμεν, ἀδελφοί, ἵνα ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσωμεν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν. Οὗ αὐτῷ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

SER-

ΛΟΓΟΣ ΚΑΤΑ ΑΙΡΕΤΙΚΩΝ, ΕΝ Ω ΚΑΙ ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ ΕΚ ΦΑΝΕΡΩΝ ΥΠΟΔΕΙΓΜΑΤΩΝ ΤΟΥ ΤΕ ΜΑΡΓΑΡΙΤΟΥ ΚΑΙ ΤΩΝ ΛΟΙΠΩΝ ΣΥΝΑΓΟΥΣΑ ΤΟ ΠΙΣΤΟΝ· ΟΤΙ ΔΙΧΑ ΤΩΝ ΦΥΣΙΚΩΝ ΝΟΜΩΝ Η ΑΓΙΑ ΘΕΟΤΟΚΟΣ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΚΑΙ ΘΕΟΝ ΗΜΩΝ ΕΠΙ ΣΩΤΗΡΙΑΣ ΤΟΥ ΚΟΣΜΟΥ ΚΑΙ ΣΥΝΕΛΑΒΕ ΚΑΙ ΕΚΥΗΣΕ.

SERMO ADVERSUS HÆRETICOS, IN QUO, TUM EX MARGARITÆ, TUM EX ALIORUM CLARIS ARGUMENTIS OSTENDITUR, CREDENDUM ESSE, SANCTAM DEIPARAM PRÆTER NATURÆ LEGES DOMINUM AC DEUM NOSTRUM PRO MUNDI SALUTE ET CONCEPISSE, ET PEPERISSE.

ΦΙΛΩ σε τὸ ἀγγέλιον, Δέσποτα, ὅτι, ὅτε πεινῶ, τρέφει με. Ποθῶ σε τὸν λόγον, ὅτι ὡς τῇ δίψῃ, πηγή μοι γίνεται. Ὅσους θέλω, συγκαλῶ τοῖς σοῖς ἐδέσμασι· καὶ πλείονα ἀφίεμι, ὧν εὗρον. Ἐσθίω μὴ πολλῶν, καὶ μόνος εὑρίσκομαι. Πίνω μὴ πλήθους. καὶ μόνῳ μοι προσπίνεις τὴν σὴν χάριτος. Τί οὖν σοι ἀντιχαρίσωμαι, εἰ μὴ ἐμαυτὸν εἰς ὁμόνοιαν; Θέλω, καὶ οὐ δύναμαι. Ὁ γὰρ πατήρ μου Ἀδὰμ ἀπαιτεῖ τὸ χρέος τῆς φύσεως. ἀπαυδάζω, καὶ ἐμποδίζομαι· ὅτι οὐκ ἔχω λύσιν ἔμοῦ ζητήματος. Ἄλλοις ἐπιλύω τὰ κατὰ φύσιν, καὶ ἐμαυτῷ ἐμποδίζω τοῖς πάθεσι τὴν προαίρεσιν. οἶδα τί σφάλλομαι, καὶ γινώσκω· ἐν τοῖς ἑτέρων, ἐμαυτοῦ κατηγορῶ. Καὶ τί; σιωπήσω, ἵνα μὴ κατακριθῶ; καὶ πῶς δείξω μου τὸν πρὸς σέ ἐπιθυμίαν. Λαλῶ, καὶ οὐ παύομαι. Θέλω γὰρ ἐμαυτὸν κατακρίνεσθαι, μόνον σε τὴν δόξαν λειτουργίαν χαρίσωμαι. Βούλομαι θανεῖν, ἵνα σὺ δοξασθῇς. Οἶδα ὅτι ἥκιστα κριθήσομαι, μὴ χρησάμενος ἐλέγχοις εἰς τοὺς ἁμαρτάνοντας. ἀλλ' οὐ παύομαι τοῦτο ποιῶν, ἵνα σε δείξω ἀναμάρτητον. Γνώτωσαν Ἕλληνες ἔρωτος δύναμιν. Γνώτωσαν Ἰουδαῖοι φιλίας βάθεσιν. ὅτι δίχα πυρὸς καὶ ξίφους καὶ τῶν ἄλλων ἀμυντηρίων, αἱρετόν σε τὸν ὑπὲρ σὲ θάνατον. Τάχα πιστεύσωσιν ἐκ ταύτης τῆς ὑποθέσεως, ὅτι φέρω βάρος σὲ καὶ τὸν ἀβαστὸν θάνατον. Τάχα λέγω, καὶ οὐ ποιῶ. Φοβοῦμαι γὰρ μὴ, σοῦ ἀπόντος, ἡττηθῶ ὑπὸ τῆς φύσεως. Πεῖσόν μοι, ὅτι βοηθεῖς μοι πονοῦντι· καὶ πείθω Ἕλληνας, ὅτι φέρω σου τιμωρίαν. Πληροφόρησόν με, ὅτι ἐλεεῖς με πάσχοντα, καὶ ἀπογράφομαι πρὸς σου ἄθλησιν. Ἐπαποδύομαι τοῖς θηρίοις τῶν Ἑλλήνων· Ἤδη γὰρ ἡ σάλπιγξ προσκαλεῖται τοὺς Ἕλληνας τοὺς θέλοντας· βοᾷ σου ἐξ Ἑλλάδος ἐπὶ Πέρσας ἐπιδρομήν. ἀπειλεῖ τοῖς ἐκ δυσμῶν πρὸς ἡμᾶς τιμωρίαν. Φοβοῦμαι, ὅτι μισεῖς τοὺς ἁμαρτάνοντας· ἀλλ' ἀθυμῶ, ὅτι ὑπὲρ αὐτῶν ἀπέθανες. Δεδοικὼς, ὅτι βουλύσῃ τοὺς ἐμπαθεῖς καὶ σαρκικούς

AMO, & exoſculor tuum Evangelium, Domine, quia me eſurientem nutrit. Deſidero ſermonem tuum, quia, dum ſitio, fontis inſtar mihi fit. Quoſcumque volo, ad tua fercula convoco: & plura relinquo, quàm invenerim. Cum multis comedo, & ſolus invenior. Bibo cum multitudine, & ſoli mihi tuam propinas gratiam. Quid igitur tibi retribuam; niſi meipſum in conſenſionem atque concordiam? Et hoc quidem volo, ſed nequeo. Nam Adam pater meus debitum naturæ à me repetit. Conor, & ipſe me impedio: quia ſolutionem quæſtionis, quæ in me eſt, non habeo. Aliis, quæ naturæ ſunt, recenſeo; & ipſe me pravis affectionibus impedio. Video me errare, & cognoſco: in aliorum vero reprehenſionibus, meipſum accuſo. Sed quid? tacebo ne, ut non condemner? Et qua ratione meum erga te ſtudium & amorem oſtendam? Loquar igitur, nec deſiſtam: malo enim meipſum damnari, modo tuus miniſter efficiar. Malo etiam mori, ut tu glorificeris. Novi, quod haudquaquam condemnabor, abſtinens à reprehenſionibus in eos, qui peccant: at non deſino id facere, ut te inſontem nullaque peccati labe inquinatum demonſtrem. Cognoſcant Græci, amoris vim atque potentiam. Judæi, amicitiæ intelligant affectionem: quia abſque igne & gladio aliiſque tormentis mortem pro te eligo. Fortaſſe hoc credent argumento, quia propter te fero mortem viſibilem atque ſenſibilem. Sed forte dico, & non facio: vereor enim, ne, te abſente, vincar à natura. At mihi ſaltem perſuade, quia laborantem me adjuvas: & Græcos in eam ſententiam adducam, quod ſupplicium tolero. Certiorem me fac, quod mei patientis miſereris: & jam nunc ad luctandum me accingo. Exuo me cum lictoribus & ſatellitibus Græcorum. Jam enim tuba Græcos volentes ad bellum evocat, & in Perſas è Græcia diſcurſitationem compellat: ac minæ ab occidentalibus ſupplicium in nos retorquent. Pertimeſco, quia peccatores odiſti:

odisti : at rursus gaudio perfundor, quod pro ipsis sis mortuus. Timore perculsus sum, quia homines sensuales atque carnales abominaris: at solatio mihi est, quod naturæ nostræ fragilitatem noveris. Nosti ut conditor, quod creasti; & ut Judex, exploratum habes quod condemnes: ac ut homo factus, nosti quod cogitasti. Tu eam mihi immaculatam dedisti : verum pater meus Adam, multis hanc sordibus contaminatam debilitatamque reddidit. Sordibus nexuit delectationem vanitatis: & nunc ego invitus pœnam sustineo. Naturæ ipse corruptionem admiscuit, & ecce ego tempestatis periculum in mari facio. Miserere igitur mei, ut creator: compatere infirmitati meæ: quippe qui propter me homo factus es. Ne me repellas propter vitia atque pernicioſas affectiones meas: sed dissipa & disperge eas propter impetum voluntatis. Neque ob sordes me averseris: at operum sedulitatem intuere. Et licet me ex parte ob cogitationum turpitudinem aversatus fueris; verùm in planctum meum respice, & in voluptatis condemnationem. Habeo propositum: at nescio, an etiam vires. Quod habeo, hoc elargior: & si ipse necessarium dare velis indigenti, mentem meam conspicis, quodque sim pauper, & a Dracone spoliatus. Infirmus sum, & à corruptione irretitus. Imbecillis sum, & à peccato in errorem impulsus. Donum tuum perdidi: & ideo perfectam prudentiam non habeo. Perdidi consuetudinem tuam; & idcirco quo vadam, ignoro. Nihil ergo habeo: & siquid habeo, tu mihi illud dedisti natus. Extrema penuria laboro: quodsi dives evasero, tuum est totum istud munus, & quidem nunc, & olim tuum est. Solummodo gratiam deposco, confitens, quod per te servabor, siquidem servabor.

Novi quemdam divitem in scriptura: verum prudens quum esset, teque nosset, pauperem seipsum appellavit. Paupertatem ille sibi adscripsit, potentiam tuam respiciens; & quid ego dicam, aut quid cogitabo? Nostis autem & vos hunc hominem: nam parabolam de illo Evangelium vobis enarravit: quia omnis Sanctorum labor propter hominem susceptus est. Ait autem sic. Dives quidam erat, & absconditum in agro thesaurum sciens, vendidit omnia, & emit agrum illum. Alius autem idem ob Margaritam pretiosam faciebat. Quare utriusque diversitatem nosse, & cujusque vim solvere atque interpretari oportet. Nam duo ista unum sunt. Continet autem brevem interpretationis sermonem, Margaritæ sententia: ideoque illam cum primis exponamus.

Matth. 13.

Matth. 13.

Mar-

A κύς· ἀλλ' ἔχω ϖϑαμυθίαν, ὅτι ἔγνως τ φύσεως τ ἀϑένειαν. Οἶδας ὡς κτίςης, ὃ ἐποίησας. οἶδας ὡς κριτὴς, ὃ κατέκρινας. οἶδας ὡς ἐνανθρωπήσας, ὃ ἐνόησας. Σύ μοι δέδωκας αὐτὼ ἀρύπωλον, ἀλλ' ὁ πατήρ μυ Ἀδὰμ πολλῷ ῥύπῳ αὐτὼ ἀϑενῆ ἐποίησεν. Ἔπλεξε τῷ ῥύπῳ τ τέρψιν τ μαπαιότητος, κὴ νῦν ἐγὼ ἄκων κολάζομαι.

B Σωενέρασας ἐν τῇ φύσι φθορὰν, κὴ ἰδοὺ ἐγὼ ϗϕ θαλασσῶν χειμῶνι κίνδυνον ἐπίςαμαι. Ἐλέησόν με, ὡς κτίςης. συμπάθησόν μυ τῇ ἀϑενείᾳ. Ὡς ἐνανθρωπήσας δι' ἐμὲ, μὴ ἀπώσῃ ϗϕ τὰ πάθη· ἀλλὰ σκόπισον ϗϕ τ ὁρμὴν τ ϖϑαιρέσεως. Μὴ βδελύξῃ ϗϕ τ ῥύπον, ἀλλ' ἴδε τ ἔργων τὴν ἐπιμέλειαν. Κἂν ἐκ μέρυς με ἀποςραφῇς ϗϕ τὴν αἰσχρότητα τῶν λογισμῶν, ἀλλ' ἐπίβλεψον ἐπὶ τ πένθος, κὴ τὴν τ ἡδονῆς καπάγνωσιν. Ἔχω ϖϑαίρεσιν. Οὐκ οἶδα εἰ δ δώσμιν. Δίδωμι ὃ ἔχω· εἰ θέλῃς δοῦναι τ ἐνδέον, ὁρᾷς μου τὴν διάνοιαν. πένης εἰμὶ, συληθεὶς ὑπὸ τ Δράκοντος. Ἀϑενὴς εἰμι, ὑπὸ φθορᾶς πεδηθείς. ἀδρανὴς ὑπάρχω ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας ἀποκρυθείς. Ἀπώλεσά σου τὸ δῶρον. διὰ τῦτο οὐκ ἔχω τελείαν φρόνησιν. Ἀπώλεσά σε τὴν συνομιλίαν. διὸ ὐ γινώσκω πᾶ πορεύομαι. Οὐδὲν ἔχω. ἐὰν ἔχω, σύ μοι δέδωκας, ϗϕ ἐννηθείς. πένομαι ἰσχυρῶς. Ἐὰν ϑ πλυτήσω, σόν ἐςι τὸ χάεισμα τὸ πᾶν. κὴ νῦν καὶ πάλαι, σόν ἐςι. μόνον αὐτῶ τὴν χάειν. Ὁμολογῶ ὅλι δι' σὲ ϖϑιλήσομαι, εἴγε καὶ ϖϑιλήσωμαι.

C Οἶδά τινα πλύσιον ἐν τῇ Γραφῇ, ἀλλὰ φρόνιμος ὢν ἰδών σε, πένητα ἑαυτὸν ϖϑοσηγόρευσεν. Εἰ ὁ πλύσιος ἑαυτῷ πτωχείαν προσεγράψατο ἀφιδών σε τὸ πράος, ἐγὼ τι εἴπω, ἢ τὶ λογίσομαι; Οἶδατ' ὑμεῖς τῦτον τὸν ἄνθρωπον· δηγήσατο ἡμῖν τὸ Εὐαγγέλιον ϖϑαβολὴν, ἣν εἶπε δι' αὐτόν. Ἅπας ὁ μόχθος τῶν ἁγίων δι' τ ἄνθρωπον γεννᾶται. Λέγει γάρ. Ἦν ἄς πλύσιος, κὴ γνὺς ἐν ἀγρῷ θησαυρὸν, ἐπώλησεν ἅπαντα, κὴ τ ἀγρὸν ἠγόρασεν. Ἕτερος δὲ τὸ αὐτὸ ποιεῖ δι' μαργαρίτην πολύτιμον. Καὶ ὀφείλομεν ἐν ἑκατέρῳ γνῶναι τὸ διάφορον, κὴ ἐπιλῦσαι τὴν ἑκάςου δύναμιν. Οἱ δυὸ ἓν εἰσιν. Ἀλλ' ἔχει βραχὺν λόγον τῆς ἐπιλύσεως ὁ τ μαργαρίτυ νῦς. Διὸ ἐν ϖϑρῶτοις αὐτὸν διέλθωμεν.

D

E

F

Ο'

Ὁ μαργαρίτης ὁ τίμιος, ὁ ἀπὸ θαλάτης
βυθοκόμφος, πολλῆς τιμῆς ἄξιος ὄτι, διὰ τὸ δυσεύ-
ρετον. Οὐ παρέχει βρῶσιν, ἀλλὰ καύχημα. Οὐ
παρέχει ποτῦ ἀπόλαυσιν, ἀλλ' εὐδοξίαν. Πολλὰ
χρήματα ποιοῦσιν ὄγκον. ὅτος δὲ ἐπικουφίζει τὸ
βαρος. Βραχὺς ὢν, μεγάλα δύνατ). ἀλλὰ καὶ
σύντομος εἰς τὸ βασαχθῆναι, καὶ εὔμετάθετος εἰς
ἀποκατάστασιν. Ῥᾳδίως κρύπτεται, καὶ δυσκόλως
εὑρίσκετ). Οὗτός ὄτιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.
ὅτος ὄτιν ὁ Θεὸς Λόγος, ὃν βραχεῖ πολλὴν δύ-
ναμιν μυστηρίων ἐμπεριέχων σαφῶς. Οὐ προσή-
κει) εἰς βρῶσιν, οὐ γὰρ ὄτι πρόσκαιρος. Οὐκ
ὄτι πενήτων εἰς χρῆσιν, ἀλλὰ τῶν ἐν γνώσει πλου-
τούντων ἡ κατάληψις. Οὐδεὶς αὐτὸν ἔχειν δύνα-
ται τῶν πτωχῶν ἐν ἀρετῇ. Τελείων ἴδιον κτῆμα γί-
νεται. Εἰσὶ βαθμοὶ ἐν οἴκῳ ὑψηλῷ, δι' ὧν εἷς
ἐπὶ τὸ ἄκρον ἀνέρχεται. καὶ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ
διαφοραὶ τῶν προσιόντων Θεῷ τυγχάνουσιν οὖσαι.
Πένης εἶ; γίνεταί σοι ἄρτος εἰς τὴν τῆς πενίας
παραμυθίαν. Ἀσθενὴς ὑπάρχεις; λαχάνῳ σε
διαθέφει· Τῷ πολυσάρκῳ σίνηπι ἐπιδίδωσι, καὶ
τῷ ἡπατικῷ καὶ τῷ ἰκτεριῶντι οἶνος προσφέρε-
ται. Ἄλλοις ὡς ἰχθὺς προσκειται. Ἑτέροις σῖτος.
Ἐνίοις δρέπανον. Τισὶ δὲ καὶ ἀξίνη γίνε). Καὶ
κριθινὸς ἄρτος τοῖς ἀγροικοτέροις προσφέρετ).
Καὶ μάχαιραν εἰς χειρουργίαν προσάγει. Καὶ
μαστίζει μάστιγι τῇ ἀπὸ σχοίνων. καὶ ἐν ῥάβδοις
παιδεύει, καὶ ἐν βακτηρίαις καπαπονεῖ. Ταῦτα πάν-
τα βαθμὸς ἔχει τὸ εὐαγγέλιον. Ταῦτα πάν-
τα ἐν παραβολαῖς εἴρηται. Καὶ οἵδε πλουσίους ἐν
ἀρετῇ, καὶ πένητας. Οἶδεν ἀσθενεῖς, καὶ ὑγιαί-
νοντας ἐν τῇ πίστει. Γινώσκει δυνατὸς καὶ ἀδρα-
νεῖς ἐν δυσεβείᾳ. Ἀναιρεῖ τῇ μαχαίρᾳ πολλὸς,
τῶν εἰδώλων ἀποχίζων, καὶ τὴν ἀσεβειαν ἀπά-
γων ἀπὸ τ πλήθους. Ἐν κρυπτῷ βλέπει. διὰ τῦ-
το ἐπάγει τὸ πῦρ, ἵνα ἐκκαλύψῃ τὸ κρυπ-
τόμενον, καὶ ἵνα ἀναλώσῃ τὸ κτ' τ γνώσεως
τ Θεῦ ἐπαιρόμενον. Καυτῆρας ἐπάγει τοῖς ἐπι-
νεμομένοις τὰ μέλη τὰ καίρια. Καὶ τὰ λυμαινόμενα
πάθη μακρὰν διίστησι τ κοινῦ τῆς ἐκκλησίας. Ἐν
τοῖς ἀσθενοῦσι ἰατρὸς. ἐν τοῖς ἀθληταῖς βραβευτής.
Ἐν τοῖς ἀνταγομένοις κριτής. Ἐν τοῖς ἀδίκοις ἔκ-
δικος. Τῶν πτωχῶν κηδεμὼν γίνεται, καὶ τῶν
χηρῶν, προνοητής. Πρὸς τοὺς τυραννοῦντας βα-
σιλεύς ὄτι. Καὶ τοῖς ταπεινοῖς, ὡς ἀδελφὸς,
προσέρχεται. Τοῖς ξένοις ἅπασι, ὡς οἰκείοις, καὶ
τοῖς ὀρφανοῖς ὡς πατὴρ. Καὶ τοῖς ἐν ἀγνοίᾳ λοι-
δορῦσι φαίνεται, ὡς ἰδιώτης. καὶ εἷς ὢν, πάντα
ταῦτα γίνεται· ἐπειδὴ ὃ θέλει, δύναται· καὶ τὰ
συμ-

A Margarita igitur pretiosa, è mari est; magnæ autem æstimationis, eo quod inventu difficilis sit: non tamen cibum præbet, sed gloriam; neque potus oblectamentum affert, sed claritatem nominis. Multæ quidem pecuniæ, pondus efficiunt: at illa, gravitatem sublevat. Parva quum sit, magna potest; & ad portandum facilis est, facileque in suum locum restituitur. Facile absconditur, sed difficile invenitur. Sic quoque est Regnum cœlorum: sic etiam Deus Verbum, quod breviter & aperte magnam in se mysteriorum vim complectitur. Non proponitur ad manducandum; neque enim ad tempus dumtaxat durat. Sed nec pauperibus est ejus usus: verum eorum, qui in cognitione atque scientia divites evaserunt, illius est perceptio. Nullus quippe virtutis inops, illo potiri potest: sed perfectorum est illius possessio. Reperiuntur gradus in loco excelso, per quos ad supremitatem quis conscendit: & in Evangelio similiter, eorum qui ad Deum accedunt, differentiæ sunt. Pauper es? Panis tibi pro consolatione paupertatis erit. Infirmitate laboras? olusculo te reficit. Sic etiam ex jecinore, & ictero morbo laborantibus, sinapi & vinum traditur: aliis ut piscis proponitur, aliis frumentum, aliquibus falx putatoria, quibusdam etiam securis efficitur; panesque hordeaceos rusticioribus apponit, & gladium ad chirurgiam adhibet: quosdam flagellis ex funiculis cædit, virgis alios castigat, & faculis fatigat atque exercet. Hæc & his similia pro gradibus habet Evangelium. Sunt autem ista in parabolis dicta. Divites quippe novit virtutibus locupletatos; pauperes quoque virtutum inopia laborantes; novit infirmos, & novit sanos in fide: novit fortes, & novit imperfectos in religione ac pietate. Gladio multos perimit, ab idolis rescindens, & à populo impietatem avertens. Videt in abscondito: atque idcirco infert ignem, ut quod occulitur, in lucem proferat, & quod contra scientiam Dei extollitur, absumat. Cauterium adhibet iis, quibus lethali morbo membra depascuntur: & longe à communitate Ecclesiæ separat pestiferas affectiones. Inter ægrotantes est medicus: inter athletas, præmiorum distributor: inter adversantes, judex: inter iniquos vindex: pauperum curator efficitur, & viduarum provisor. Adversus tyrannos Rex est: & ad humiles, tamquam frater accedit. Peregrinis, ut familiaribus, occurrit: & inter orphanos, ut pater reperitur: ignoranterque maledicentibus, ut idiotam se exhibet. Hæc autem omnia præstat, quum unus idemque sit: quodcumque enim vult, hoc potest, omnibusque

busque utilia consulit. Propterea multæ sunt parabolæ: ideo quoque variæ virtutes: & in cunctis ipse idem, non diversus; sed sicut multarum chordarum lyra, diversimode omnibus sua commoda excogitat. Novi hominem, eundem medicum, & fabrum, ferrarium & ædium structorem, œconomum & agricolam, inspectorem & doctorem, argentarium & figulum, coquum & mercatorem, multasque alias artes callentem: verum in nulla earum artium quum versaretur, naturam amittebat. Quomodo igitur non multo magis Deus immutabilis erit; quamvis multa faciat, & diversa velit?

A puerum, à morte eripuit. Sed & ſicut rurſum Petrus Ananiam, & Saphiram ob furtum enecavit; ſic & Baſilius locum Petri obtinens, ejuſque pariter auctoritatem, libertatemque adeptus, Valentem ſuæ promiſſionis furem arguit, ejuſque filium morte multavit. Unde ingens animi dejectio, atque anxietas miſeros cepit, infidelemque illum Imperatorem.

B Quis porrò enarraturus eſt imbres miraculorum, quæ beatus & fidelis Baſilius exhibuit rebus ipſis? Quia ergo impotentes ſumus ad tot tantaque viri recte facta enarranda, omnibus ſilentio prætermiſſis, unum commemorantes oſtendamus, quo modo etiam ſensûs expertia virum iſtum ſocietate pugnæ adjuverint. Nam quum nihil non moverent genimina viperarum, quo juſtum è medio
C tollerent, à quo aſſiduè verbis ſimul ac miraculis tamquam telis feriebantur, acceſſerunt, petieruntque abripi eum atque exterminari. Gravis enim, inquiunt, ille nobis eſt, vel ſolum conſpectus. Etenim valde contrarius nobis eſt in ſermonibus; propterea fieri nequit, o Imperator, ut fides noſtra progreſſum capiat, ſi iſte adſit.

D Quorum ſermonibus inductus Imperator, ſuſcepit in exilium eum mittere: ſtatim verò calamus qui non ſuſtineret iniquo ſubſervire conſilio, ultro confractus eſt; inſipientem erudiens, quàm enorme facinus patrare vellet in ſervum Chriſti, unius in Patre, & Filio, & Spiritu ſancto divinitatis præconem, quique ita non ſentientes aut loquentes, tamquam canes rabidos ſapienter
E redarguebat. Quum autem non ſentiret is, in animo calamo inſenſibilior, filius revera erroris, ſecundum quoque ſumſit, ad ſubſcribendum, & ad finem imponendum malæ voluntati: verum hunc ſimiliter confringi vidit, nec pati velle communionem mali, quod ipſe facere nitebatur. Quid conaris, o Imperator, in peregrinam eum ejicere regionem, qui inhabitatorem habet univerſa complentem? Cur capere tentas nulli expugnabilem? Quare civitate pellis civem cœli? Nam ſi tertium quoque calamum ſumſeris, cernes contritum, nolentem, nec tibi cooperantem. Quod utique etiam contigit. Tunc aperte victoria à cunctis prædicata fuit, tum illuſtre trophæum invicti hominis, calami tres exſtiterunt, Trinitatem conſubſtantialem prædicanti patrocinantes. Manus ad proferendam ſententiam

F

tiam festinabat ; & calami eam injustam demostrarunt. Manus pravum calculum dare properabat; calami verò inane studium retinebant. Et sicut virga Moysis confudit omnes incantatores , reliquosque Ægypti maleficos ; ita calami subito destruxerunt consilium impiorum, ac filiorum tenebrarum.

Qua ratione tuam prædicabimus beatitudinem , o Pater Basili ? qui velut stimulo errorem pungis, & abigis, qui sagaciter proficisceris cum apibus , habitasque in prato divinitùs inspiratarum scripturarum , illincque nobis flores decerpis Propheticos , rorem Apostolicum , Evangelicam vitam ; qui semper insides virtutum alvearibus , unde divinum nobis conficis munimentum ; qui mel divinæ ac immaculatæ fidei sapienter in Spiritu sancto operaris , qui nos doces contemnere improbos fucos , & fidem in ipsum cœlum facere ; quippe clamas cum Davide , *dulcia eloquia tua faucibus meis sunt ; super mel ori meo.* Psal. 118.

O fidelis Basili, velut Abel susceptus es, velut Noe servatus , tamquam Abraham amicus Dei vocatus , tamquam Isaac victima Deo oblatus , ut Jacob tentationes fortiter sustulisti , & ut Joseph magnam gloriam adeptus es ; instar Moysis , secundum Pharaonem virgâ crucis demersisti , dum affectuum mare secas ; instar Aaronis summus sacerdos Domini declaratus es ; sicut Jesus filius Nave hostes in fugam vertisti : sicut Phinees zelo inflammatus , gratiâ dignus habitus es : sicut Esaias igne spiritali mundatus fuisti ; quasi Ezechiel , sedentem super Cherubim conspexisti : quasi Daniel ora leonum obturasti : & veluti tres pueri flammam adversariorum præclarè conculcasti : quemadmodum Petrus prædicasti : quemadmodum Paulus docuisti:quemadmodum Thomas Deum passum confessus es; in morem Matthæi, Marci , Lucæ , & Joannis , tu de rebus divinis differuisti, & more Apostolorum iniquos erudisti, impios convertisti, Deo fuisti gratus , & acceptus. Deprecare pro me admodum miserabili , & revoca me tuis intercessionibus , Pater ; fortis ignavum, sedulus segnem, alacris socordem , sapiens insipientem ; qui thesaurizasti tibi virtutum thesaurum , me omnis boni operis inopem. Te enim magnum effecit Pater misericordiarum , te beatificavit Filius Dei, te in templum sanctum instauravit Spiritus sanctus : Cui convenit gloria , imperium , magnificentia , in sæcula.

EJUS-

A ἔσπευδεν· καὶ κάλαμοι ἰώτιν ἄδικον ἀπέφηναντο. Ἡ χεὶρ ψῆφον πονηρὰν δοῦναι κατεπήγετο· καὶ κάλαμοι ἐπεῖχον τὴν σπουδὴν τὴν μάταιαν. Καὶ καθάπερ ἡ ῥάβδος Μωϋσέως κατήχησεν πάντας τοὺς ἐπαοιδοὺς, καὶ τοὺς λοιποὺς Φαρμακοὺς Αἰγύπτου· οὕτως καὶ οἱ κάλαμοι αὐθέως κατήργησαν τὴν βουλὴν τῶν ἀσεβῶν καὶ τὴν ὑφὴν τοῦ σκότους.

Πῶς σε μακαρίσωμεν, ὦ πάτερ Βασίλειε;
B ὁ τῷ κέντρῳ τὴν πλάνην νύττων καὶ ἀπελαύνων, ὁ ἀπαίρων σωφρόνως ἅμα ταῖς μελίτταις, καὶ σκηνῶν εἰς λειμῶνα τῶν θεοπνεύστων γραφῶν, κἀκεῖθεν ἡμῖν ἀνθολογῶν ἄνθη Προφητικὰ, δρόσον Ἀποστολικὴν, ζωὴν Εὐαγγελικήν· ὁ ἀεὶ ἐνιζάνων τοῖς σώμασι τῶν ἀρετῶν, καὶ ἐξ αὐτῶν τὴν θείαν ἡμῖν ποιούμενος συμβολήν. ὁ τὸ μέλι τῆς θείας καὶ ἀμωμήτου πίστεως σοφῶς
C ἐργασάμενος ἐν Πνεύματι ἁγίῳ· ὁ τῶν πονηρῶν σφηκῶν καταφρονεῖν διδάσκων ἡμᾶς, καὶ τὴν πίστιν ποιεῖσθαι εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανόν. ὁ βοήσας ὡς Δαβίδ. Γλυκέα τὰ λόγιά σου τῷ λάρυγγί μου εἰσίν. ὑπὲρ μέλι τῷ στόματί μου.

Ὦ πιστὲ Βασίλειε, ὡς Ἄβελ προσεδέχθης, ὡς Νῶε διεσώθης, ὡς Ἀβραὰμ φίλος Θεοῦ ἐκλήθης, ὡς Ἰσαὰκ θυσία τῷ Θεῷ προσ-
D ηνέχθης· ὡς Ἰακὼβ πειρασμοὺς γενναίως ὑπέμεινας, καὶ καθὼς Ἰωσὴφ μεγάλως ἐδοξάσθης· ὡς Μωϋσῆς τὸν δεύτερον Φαραὼ ἐβύθισας τῇ ῥάβδῳ τοῦ σταυροῦ, θάλασσαν παθῶν πεμφθέν. ὡς Ἀαρὼν Κυρίου ἀρχιερεὺς ἀνεδείχθης· ὡς ὁ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυὴ τοὺς ἐχθροὺς ἐτροπώσω, ὡς Φινεὲς ζηλώσας χάριτος ἠξιώθης, ὡς Ἡσαΐας πυρὶ νοητῷ ἐκαθαρίσθης, ὡς Ἰεζεκιὴλ τὸν ὑπὲρ τῶν Χερουβὶμ καθήμενον ἐθεώρησας, ὡς Δανιὴλ στόματα λεόντων
E ἐφίμωσας, καὶ ὥσπερ οἱ τρεῖς παῖδες τῶν ἐναντίων τὴν φλόγα καλῶς κατεπάτησας· ὡς Πέτρος ἐκήρυξας, ὡς Παῦλος ἐδίδαξας, ὡς Θωμᾶς τὸν παθόντα Θεὸν ὡμολόγησας. ὡς Ματθαῖος, καὶ Μάρκος, καὶ Λουκᾶς, καὶ Ἰωάννης, σὺ ἐθεολόγησας· καὶ ὡς οἱ Ἀπόστολοι ἀνόμους ἐδίδαξας, ἀσεβεῖς ἐπέστρεψας, Θεῷ
F εὐηρέστησας. Πρέσβευε ὑπὲρ ἐμοῦ τοῦ σφόδρα ἐλεεινοῦ, καὶ ἀνακάλεσαί με ταῖς πρεσβείαις σου, Πάτερ· ὁ ἀνδρεῖος τὸν χαῦνον, ὁ σπουδαῖος τὸν ὀκνηρὸν, ὁ θυμὸς τὸν ῥάθυμον, ὁ σοφὸς τὸν ἄφρονα· ὁ θησαυρίσας ἑαυτῷ θησαυροὺς ἀρετῶν, ἐμὲ τὸν ἀκτήμονα παντὸς καταθύματος. Σὲ γὰρ ἐμεγάλυνεν ὁ Πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν, καὶ σε ἐμακάρισεν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, σὲ ναὸν ἅγιον ἀνεκαίνισεν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. ᾧ πρέπει δόξα, κράτος, μεγαλοπρέπεια, εἰς τοὺς αἰῶνας.

ΛΟΓΟΣ

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΓΥΝΑΙΚΑ ΤΗΝ ΑΜΑΡΤΩΛΟΝ, ΤΗΝ ΑΛΕΙΨΑΣΑΝ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΜΥΡΩ.

A EJUSDEM SERMO IN MULIEREM PECCATRICEM, QUÆ UNGUENTO DOMINUM UNXIT.

Πολλῶν ὄντων ὁσίων καὶ ἀξίων τοῦ Θεοῦ, ἀνυμνούντων εὐσεβῶς τὸ ἄχραντον Δεσπότην, ἠξιώθην κἀγὼ, ἀνάξιος ὑπάρχων, σὺν αὐτοῖς δοξολογεῖν ἐν χάριτι πίστεως. Οὐ γὰρ ποιεῖ πώποτε ἀπόβλητον ἡ χάρις οὐδένα τῶν ἀνθρώπων τῶν θελόντων σωθῆναι. Καθάπερ γὰρ ἡ πηγὴ ἡ βλύζουσα ἀπαύστως τὰ ῥεῖθρα τὰ καθαρὰ καὶ πολλὰ νάματα, οὐδέποτε κωλύει τὸν ποθοῦντα δαψιλῶς ἀπολαύειν καθαρῶν ὑδάτων τῆς δωρεᾶς· οὕτως ἡ Θεία χάρις ἥπλωσε τοῖς ἅπασιν ἀπολαύειν ἕκαστον, καθ' ὅτι δ' ἂν βάληται. Ἡνίκα γὰρ ὁ Σωτὴρ ἐν τοῖς εὐαγγελίοις τῇ Θείᾳ αὐτοῦ φωνῇ καλεῖ τοὺς ἅπαντας· εἴ τις διψᾷ, φησὶν, ἐρχέσθω πρὸς μὲ, καὶ πινέτω. μὴ ἀφορίλας ὅλως πτωχὸν ἀπὸ πλουσίου. Ἔνεκα τούτου κἀγὼ, ἀνάξιος τυγχάνων, ἐθρασύνθην μέτοχος τῇ αὐτοῦ χάριτι. Ἀνυμνεῖν ἐπόθησα ἀναιδῶς ἐν δάκρυσιν, ὅπως λάβοιμι κἀγὼ ἁμαρτημάτων ἄφεσιν· καθάπερ κἀκείνη ἡ ἁμαρτωλὸς γυνὴ, εἰσελθοῦσα ἀναιδῶς ἐν θερμότητι ψυχῆς εἰς τὸ τερπνὸν ἐκεῖνον οἶκον. ἔστι δὲ, ἔνθα ὁ συγχωρητὴς ὀφλημάτων ἔκειτο.

Καταννοῶ, καὶ πλείστην προθυμίαν λαμβάνω, ἄγαν ἀναιδέστατος γενέσθαι εἰς αἴτησιν. Ὁρῶ γὰρ ὑπερβολὴν θερμοπάτης ψυχῆς, καὶ μεγίστην ἐκείνην καὶ καλὴν ἀναίδειαν. Δεῦτε οἱ ἀκροαταὶ, φιλόχριστοι, τέλειοι, καὶ κατατρυφήσατε ἐν καλῇ διηγήσει τῆς μεγάλης ἐκείνης καὶ θαυμαστῆς γυναικὸς, τῆς καλύσης καθ' ὥραν εἰς θέαν ἁγιώτατον. Θέαν δέ φημι ἐγὼ, ἐκεῖνο τὸ θέατρον, ὃ γυνὴ συνεστήσατο ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις. Πῶς εἰσῆλθε προφανῶς, μὴ κληθεῖσα παντελῶς. Πῶς ὅ καὶ προσήνεγκεν αὐτῷ ἀναπεπτωκότι, πάντα ἀναγγέλλουσα τὰ τῆς καρδίας αὐτῆς, δίχα ἤχου καὶ φθογγῆς πάντα ἀναθεῖσα; Εἶδες ὑπερβάλλουσαν ψυχῆς ἐπιθυμίαν, πῶς περιετύχησεν ἑαυτῇ ἀναίδειαν; Οὐ θόρυβον οἰκείων ἡ γενναία ἔπτηξεν, ὅτε πρεσβυτέρων σκληρὰν ἐπετίμησιν. τοῦτο λογιζομένη, ὅτι ἐὰν μὴ χαλκοῦν ὅλον μου τὸ πρόσωπον ποιήσω ἀναίσχυντον, σιδηροῦν τε καὶ χαλκοῦν, σωθῆναι οὐ δύναμαι ἐκ τῆς αἰσχρᾶς πλημμύρας τῆς ἐμῆς ἀσελγείας. Καταφρονήσω ῥοπὴν ἔμπροσθεν ἀνθρώπων, εἰς θεὸν δεχομένη

Tom. II.

Inter multos viros ſanctos ac dignos Dei, qui pie atque religioſe laudant prædicantque immaculatum Dominum, dignus & ego ſum habitus, licet indignus, qui cum eis, gratia ac dono fidei, laudibus Deum concelebrem. Nunquam enim gratia quemquam rejicit hominum ſalvari cupientium. Nam quemadmodum fons ſine intermiſſione ſcaturiens atque effundens pura fluenta varioſque latices, nunquam aliquem impedit affatim ex mundis ac limpidis ſuis aquis reſici, ac quidem gratis, cupientem: ſic & divina gratia omnibus expoſita eſt ac patet ſemper ea frui volentibus, & unicuique quantum voluerit. Quando enim Salvator in Evangeliis divina ſua voce omnes invitabat, dicens: *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat*: non diſtinxit omnino pauperem a divite, neque peccatorem à juſto. Quapropter & ego, quamvis indignus, particeps ejuſdem factus ſum gratiæ, eamque libere audacterque etiam cum lacrymis collaudare aggredior, ut & ego remiſſionem peccatorum accipiam; ſicut mulier illa peccatrix, quæ intrepide ingreſſa eſt in fervore animæ in jucundam ac delectabilem illam domum, ubi indultor debitorum recumbebat. *Joann. 7.* *Luc. 7.*

Conſidero iſta, & maximam alacritatem capio, ut & ego impudentiſſimus in petitione reddar. Cerno enim fervoris animæ illius magnitudinem atque exceſſum, & ſummam illam atque honeſtam inverecundiam: Adeſte igitur auſcultatores, Chriſto dilecti, atque perfecti: & voluptatem ex hac pulcra narratione magnæ illius atque ſuſpiciendæ mulieris capite, quæ ſingulis nos horis ad divinam hanc expoſitionem conviviumque invitat. Divinum porro hic dico ſpectaculum illud, in quo mulier cum Angelis & hominibus convivata eſt. Sed quomodo palam ingreſſa eſt, quæ prorſus vocata non erat? Et quo pacto ad diſcumbentem acceſſit, cuncta cordis ſui arcana enuncians, omniaque ipſi abſque ſono & voce exponens? Vides eminentem animæ promtitudinem & deſiderium, & quo pacto in ſua ſeipſam circummunivit inverecundia? Non domeſticorum tumultum virilis atque generoſa mulier timuit, neque duram adſtantium increpationem: unum hoc ſecum cogitans, dicenſque: quod, ſi vultum meum, ferri ac æris inſtar, durum inverecundumque non reddidero, ſalvari ex turpi inundatione laſciviæ meæ nequibo. Contemnam momentaneas hominum

irrisiones, & convicia contumeliasque eorum pro nihilo putabo; hoc tempus exiguum honestæ est impudentiæ; plurisque mihi faciendum est illo, quando adhuc indecentem illam meam impudentiam exercebam. Tunc enim impudenter in biviis consistens, omnes ad opus absurdum illicitumque advocabam: vestimentisque jucundis ac speciosis ornata, obviam omnibus procedens, capillos meos certo numero complicabam, & supra maxillas collustrans, ad deceptionem aliorum formabam, ut omnem adolescentem compositum ac speciosum ad meipsam pertraherem. Laqueus Diaboli jam plane effecta eram, animas captans atque deprædans in judicium æternum. Nunc igitur conandum est mihi, ut celeriter vadam ac curer, & bona pro malis commissis agam. Nunc hinc abiens, magno procidam medico, qui omnes suscipit, & neminen spernit. Dicam ipsi omnia quæ corpore meo ad juvenum deceptionem egi: & pulchros meos capillorum nexus in oblectationem ac scandalum multorum renidentes, jam explicabo & lintei loco adhibebo: palpebrasque meas turpiter annuere solitas, cum pupillis oculorum, in fontes lacrymarum convertam: & deinceps vestigia sanctissimi medici vigilanter persequar, ut ipsi procidam.

Hoc autem bonum propositum quum haberet admirabilis illa mulier, tempus observabat, quo posset vehementissimum animæ suæ desiderium explere, & pedes Domini ferventer complecti. Cognoscens porro, quod Simon unus ex Pharisæis invitasset Salvatorem, summopere exultavit: & currens abiit magno animi ardore ad quemdam aromatarium, ut alabastrum unguenti coëmeret: atque inter eundum ajebat intra se: Ubinam reperire & accipere potero unguentum selectum, ac magno & sancto medico dignum, ut illud una cum meis lacrymis suscipiat? Dabo largissimum pretium, ut optato fine meo potiar: ipsumque aromatarium indesinenter interpellabo, aut potius conjurabo in nomine Dei sanctorum Patrum, in quem ipsi credunt, ut det mihi unguentum regium electum, ad honorem medici, largo a me accepto pretio. Quum autem ad quendam jam adventaret aromatariorum, dixit ad eum læte ac hilare. Pax tibi, aromatarie: unguentum selectum quæro, regale ac pretiosum, cui nullum unquam inventum fuerit simile: quem enim diligo, major est omnibus, & non est alius, qui cum illo conferri possit. Respondens autem aromatarius, dixit ad eam. O mulier, magnifica atque superba satis protulisti verba. Quis te non novit in biviis civitatis, magnam amatorum habere

Luc. 7.

A μὴν πὰς ὕβρεις πὰς πρ' αὐτῆς. Οὗτος καιρὸς ἐλάσσων τ καλῆς ἀναιδείας, ὑπὲρ καιρὸν ἐκεῖνον ἐμῆς ἀναισχυντίας. Τότε γὰρ ἀναίσχυντος ἐν ἀμφόδοις ἑστῶσα πάντας προσεκαλούμην εἰς ἔργον ἀτοπίας, ἐν τε καλλωπίσμασιν ἀσχροῖς σωαντῶσα πᾶσιν, πὰς τρίχας ἐν ἀριθμῷ πλέκουσα, καὶ σίλβουσα ἐπάνω τ προσώπων, εἰς ἀπάτλω τυπῶσα, ὅπως παννεανίαν δυήσῃ καὶ ὡραῖον ἐλ-
B κύσω πρὸς ἑαυτλὴ. Παγὶς διαβολικὴ ἐγενόμλω τελείως, ἀγρεύουσα πὰς ψυχὰς εἰς κρίσιν αἰώνιον. Νῦν οὖν σπουδάσαι ὄφειλον ταχὺ ἰατρευθῆναι, καλὰ ἀντιπράξαι ἀντ' ἐκείνων τῶν κακῶν. Πορευθεῖσα προσπέσω τῷ μεγάλῳ Ἰατρῷ τῷ δεχομένῳ πάντας, κ μὴ ἐξουθενηθῶλι. εἴπω αὐτῷ πάντα, ὅσα ἐγὼ ἔπραξα ἐν τῷ ἐμῷ σώματι, εἰς ἀπάτλω τῶν νέων. κ
C τὰς καλάς μου πλοκάμους, τὰς σιλβωθέντας εἰς τρέψιν, κ σκάνδαλον πολλῶν, ποιήσω λέντιον ἔτι προμάζιον, κ τὰ ἐμὰ βλέφαρα, τὰ ἀσχρῶς διανυσσανται σὺν ταῖς κόραις τῶν ὀφθαλμῶν, θήσω ῥεῖθρα δακρύων. Καὶ λοιπὸν τοῖς ἴχνεσι τῦ ἁγίου Ἰατροῦ, ἕπομαι νηφαλαίως, ἵνα αὐτῷ προσπέσω.

Ταύτλω δ' τ προθέσιν ἔχον τὸ γύναιον ἐκεῖνο τὸ θαυμαστὸν, τ καιρὸν παρετήρει, ἔχου-
D σα ἐν τῇ ψυχῇ σφοδροπάτλω πρόθεσιν σφιπτύξαλ σφοδρῶς τοὺς πόδας τ Κυρίου. Γνοῦσα δ ὅτι Σίμων, εἷς ὢν τῶν Φαρισαίων, κέκληκεν τ Σωτῆρα, ἠγαλλιᾶτο μεγάλως· καὶ δραμοῦσα ἐν πολλῇ θερμότητι πρός τινα τῶν μυρεψῶν πριάλῃ ἀλάβαστρον. Καὶ δὴ πορδομῷ ἔλεγλε ἐν ἑαυτῇ· Ἆρα ποῦ δυνήσωμαι λαβεῖν
E μύρον ἐκλεκτὸν, ἄξιον τ ἁγίου καὶ μεγάλου Ἰατροῦ, ὅπως δεχθησάμλος σὺν τοῖς ἐμοῖς δάκρυσιν, δώσω τιμὰς δαψιλὰς, ἵνα τύχω τῆς σκοπῆς. Καὶ αὐτὸν τ μυρεψὸν καπακρίνω ἀφειδῶς, μᾶλλον δ ὁρκῶ αὐτὸν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ τ Θεοῦ ἁγίων πατέρων, ὡς αὐτοὶ πιστεύουσιν, ὅπως δώσῃ μοι μύρον βασιλικὸν ἐκλεκτὸν, εἰς τιμλὴ τῦ Ἰατροῦ, λαβὼν τιμὰς δαψιλῶς. Παραγε-
F νομένη δ πρός τινα τῶν μυρεψῶν, ἔφη αὐτῷ ἱλαρῶς· εἰρήνη σοι μυρεψέ, μύρον ἐκλεκτὸν ζητῶ βασιλικὸν τίμιον, ὅπως τὸ ἴσον αὐτοῦ μὴ ἀνεθῇ πώποτε. ὃν γὰρ ἀγαπῶ, αὐτὸς μείζων πάντων ὑπάρχει, κ οὐκ ἔστιν ἑτέρῳ συγκαθῆναι αὐτόν. Ἀποκριθεὶς δ αὐτῇ ὁ μυρεψὸς, ἔφη· Ὦ γύναι, ὑπέρογκα ἐλάλησας ῥήματα. Τίς σε οὐκ ἔγνω ἐν ἀμφόδοις πόλεως, ἔχουσαν ἐν πόλει πλῆθος πολὺ ἐραστῶν; Τίνι ἐν πάντων

πάντων αὐτῶν βάλει σὺ, γύναιον, προσενέγκαι τὸ μύρον βασιλικὸν ἐκλεκτόν; Τί δύναται ἐκεῖνος σοὶ δοῦναι ἀντὶ τοῦ μύρου, ὅτι τιμῆς τηλικαύτης ἀγοράσαι βάλει; Πωλῆσαι θέλω κἀγώ. ὅμως ἤθελον μαθεῖν, τίνι αὐτὸ ἄγῃς ἐν ταυδῇ καὶ θορύβῳ. Μὴ βασιλικῷ τυγχάνει τινὸς τῶν μεγιστάνων; Ἐν οἷς τοῖς βασιλεῦσιν, ὑπερέχων τοῦ Δαβὶδ οὐκ ἀνέστη ἕτερος βασιλεὺς ἐν Ἰσραὴλ. μὴ γάρ ἐστιν ὁ νέος σου ἐραστής; Ὦ γύναιον, λέγε μοι. βούλομαι γὰρ πεῖσθαι. ἡ γὰρ τιμὴ θαυμαστή, καὶ αὕτη σου ἡ ταυδὴ εἰς ἔκστασίν με φέρει, ὅτι τίς ἐστιν οὗτος;

Τότε ἡ θαυμαστὴ γυνὴ ἀπεκρίνατο τῷ θορύβῳ τῆς ψυχῆς, λέγουσα τῷ μυρεψῷ· Τὸν Θεὸν τῶν πατέρων φοβήθητι, ἄνθρωπε· δός μοι τὸ ἀλάβαστρον, ὅπως φθάσω ἐν τάχει. Τὸν Θεὸν, τὸν δόσαντα τηλικαύτην δύναμιν ἐν τῇ χειρὶ Μωϋσέως ῥάβδῳ χίσαι τὰ ὕδατα θαλάσσης, καὶ στῆσαι αὐτὰ ὡς πέτρας ἀκροτόμους, καὶ πεζεῦσαι τὸν λαὸν ἐν ξηρῷ κονιορτῷ. ὁρκῶ σε, νεανίσκε, ἐν ἁγίοις ὀστέοις, οἷς ἐβάστασε Μωϋσῆς ἐν κοιλάδι θαλάσσης, λέγω δὴ τὰ λείψανα τοῦ ἀθλητοῦ Ἰωσήφ; τοῦ νικήσαντος προφανῶς ἀσπίδα ἐν σπηλαίῳ. ὁρκῶ σε, νεανίσκε, ἐν φωνῇ ἁγίᾳ τῇ λαλησάσῃ τῷ Μωϋσῇ ἐν φλογὶ καιομένῃ καὶ βάτῳ μὴ καιομένῃ. ὁρκῶ σε, νεανίσκε, τὸν δόσαντα ἔκλαμψιν εἰς πρόσωπον Μωϋσέως ἐν τῷ ὄρει, μὴ βλαβησόμενος τῇ δόξῃ. ὁρκῶ σε, νεανίσκε, τὴν ἁγίαν κιβωτὸν τῇ σῇσαι τὰ ῥεῖθρα τοῦ Ἰορδάνου ποταμοῦ εἰς ἔκλειψιν τελείαν. ὁρκῶ σε, νεανίσκε, ἐν δυνάμει ἁγίᾳ, ῥηξάσῃ ἑπτὰ τείχη, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, πόλεως Ἰερειχῶ. ἐν χερσὶν ἁγίαις Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ, ἀρθεὶς ἐν τῷ ὕψει τοῦ ἀέρος, καὶ στήσας ἐν λόγῳ τὸν δρόμον τῶν στοιχείων, ὡς γενέσθαι μίαν δύο ἡμέρας ὁμοῦ. Ἰδὲ, πόσα σοι εἶπον, τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν ἁγίων πάντων ὑπακουσάντων αὐτῷ, δός μοι λοιπὸν τὸ μύρον, καὶ λαβὲ ὅσας βούλει τιμὰς τοῦ ἀλαβάστρου. μόνον ἐκλεκτόν μοι δός, καὶ ἀπόλυσόν με, ὅπως εἴδω ἐν τάχει τὸν μέγαν ποθούμενον ἐραστήν μου ἄχραντον.

Πάλιν ἀπεκρίνατο ὁ μυρεψὸς τῇ γυναικί. θεωρῶ θαυμασίας τιμὴν τοῦ ἀλαβάστρου. Τί, φησὶ, βλάπτῃ γύναι, ἐὰν εἴπῃς μοι περὶ τοῦ ἐραστοῦ, ὃν νῦν πόθῳ ἐκτήσω. εἰς πόθος με ἤγαγεν ἰδεῖν αὐτὸν, ὦ γύναι. καὶ

A bere frequentiam? Et cui ex his omnibus plane cupis, o mulier, deferre unguentum hoc regale atque electum? Quidnam ille tibi præbere poterit pro unguento, quod tanto vis comparare pretio? Etiam ego tibi vendere volo; discere tamen ex te prius cuperem, cui illud tanto studio, atque animi perturbatione deferas? Nunquid regiæ progeniei atque familiæ est tuus ille amator? aut alicujus ex primatibus filius? Vel etiam præstans atque excellens quispiam stirpis Davidicæ: quo quidem Rege major in Israël non reperitur alius. Anne ex illius est genere juvenis ille tuus amicus? O mulier, dic mihi: volo enim ex te audire. Siquidem largum unguenti istius pretium, ipsumque tuum studium in exstasim ac stuporem animi me rapiunt, quisnam sit ille talis tuus amicus.

Tunc admiranda illa mulier animo conturbata, respondit aromatario dicens. Deum patrum time, o homo, & alabastrum unguenti mihi præbe, ut cito assequar quod efficere contendo. Adjuro te per Deum, qui tantam dedit potentiam in manu Moysis, ut virga divideret aquas maris, & firmaret eas ut petram durissimam, traduceretque populum in sicco pulvere. Adjuro te, o adolescens, per sancta ossa, quæ tulit Moyses, in valle maris secum: reliquias, inquam, Joseph athletæ, qui aspidem in spelunca devicerat. Adjuro te, o adolescens, per vocem sanctam, quæ loquuta fuit Moysi in flamma ardenti, & rubo qui non absumebatur. Adjuro te, o adolescens, per eum, qui splendorem dedit in facie Moysis in monte, & gloriam ostendit inaccessibilem. Adjuro te, adolescens, per Arcam sanctam, quæ firmavit fluenta Jordanis in defectione perfecta. Adjuro te, adolescens, per virtutem sanctam, quæ in ictu oculi septem effregit muros civitatis Hjericho, per manus sanctas Jesu filii Nave, extensas in sublimitate aëris, qui solo verbo cursum elementorum firmavit, ita ut ex duobus diebus unus fieret. Si porro quæcumque tibi recensui, nomen, inquam, Dei, & sanctorum omnium, qui grati acceptique ei fuerunt, religiose colis & venearis; præbe mihi deinceps unguentum, & cape quodcumque volueris pretium a me alabastri: solum pretiosum atque electum mihi porrige, & me jam dimitte, ut cito videam magnum & desideratum meum amatorem immaculatum.

Exod. 14.

Genes. 50.

Genes. 39.

Exod. 3.

Exod. 34.

Josue 3. 4. 5. 6. 10.

Rursusque unguentarius mulieri respondit. Conspicio largitatem pretii alabastri: sed quid, inquit, obesse poterit, o mulier, si & mihi de amatore illo tuo dixeris, quem nunc tanto talique amore ac desiderio tibi acquisivisti? Nam & me desiderio videndi

ipsum, mulier, affeciſti; & quod petis unguentum, tibi dare nequeo, niſi mihi, quiſnam ille ſit, recenſueris.

Quid me ita urges & cogis, inquit mulier: ſic inquam accurate perquirendo, quæ diſcere non licet? Flagrat anima mea, & inardeſcit cor meum. Quando tandem ipſum adſpiciam, ut gaudio me repleat? Time Dominum purum & immaculatum, o homo, & me jam bono reſponſo recrea. Time Deum ſanctum, o homo, qui Abraham vocavit, & filium ejus Iſaac glorificavit, & Jacob Iſraël vocavit & Patriarcham in duodecim tribubus poſuit. Time Deum, o homo, qui Annæ Samuelem dedit, cum dolore oranti & in afflictione cordis. Time juſtum Deum, o homo, qui agnam Suſannam de fæviſſimis lupis liberavit. Crede mihi ac morem gere, adoleſcens, & alabaſtrum da regale atque electum, ſicut jam ante dixi. Si enim ſcires, o homo, flammam cordis mei, ipſe ſane feſtinares hinc me dimittere.

Gen. 17.22. 32. 1. Reg. 1. Daniel. 13.

At pharmacopola rurſus ad eam. Interrogare, inquit, te volo de alabaſtro. Auſculta o mulier: multis me conjuraſti & condemnaſti, ut tradam tibi unguentum: & ego te frequens rogavi, ut diceres: numquid omnibus ſuperior atque ſublimior ille eſt hominibus, & non eſt eo ſuper terram ſpecioſior aliis, quod ita pulchritudine illius vulnerata ſis, ut unguentum electum ſpecioſo illi deferre velis? Nunquid ex progenie eſt Davidis regis juſti? aut magni Abraham amici Altiſſimi? Dic jam ergo mihi, quis ille ſit, quod tanto ſtudio atque deſiderio tenearis videndi pulchritudinem ejus?

Tunc reſpondens mulier ait aromatario. Quid ita me cogis recenſere tibi arcana mea? non ut tecum diſputarem, ſed unguentum abs te compararem, veni. Time Deum immaculatum, o homo, & miſerere mei, & cito dimitte me, ut ſtudioſe magno amatori meo caſteque occurram, eique alabaſtrum offeram. Quocirca ne moram mihi nectas, ut non auctor æterni mihi doloris fias, tali tantoque theſauro orbatæ.

Ad quam denuo unguentarius: niſi, inquit, aliqua labores invidia, patefacito mihi illum tuum benefactorem; ut & ego promte libenterque eum amplectens, præbeam tibi quod a me depoſcis regale unguentum: quin etiam me tam bonæ expectationis tuæ, ut puto, adjutorem ſociumque invenies.

Cernens igitur mulier magnam aromatarii inquiſitionem verborum ad ipſam factorum, vehementer ſtudium atque diligentiam ejus admirata eſt, quod tanto deſiderio cognoſcere illum contenderet, & deinceps reſpondit, ac dixit. Neminem ut arbitror, in ci-

A ὁ δύναμαι δοῦναι, εἰ μὴ εἴπῃς μοι τίς ὅστιν.

Ἡ δὲ πρὸς αὐτόν· τί με βιάζῃ ὕτως ἀκριβῶς ἐπερωτᾷν, ἀφ' οὗ οὐκ ἔξεστι; Φλέγεταί μου ἡ ψυχὴ· καίεταί μου ἡ καρδία. Πότε αὐτὸν ὄψομαι, καὶ ἐμπλήσῃ με χαρᾶς; Φοβήθητι, ἄνθρωπε, τὸν ἄχραντον Δεσπότην, καὶ ἀνάψυξόν με ἐν καλῇ ἀποκρίσει. Φοβήθητι, ἄνθρωπε, τὸν Θεὸν τὸν ἅγιον, τὸν Ἀβραὰμ καλέσαντα, καὶ τὸν αὐτοῦ υἱὸν Ἰσαὰκ δοξάσαντα, καὶ Ἰακὼβ Ἰσραὴλ καλέσαντα, πατριάρχην θέμενον εἰς
B πὰς δώδεκα φυλάς. Φοβήθητι, ἄνθρωπε, τὸν Θεὸν τὸν δόσαντα Ἄννᾳ τὸν Σαμουὴλ, πόνῳ προσευχαμένῃ ἐν τῇ θλίψει τῆς ψυχῆς. φοβήθητι, ἄνθρωπε, τὸν δίκαιον Θεὸν, τὸν ῥυσάμενον τὴν ἀμνάδα Σουσάνναν ἐκ λύκων δεινοτάτων. Πείσθητι, νεανίσκε, καὶ δός μοι τὸ ἀλάβαστρον βασιλικὸν ἐκλεκτὸν, καθὼς ἤδη προεῖπον. Εἰ ἴδῃς, ὦ ἄνθρωπε, φλόγα τῆς ἐμῆς καρδίας,
C αὐτὸς ἂν κατέσπευσας ἐκπέμψαι με ἐντεῦθεν.

Πάλιν ὁ μυρεψὸς πρὸς αὐτὴν ἐφθέγξατο, πύθεσθαι βουλόμενος περὶ τοῦ ἀλαβάστρου. ἄκουε, ὦ γύναι, πολλά με καθώρκισας, ὡσαύτως κατέκρινας. ὅπως δώσω τὸ μύρον. κἀγὼ ὁ πολλάκις ἠξίωσά σε εἰπεῖν. Μὴ ἀνώτερός ἐστι πάντων ἀνθρώπων; καὶ οὐκ ἔστιν ἐπὶ γῆς ὡραιότερος αὐτοῦ; ὅτι ὕτως ἐτρώθης εἰς τὸ
D κάλλος ἐκείνου, ὥστε μύρον ἐκλεκτὸν ἀπαγαγεῖν τῷ ὡραίῳ. Μὴ γνήσιός ἐστι τοῦ Δαβὶδ; δικαίου βασιλέως; ἢ τοῦ μεγάλου Ἀβραάμ, τοῦ φίλου τοῦ Ὑψίστου; Τίς ὅστιν, εἰπέ μοι. ἵνατί ὕτως πέφλοχας ἐν ταυτῇ θεάσασθαι τὴν ὡραιότητα αὐτοῦ.

Ἀπεκρίθη ἡ γυνὴ, καὶ εἶπε τῷ μυρεψῷ. Τί ὕτως βιάζῃ με εἰπεῖν σοι τὰ κρυπτά μου; μύρον ἦλθον ὠνήσασθαι, οὐχὶ ὑμᾶς ἀφελεσθῆναι. Φοβήθητι, ἄνθρω-
E πε, τὸν Θεὸν τὸν ἄχραντον, καὶ ἐλέησόν με, καὶ ἀπόλυσόν με ταχύ, ὅπως φθάσω ἐν ταύτῃ τὸν μέγαν μου ἐραστὴν ἐν πάσῃ σεμνότητι, δοῦναι τὸ ἀλάβαστρον. μὴ βράδυνε ἄνθρωπε. μὴ παραίτιός μοι γένῃ λύπης αἰωνίας τοιούτου θηραυρῶ στερηθήσῃ.

Ἔφη αὐτῇ ὁ μυρεψός. εἰ μή τις σοι δοκεῖ φθόνος συνεῖναι· φανέρωσόν μοι τὸν εὐεργέτην σου. ὅπερ κἀγὼ προθύμως ἀσμενίσας παράσχω σοι ὅπερ ζη-
F τεῖς βασιλικὸν μύρον. καὶ μὴν δὲ καὶ τῆς ἀγαθῆς σου προσδοκίας ὡς οἶμαι συνεργόν μου εὑρήσεις.

Ἰδοῦσα οὖν ἡ γυνὴ τὸν μυρεψὸν τοῖς λόγοις ἐξέπασιν πρὸς αὐτὴν χωμῳδοῦντα, ἐθαύμασε μεγάλως περὶ τῆς σοφίας αὐτοῦ, πῶς ὅλως μὴ πόθου ἠριθμήσατο μαθεῖν. Λοιπὸν ἀπεκρίνατο τῷ μυρεψῷ, λέγουσα· ὡς γε οἶμαι, ὀλίγα λανθάνει ἐν τῇ πόλει, ὅσα ἐγὼ ἔπραξα, μιαίνουσα καθ' ὥραν ἑαυτὴν ἐν πορνείαις, καὶ

καὶ ἄλλος θηρεύουσα εἰς αὐτὸν τὸν μιασμόν. Εἶδον ὃ ἀφνίδιον τὸν ἅγιον ἐκεῖνον, τὸν φανέντα ἐπὶ γῆς Ἰατρὸν καὶ Σωτῆρα. καὶ αὐτίκα ἡ ψυχή μου ἀκμάλωτος γέγονεν ὀπίσω τῆ ἀκρὰντου ὡραιότητος αὐτοῦ. Εἶδον γὰρ τοῖς ὀφθαλμοῖς μου ἰάματα φοβερὰ, σημεῖα ἀνείκαστα, καὶ πολλὴν συμπάθειαν ἐν αὐτῷ. Ἁμαρτωλὸς δέχεται, τελώναις προσεγγίζει, λεπροὺς οὐκ ἀποβάλλει, ἀσεβεῖς δὲ διώκει. ἀλλὰ πάντας ὁμοῦ ἐν οἰκτιρμοῖς δέχεται, καὶ μὴ ὀργιζόμενος τοῖς αὐτῷ προσεγγίζουσιν. Ἰδοῦσα δὲ ἔξέπην, καὶ εἶπον ἐν ἑαυτῇ· τί ζῶ ἐγὼ ἡ ἀθλία, εἰ μὴ αὐτῷ ἐγγίσω; αἱ ἁμαρτίαι μου, πολλαὶ ὡσαύτως ἀσέλγειαι, σηπεδὼν ὁ μεγάλη. Χαλᾶν τίνος ἀμελῶ; Ἄλλον ποῦτον καιρὸν οὐκ ἔχω εὑρεῖν, ὅτε ἄλλον ἰατρὸν ποῦτον φιλάνθρωπον. Ἐγὼ οὕτως πέπεισμαι, ὅτι Θεὸς ὑπάρχει οὗτος, φανόμενος μέγας ἐξουσιαστής. Λόγῳ πάντα κελεύει, λόγῳ πάντας ἰᾶται. ἁμαρτίας συγχωρεῖ ἐν πάσῃ ἐξουσίᾳ. Τοιοῦτον καιρὸν εὑροῦσα, καὶ ποῦτον Ἰατρὸν, οὐκ ὤφειλον ῥαθυμεῖν τῆ ἐμῆς ἰάσεως. Τούτου ἕνεκα σπεύδω τὰ ἐμφυῆ ὀφθαλμάτων δοῦναι τὸ γραμματεῖον ἀγαθῷ Συγχωρητῇ. Οἶδα ὅτι ἥμαρτον ὑπὲρ μέτρον καὶ λόγον, καὶ οὐκ ἔστιν εἰπάσαι τὰ ἐμὰ ἀσέλγειαν· ἀλλὰ τῇ ἀπροσπαθείᾳ τοῦ αὐτοῦ ὑπερλαγχνίας, ὡς ταγὼν αὐτῷ, εἰσὶν πᾶσαί μου αἱ ἀνομίαι. Οἶδα σαφῶς ὅτι μόνον ἐγγίσω, λύθησομαι, καὶ πασῶν ἁμαρτιῶν καὶ κακῶν ἀνομιῶν, φυγαδεύσας ἀπ' ἐμοῦ πᾶν ἔργον ἀτοπίας. διότι ὑράνιος, καὶ ἅγιος ὑπάρχει. Ἰδοὺ οὖν, νεανίσκε, εἶπόν σοι πάντα τὰ κρυπτὰ τῆς ἐμῆς καρδίας· δός μοι λοιπὸν τὸ μύρον. ἱκανὴ ὥρα ἐστὶν ἀφ' ἧς ἐμποδίζεις με, μαθεῖν τίνι μύρον ἀπάγω.

Ταῦτα πάντα ἀκούσας ἡδέως ὁ μυρεψὸς, ἔφη πρὸς τὴν γυναῖκα ἐν χαρᾷ τῆς καρδίας· χάριν σοι ὁμολογῶ, ὦ γύναι πιστοτάτη, ἀποκαλύψασά μοι τὴν καλήν σου προαίρεσιν. μέγαν ἄφνω ἐρασὴν ἐκτήσω ἐράνιον· τῷ ῥήματι πάντα ἁγιάζει. Θεῖον ἔργον πλῆρες ἐπαίνου, καὶ σφόδρα ὠφέλιμον βούλει πρᾶξαι, ὦ γύναι, ἁπάσαις ταῖς γενεαῖς. Ὄντως αὕτη ὑπάρχει μεγίστη σωτηρία, σοί τε αὐτῇ πρότερον, καὶ πάσιν ἁμαρτωλοῖς. Θυγάτηρ εἶ πατέρων, συγγενὴς ὁσίων τῶν καλῶς πιστευσάντων εἰς τὸν Θεὸν τὸν ἅγιον.

A in civitate latet, quæ ego admisi, quacumque meipsam hora fornicationibus polluens, & alios ad eandem immunditiem alliciens atque inescans. Vidi autem repente sanctum illum, qui in terris apparuit, medicum & Salvatorem: & anima mea illico immaculata illius pulchritudine capta est. Conspexi quippe oculis meis medicamenta horribilia, & signa incomparabilia, maximamque in ipso compassionem atque indulgentiam. Peccatores recipit, ad publicanos accedit, leprosos non respuit, impios non repellit: sed omnes pariter suis commiserationibus suscipit, non succensens ullis ad ipsum accedentibus. Hæc autem cernens, obstupui, & ad meipsam dixi. Quomodo vivam ego misera & infelix, nisi ad ipsum accessero? nam & lascivia atque impudicitia, putredo maxima. Quare meipsam negligo? nam aliud tempus ejusmodi invenire nunquam potero, neque alium talem medicum adeo benignum. Ego persuasum mihi habeo, quod Deus is sit qui apparuit, magnam auctoritatem ac potestatem habens. Verbo omnia jubet, verbo cunctos sanat, & peccata condonat magna cum potestate atque auctoritate. Tempus quum ejusmodi jam invenerim, medicumque talem, obtorpescere non debeo, nec me sanitatem propriam negligere oportet. Propterea festino tradere optimo indultori tabulam ac syngraphan debitorum meorum: novi enim, quod supra mensurā & modum peccavi; & nequeo exprimere impudicitiam ac lasciviam meam. Cæterum ad multitudinem viscerum pietatis ac misericordiæ ipsius comparata, velut guttæ atque stillicidia sunt omnia peccata mea: certoque novi, quod si solum ad eum accessero, statim mundabor ab omnibus malis & iniquitatibus meis, expellens à me quodcumque opus absurdū atque illicitum: quoniam cœlestis est, & sanctus atque immaculatus. Ecce, adolescens, omnia tibi occulta cordis mei percensui: præbe mihi deinceps unguentum: jam enim multo me tempore detines ac impedis, & dicere compellis, cuinam unguentum hoc deferam.

Quæ omnia aromatarius audiens, cum gaudio cordis ad mulierem dixit. Gratias tibi ago, o mulier fidelissima, quod bonum animi tui institutum atque propositum revelaveris mihi. Magnum repente acquisivisti tibi amatorem cœlestem, qui verbo solo omnes sanctificat ac mundat: divinum plane opus, & omni laude plenum, remq; valde utilem vis agere, o mulier, cunctis generationibus. Maxima hæc revera est salus, tibi autem ipsi prima, & omnibus peccatoribus. Filia tu es Patrum, & consanguinea sanctorum eorum, qui recte in Deum sanctum credide-

diderunt. Parvum autem tibi ego consilium suggeram, quod bono velim animo citra omnem reprehensionem accipias. Nosti & ipsa clare, quod Pharisæi improbi sint, & ei contrarii ac repugnantes: quoniam Deus magnus est, & amator hominum benignissimus, sua pietate ac misericordia peccata dimittens. Si te igitur illuc ingredientem conspexerint, occludent tibi januam, & contumeliis indesinenter atque verberibus te excipient: ipsa vero audiens, ne animo percellaris omnino; sed mente esto quavis petra solidior ac firmior. Nam si in operibus fornicationis fuisti impudens; quanto magis hic pro tua salute inverecundam te præbere debes? Futurum quippe est, ut omnes liberi & servi, janitores, atque ministri graviter te ibi increpent; at tu cuncta contemnens, audacter ad ipsum sanctum magna cum humilitate ingredere, sicut ipsamet prius dixisti: ac vestigia immaculati cum desiderio complectere, & beata eris. Ecce enim audivi, in domo Simonis unius ex Pharisæis ipsum esse hodie. Vade ergo in pace, & cum gaudio ingredere, ac hilare alacriterque ad eum accede: ut munus ipse tuum suscipiat. Ecce unguentum electum, pretiosum & Salvatore dignum tradidi tibi, o mulier fidelis, & pro me ora.

Sumto itaque unguenti electi alabastro mulier læta abiit, & intra se orans dixit. Quis dabit mihi ostium apertum, ut statim ingressa, ad sancti medici vestigia accedam? ipsumque jam amplexa, non dimittam, donec debitorum ab eo remissionem accepero. Precabor autem alacriter Dominum, qui omnia mea novit occulta, priusquam illi appropinquem: cuncta ipse novit. Ego autem ad bonum medicum pergo, ut clementem, misericordem, ac bonum mundi Salvatorem videam. Sic vero mulier Dominum Deum sanctum deprecans, ajebat. Ecce in domo Simonis, tamquam homo existimatus, recumbis cum ipso, Domine. Tu cordis mei occulta cognoscis, & animæ meæ cogitationem, Christe, nosti; & quamobrem ego pretiosum unguentum detulerim: nimirum, ut ingressa, provolutaque vestigiis immaculatis divinitatis tuæ, à turpibus actibus, quos admisi, emunder. Novi, Domine, quod Deus sis, & propria misericordia salves cunctos, optime, neque velis quemquam peccatorem perire, Salvator, qui sua voluntate tibi procidat. Nam in plateis dumtaxat te vidi, & credidi, quod omnia possis. Hoc porro mihi, Salvator clementissime, concede ac præsta, ut accedens sine impedimento ingrediar, ubi ipse recumbis.

Hæc, & his plura quum secum ipsa cogitaret

ἅγιον. Μικρὰν δέ συμβολίαν βαλεῖσαί σοι θέλω. καπάδεξαί με εὐθύμως δίχα πάσης μέμψεως. Οἶδας καὶ αὐτὴ σαφῶς, ὅτι οἱ Φαρισαῖοι πονηροὶ ὑπάρχοντες ἀντιπάχουσιν αὐτόν, ἐπειδὴ Θεὸς μέγας καὶ φιλάνθρωπός ἐστι, συγχωρῶν ἁμαρτίας οἰκεία εὐσπλαγχνία. Ἐὰν οὖν σε ἴδωσιν ἐκεῖ εἰσερχομένην, ἀποκλείσουσιν εὐθὺς τὰς θύρας τῆς οἰκίας, ὑβρίζοντες ἀφειδῶς καὶ τύπτοντες βιαίως. σὺ δὲ ἀνέσασα μὴ δειλιάσῃς ὅλως, ἀλλὰ χαῦε τῇ ψυχῇ πέτρας στερεωτέρα. εἰ ἐν ἔργοις πορνικοῖς ἄφωβος ἐτύγχανες, πόσῳ μᾶλλον ἐνταῦθα ὑπὲρ σωτηρίας; Μέλλουσιν γὰρ ἅπαντες ἐλεύθεροι, δοῦλοι, θυρωροί, ὑπηρέται δεινῶς σοι ἐπιπίπτειν, καὶ ἀτίμως ὑβρίζειν. πάντων καταπτύσασα, εἴσελθε θαρσαλέως πρὸς αὐτὸν τὸν ἅγιον ἐν πολλῇ ταπεινώσει, καθὼς αὐτὴ προεῖπας. προέπιπτεν ἐν πόδῳ παὶ ἴχνη τοῦ ἁγίου, καὶ ἔσῃ μακαρία. ἰδοὺ γὰρ ἀκήκοα, ἐν οἰκίᾳ Σίμωνος, ἑνὸς τῶν Φαρισαίων, εἶναι αὐτὸν σήμερον. πορεύου ἐν εἰρήνῃ. εἴσελθε μετὰ χαρᾶς. ἔγγισον προθύμως. δεχθείη σου τὸ δῶρον. ἰδοὺ μύρον ἐκλεκτὸν, τίμιον, ἄξιον τοῦ Σωτῆρος δέδωκά σοι, ὦ πιστὴ, καὶ εὖχου ὑπὲρ ἐμοῦ.

Λαβοῦσα δὲ ἡ γυνὴ τὸ ἀλάβαστρον πλῆρες τοῦ μύρου τοῦ ἐκλεκτοῦ, ἀπῆρχετο χαίρουσα καὶ ἱλαρύνουσα, καὶ ηὔχετο, λέγουσα ἐν ἑαυτῇ. τίς δώσῃ μοι θύραν τοῦ εὑρεῖν ἀνεφγμένην, καὶ ἀδρόως εἰσελθεῖν, καὶ προσεῖναι τοῖς ἴχνεσι τοῦ ἁγίου Ἰατροῦ; καὶ προεπιπτέτω μήτε ὅλως ἐάσω ἕως τῶν ὀφλημάτων λάβω συγχώρησιν. Προσεύξομαι προθύμως τῷ Κυρίῳ τῷ εἰδότι πάντα μου τὰ κρυπτά, πρὶν αὐτῷ προσεγγίσω. ἅπαντα οἶδεν αὐτός. Ἐγὼ δὲ πορεύομαι πρὸς τὸν καλὸν Ἰατρὸν, ἰδεῖν τὸν φιλάνθρωπον καὶ εὔσπλαγχνον, ἀγαθὸν τὸν Σωτῆρα τοῦ κόσμου. Καί, φησὶν, τὸ γυάγον ηὔχετο πρὸς Κύριον τὸν Θεὸν τὸν ἅγιον. Ἰδοὺ σὺ, Κύριε, ἐν οἰκίᾳ Σίμωνος ἀνάκεισαι σὺν αὐτῷ, ὡς ἄνθρωπος νομισθείς. γινώσκων μου τὰ κρύφια τῆς καρδίας, καὶ τῆς ψυχῆς τὸν λογισμὸν ἐπισάμψος, Χριστέ. εἰς τί ἐγὼ ἤγαγον μύρον τὸ πολύτιμον; ἵνα ἐλθοῦσα προσπέσω τοῖς ἀχράντοις ἴχνεσι τῆς Θεότητος τῆς σῆς, καὶ ἐμὲ ἀφοσιώσῃς τῶν ἀμαρτιῶν μου πράξεων, ὧν ἔπραξα. Γινώσκω, Δέσποτα, ὅτι Θεὸς ὑπάρχεις, καὶ τῇ σῇ εὐσπλαγχνίᾳ σώζεις πάντας, ἀγαθὲ, μὴ θέλων ἀπολέσθαί τινα τῶν ἁμαρτωλῶν προσπίπτοντά σοι, Σωτὴρ, οἰκείᾳ προαιρέσει. Μόνον γὰρ ἐν πλατείαις εἶδόν σε, καὶ ἐπίστευσα ὅτι πάντα δύνασαι. Παράσχου οὖν μοι τοῦτο, Σωτὴρ, πολυέλεε, εἰσελθεῖν ἀκωλύτως, ὅπου σὺ ἀνάκεισαι.

Ταῦτα ἐνθυμουμένη, καὶ πλείονα τούτων λέγουσα

λέγουσα ἐν ἑαυτῇ· κατέφθασε τ᾽ οἶκον ἔνθα ὑπῆρχεν ὁ Χειϛὸς, καὶ εὑρίσκει ἕκαϛον πυλῶνα τ οἰκίας ἀνεῳγμένον αὐτῇ, & εἰσῆλθεν ἐν χαρᾷ, & ἀθρόως ἤγγισεν ὄπισθεν τ Κυρίυ, καὶ ἅπτε) τῶν αὐτ ποδῶν ἐν πίϛει πολλῇ· καὶ κλίνασα κεφαλὴν σὺν καρδίᾳ, ϛεναγμοῖς καὶ ὀχετοῖς δακρύων κατέβρεχε τοὺς πόδας αὐτ, μ᾽ χαρᾶς φιλοῦσα ἐν πόθῳ σφοδροπάτῳ, καὶ θριξὶν τ κεφαλῆς καταμάϛουσα αὐτοὺς, καὶ ἀλείφουσα τὸ μύρον προθύμως, καὶ λέγουσα· Ἰδοὺ, φησὶ; Δέσποτα, αὐτὸς μόνος γινώσκεις τὸ, πῶς ἐγὼ τοῦτο ἐτόλμησα ποιῆσαι. Οὐκ ἀγνοοῦσα ὅλως τὰ φαῦλά μυ, Κύριε, ἀναιδχύντως ἤγγισά σοι τῷ ἀχράντῳ Θεῷ, θέλουσα ὃ σωθῆναι προσέπεσα; Δέσποτα, καθ᾽ ὃν τρόπον τελώνην προσκλίθησιν ἀναδῶς. Δέξαι, Χειϛὲ, ὀχετὸς δακρύων τῶν ἐμῶν ὀφθαλμῶν. δέξαι, Χειϛὲ, πόθοιν τ ἐμῆς ἀθλίας ψυχῆς. ἡ τόλμη μυ λογισθῇ, ἡ προσκλησις δεχθῇ, ἔϛω ἡ ἀναίδεια προσευχὴ τελεία, τὸ μύρον εἰς ἱλασμὸν χωρήσει), ἄχραντε, ἡ σωτειβὴ τῆς καρδίας μυ εἰς φωτισμόν μυ φανῇ. Ἐκ νέας ἡλικίας ἤκουσα ὑπὸ πολλῶν βοώντων, ὅτι ὁ Θεὸς ἐτέχθη ἐκ τῆς παρθένυ, καὶ βυλομένη μαθεῖν, ἠρώτων, πῶς ὁ ἄσαρκος σαρκωθῆναι δύναται); Εἶπον δέ μοι οἱ γονεῖς. αὕτη ἡ παράδοσις ἐκ τῶν πατέρων βοᾷ περὶ τύτυ, ὅτι ὁ Θεὸς ὁ ἅγιος ἐκ παρθένυ ἐν σαρκὶ τίκτε) ἐπὶ τῆς γῆς. ὅθεν ὅπω ἐγώ ποτε ἤκουσα νέα οὖσα, ἰδοὺ νῦν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς μυ ὁρῶ ἐν ἀληθείᾳ, Θεὸν μέγαν, ἅγιον, ὁρώμενον ὡς βροτὸν ἐν σαρκὶ τῇ ἡμετέρᾳ σῶσαι ἡμᾶς θέλοντα. Οὐχ ὁρῶ σε, ὡς Σίμων ὁ Φαρισαῖος οὗτος, ὁ καλέσας σε εἰς ἄριϛον σήμερον· ἀλλ᾽ ὁρῶ Θεὸν, μέγαν δημιυργὸν τ ἁπάντων, τὰ σύμπαντα λόγῳ μόνῳ συϛησάμενον. ἀμνὰς τῆς ποίμνης τῆς σῆς εἰμι πεπλανημένη· ἐπίϛρεψόν με, Σωτὴρ, εἰς τ σεαυτῦ μάνδραν. αὐτὸς γὰρ εἶ ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς μονώτατος, σωάγων πλανωμένους εἰς τὴν ἰδίαν αὐλήν. Περιϛερά συ εἰμὶ, Δέσποτα, ἁρπαγεῖσα ὑπὸ ἱέρακος δεινῦ. Φλέγεταί μυ ἡ ψυχὴ, τρωθεῖσα εἰς τ μέγαν ἁγιασμόν συ, Κύριε. Ἐξάγαγε, ἄχραντε, τῇ φιλανθρωπίᾳ συ τ κακὴν δυσωδίαν τῶν ἀνομιῶν ἀπ᾽ ἐμῦ· ἀντὶ μύρυ, χάριτι τοὺς μώλωπας τ ἐμῶν πλημμελημάτων δάκρυσιν ἀποπλύνας καθάριϛον, ἄϛολαγχνε. Ἡ σὴ χάρις ἤνοιξε τὸ ϛόμα μυ. ταῦτά σοι λέγειν ἐτόλμησα ἔμπροσθέν συ, ἵνα ἔσωμαι τύπος καλῶν τοῖς ἁμαρτωλοῖς, ὃς αὐτὸς

A gitaret diceretque, pervenit ad domum, ubi Chriſtus erat, invenitque portam domus apertam, & ingreſſa eſt cum gaudio, ſtatimque a tergo ad Dominum acceſſit, ac pedes ejus maxima cum fide tetigit: & inclinans caput ſimul cum corde, multis ſuſpiriis lacrymarumque rivis rigabat pedes ejus cum gaudio, vehementiſſimoque deſiderio deoſculabatur, quos & capillis capitis ſui abſtergebat, ac unguento ſtudioſe inungebat, dicens: Ecce ſolus ipſe Domine noſti, quomodo ego auſa ſim iſtud agere. Non ignara, Domine, vitiorum meorum, audacter ad te immaculatum Deum acceſſi: at ſalvari cupiens procidi tibi, inſtar publicanorum. Suſcipe Chriſte lacrymarum mearum rivos. Suſcipe Chriſte deſiderium infelicis animæ meæ. Audacia mea pro obſecratione ſit mihi, & impudentia mea in orationem, ac unguentum meum in propitiationem fiat, Immaculate, & contritio cordis mei in illuminationem. A pueritia audivi à multis dicentibus, Deum ex Virgine natum eſſe; & cupiens accuratius addiſcere, ego perquirebam, quo pacto poſſet, qui carnis expers eſt, incarnari? Et reſpondentes parentes mei dicebant, eam traditionem à majoribus de eo manaſſe, quod Deus ſanctus ex Virgine in carne naſceretur ſuper terram: quod quidem & ego intellexi, quum adhuc juvencula eſſem. Ecce jam cerno oculis in veritate, Deum magnum & ſanctum in carne noſtra apparuiſſe, ut ſalvet nos. Non te video, ſicut videt Simon Phariſæus iſte, qui te ad prandium hodie invitavit: at video Deum magnum opificem omnium, qui ſolo verbo univerſa conſtituit. Agnicula ſum ovilis tui errabunda: converte me in mandram & caulam tuam, Salvator: tu enim ſolus es bonus paſtor, qui congregas aberrantes in caulam atque ovile tuum. Columba tua ſum, Domine, rapta ab accipitre ſæviſſimo. Flagrat anima mea, magno ſanctitatis tuæ, Domine, amore vulnerata. Gratiæ tuæ beneficio, Immaculate, peſſimum fœtorem iniquitatum mearum expelle à me. Pro unguento, clementiſſime, cicatrices delictorum meorum, lacrymarum ablutione, gratia tua emunda. Gratia tua os meum aperit. Iſta coram te recenſere audeo, ut forma atque exemplar bonorum reddar peccatoribus, quos

ipſe

ipſe ſalvaturus veniſti, benigniſſime. Ne, quæſo, Salvator, lacrymas infelicis cordis rejicias. Novi enim, nihil tibi eſſe impoſſibile, ſed omnia te poſſe.

Solo corde mulier oravit Dominum, qui corda hominum finxit: & pro unguento ſuo unguentum vitæ recepit, pro corruptibili incorruptibile ac permanens in ſecula. Non erat comparandum illud quamvis fragrantiſſimum cum unguento verbi Domini. Obtulit illa unguentum bonum & caritatem: & lapſuum veniam recepit. Siquidem Salvator Chriſtus, qui futurorum præſcius eſt Deus, animæ pereuntis propoſitum juſtificavit, non quidem occulta pandens delicta, quæ antea peregerat admiranda mulier; ſed prius debita, poſtea caritatem ejus prædicavit.

Hæc ego mente mecum perpendens, cariſſimi & fideles, ſummopere de illa obſtupefactus ſum, quomodo ingreſſa ſit, & ſine timore ad ipſum acceſſerit; quomodo ante conſpectum omnium convivarum ibi diſcumbentium fleverit: quomodo ita libere atque audacter capillos ſuos explicuerit: quomodo pedes Chriſti inverecunde irrigaverit: & quo pacto nullus omnino eam inde expulerit, nulluſque prorſus indignatus ac ſtomachatus in eam fuerit: ſed perquam ſuavis potius atque jucundus ipſis fletus illius fuiſſet, & cunctis gemitus ejus dulcis. Muti enim & obſtupefacti novitate rerum, quæ cernebantur, erant: novum ſiquidem & inauditum miraculum erat, quod in convivio illo apparebat: mulierem ſcilicet meretricem non vocatam illuc ingreſſam fuiſſe, & retro menſam ſtetiſſe, & capitis capillos ſuper pectus geſtaſſe; & quod manibus alabaſtrum unguenti electi teneret, & non eſſet qui eam interrogaret, cur huc intraſti? aut diceret, quid hic quæris, o mulier? neque ex diſcumbentibus quidem illis, atque comedentibus; ſed erat omnibus dulce ac ſuave miraculum, & ſpectaculum admiratione digniſſimum jucundiſſimumque. Omnes Archangeli tremore correpti erant: Cherubim & Seraphim timore perculſi aderant, contemplantes maximam mulieris fiduciam, pedes Domini cum fervore tenentis. Et Cherubim quidem in eum reſpicere omnino non audent: mulier vero peccatrix pedes ipſius oſculatur. Seraphim facies ſuas alis cooperiunt; & mulier peccatrix palam & aperte adeſt. Angeli appropinquare throno nequeunt, & mulier veſtigia ejus capillis ſuis abſtergit.

O mulier fideliſſima, quo ego pacto excellens ferventiſſimi propoſiti tui philtrum commendabo! O mulier, quo-

A ἀὼτὸς ἀφεσσαν ἐλήλυθας, ἀγαθέ. Ναὶ, δέομαί σε, Σωτὴρ, μὴ πρεῖδης δάκρυα παλαπώρε καρδίας· οἶδα γὰρ ὅτι σοὶ ἀδύνατον ὡῴὰ σοί. δύνασαι γὰρ ἅπαντα.

Τῇ καρδίᾳ πύχετο τῷ πλάσαντι καρδίας ἀνθρώπων καταμώνας· καὶ ἔλαβε τῆς ζωῆς τὸ μύρον, ἀντὶ τοῦ μύρου· ἀντὶ φθαρτοῦ, ἄφθαρτον καὶ μὴον εἰς ἀῶνας. ἀχ ὅτως ἰῶ τὸ μύρον

B ἀὼδες, παρὸς τὸ μύρον τοῦ ῥήματος τοῦ Κυρίε. παροσπῆξε μύρον καλὸν καὶ ἀγάπην, καὶ ἔλαβε πλαγμάτων συγχώρησιν. Χειρὸς γὰρ ὁ Σωτὴρ, προγνώστης ὢν, καὶ Θεὸς, ἐδικαίωσε ψυχῆς ὀλυμπώης παρόθεσιν. ὁ κρυπτὰ ἀναδείξας πλάσματα, ἃ παρῶτον ἔπραξεν ἡ θαυμαστή· ἀλλ' ἐκήρυξε παρῶτον τὰ αὐτῆς ὀφλήματα, ἔπειτα τὴν

C ἀγάπην αὐτῆς ἐκήρυξεν.

Εἰς νοῦν οὖν ταῦτα λαβὼν, ἀγαπητοὶ καὶ πιστοὶ, ὡῴθέως ἐν ἐκστάσῃ σφοδροπάτης γέγονα, πῶς εἰσελθοῦσα ἄφνω ἤγγισεν ἄνδρι φόβε. πῶς ὑπ' κτὶ παρόσωπον πάντων ὁμοῦ παρέστη κλαίουσα παρὸ ὀφθαλμῶν τῶν ἐκείσε δειπνούντων καὶ σωαναπειμμένων. πῶς ἔλυσεν πλοκάμοις ἐν πολλῇ παῤῥησίᾳ. πῶς ἔβρεξε τοὺς πόδας τοῦ Χειροῦ ἀναιδῶς. πῶς ὡῴθεὶς αὐτῷ ὅλως ἔσωθεν

D ἀπήλασεν. πῶς ὑπ' ὅλως κατ' αὐτῆς ὡῴθεὶς ἠγανάκτησεν. ἀλλ' ἰῶ ὁ κλαυθμὸς αὐτῆς ἡδὺς τοῖς πᾶσι, καὶ νήδυμος ἰῶ ὁ στεναγμός. Ἔννοοι γεγονότες ἄνθρωποι, σὺν βρώμασι θεωρίαν ἤθιον, ξένον θαῦμα ὁρῶντες, ἐν ἀείσῳ φανέντα, καὶ ξένον αἰφνιδίως τὸ παράγμα γνόμενον. γυνὴ πόρνη, ἄκλητος, εἰσελθοῦσα, ὅπιθεν τῆς τραπέζης ἵστατο, τοὺς πλοκάμους ἐν στήθῃ βαστάζουσα,

E καὶ ἐν χερσὶν ἀλάβαστρον μύρου ἐκλεκτοῦ κατέχουσα, καὶ οὐκ ἰῶ ὁ ἐρωτῶν τί εἰσῆλθες προπετῶς; ἢ ὁ λέγων, τί ζητεῖς ἐνταῦθα, γύναι; ὅτε τῶν ἐθιόντων, ὅτε τῶν πρεσώτων. ἀλλ' ὑπῆρχε πᾶσι γλυκύπαλον τὸ θαῦμα αὐτῆς, καὶ θέαμα εὐάρεστον, καὶ ἡδύ. Πάντες οἱ ἀρχάγγελοι τρόμῳ συνεχέθησαν. Χερουβὶμ δὲ Σεραφὶμ φόβῳ πρεισήκεισαν, θεωροῦντες μεγίστην παῤῥησίαν γυναικὸς, κρατούσης θερμότητι τοὺς πόδας τοῦ Κυρίε. Χερουβὶμ ἀναβλέψαι ὁ τολμᾷ τὸ

F παντελῶς, καὶ γυνὴ ἁμαρτωλὸς τοὺς πόδας καταφίλει. Σεραφὶμ τὸ πρόσωπον καλύπτει ἐν πτέρυξι, δὲ γυνὴ ἁμαρτωλὸς προφανῶς πρίσατο. Ἄγγελοι τῷ θρόνῳ πλησιάσαι ὁ δύναν-ται, καὶ γυνὴ ἐν ταῖς θριξὶ τὰ ἴχνη κατέματτεν.

Ὦ γύναι πιστοτάτη, πῶς ἐγὼ ἐπαινέσω τὸ ὑπερογκον φίλτρον θερμῆς σε προθέσεως; ὦ γύναιον,

quo-

γύναιον, πῶς δοξάσω τὸ μεγάλιον πόθησιν τῆς τελειάς σε ψυχῆς χιονιθήσης πρὸς Θεόν; ἢ τίς ἄτως ἀγαπᾷ, ὥσπερ σὺ ἠγάπησας; ἢ τίς ἄρα ἀνθρώπων ἄτως ἀποδεχθήσεται, καθὼς σὺ ἐδέχθης.

Ταῦτα πάντα ὁ Σωτὴρ χάριτι οἰκονομεῖ, ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τῶν χιόνων τῶν ἀνθρώπων, τὴν δοῦναι παῤῥησίαν ἐλθεῖν εἰς μετάνοιαν τοῖς ἐν πλημμελήμασι δεινῶς κατεχομένοις. Μεταξὺ δὲ τῆς B δάκρυσι καὶ τῆς κλαυθμοῦ τῆς γυναικὸς, ἰδὼν ὁ Φαρισαῖος, σφοδρῶς ἐταράττετο. Μεταγινώσκων λοιπὸν, ὅτι κέκληκε τὸν Χριστὸν εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐν πάσει τῷ προφήτῃ, καὶ πικρὰ ἐνθυμούμενος ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, ἔλεγεν ἐν ἑαυτῷ. ἐγὼ, φησὶν, ἐδόκουν προφήτην εἶναι τοῦτον, εἰδότα τὰ μέλλοντα, καὶ τὰ προελήλυθότα σαφῶς ἐπισάμενον, προφήτην τέλειον· νῦν δὲ ἐπέγνων ὅτι C ὅτε πρὸ ὀφθαλμῶν ἀκριβῶς ὁπίσω, ἀλλ' ἔστιν ὡς ἅπαντες.

Ὁ δὲ Κύριος ἡμῶν, ὁ ἀεὶ ἐμβατεύων τὰ κρυπτὰ τῶν καρδιῶν, ὡς πλάστης, οὐκ αὐθυς ἀποτόμως ἐλέγχει τὸν πονηρὸν, ἀλλ' ἀνεξικάκως φέρει εἰς φῶς τὰ κρυπτά· ἐν δὴ ἐν πραότητι καὶ πολλῇ χρηστότητι, αἰνιγμάτισεν αὐτὸν, ἕως ἐλογίσατο· Σίμων, Σίμων, ἔχω τι εἰπεῖν σοι D ἀβολλὼ, καὶ κεῖτλὼ σε βούλομαι ἤσαι τῶν ἐμῶν ῥημάτων· δανειστῇ τινι ἦσαν δύο χρεωφειλέται· ὁ εἷς αὐτῷ ὤφειλε πεντήκοντα χρύσινα, ὁ δὲ ἕτερος ὤφειλε δεκάκις πεντήκοντα· ἦσαν δὲ ἀποδίδοντες πενίαν ἀμφότεροι· θεωρῶν δὲ ὁ μέγας ἐκεῖνος δανειστὴς τὸν θλῖψιν, ἑκατέροις ἴσως κυρώσας τὴν ἄφεσιν, ἔδειξε πᾶσι προφανῶς μεγίστην συμπάθειαν. πῶς αὐτὸς δοκιμάζεις περὶ τῶν E ἑκατέρων; τίς ὀφείλει πλείονα φιλεῖν τὸν συγχωρητὴν, ὁ ὀλίγον ἐλαθεὶς, ἢ μᾶλλον ὁ τὰ πολλά; ἀμφότεροι γὰρ ἔχον περὶ αὐτοῦ τὴν ἄφεσιν.

Ἀπεκείνατο ὁ Σίμων· ὁ τὰ πολλὰ ἐλαθεὶς, ἐκεῖνος ἔλι πλείω ἀγαπῆσαι ὀφείλει. Ὁ δὲ Κύριος πρὸς αὐτόν· καλῶς, φησὶν, ἔκρινας. Ἄκουσον δέω, εἶπω σοι περὶ τῆς ἀγνοίας σε. εἰς τὴν οἰκόν σε αὐτὸς τιμῶν με ἐκάλεσας, ὕδατι δὲ F οὐκ ἔνιψάς με τοὺς πόδας, ὡς προφήτην· ἡ δὲ γυνὴ, ἣν ὁρᾷς, ἐν τοῖς δάκρυσιν αὐτῆς ἔνιψέ με τοὺς πόδας, καὶ ταῖς θριξὶ κατέμαξεν. ὁμοίως φίλημά μοι, σὺ Σίμων, οὐκ ἔδωκας· αὕτη δὲ ἀφ' οὗ εἰσῆλθε καταφιλοῦσά με τοὺς πόδας. ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου οὐκ ἤλειψάς ποτε· αὕτη δὲ τοὺς πόδας μου μύρῳ καλῷ ἤλειψε. χάριν τούτου λέγω σοι. αἱ πολλαὶ ἁμαρτίαι, ἅσπερ αὐτὸς νομίζεις

A quomodo magnum perfectæ animæ tuæ in Deum desiderium laudabo? aut quis sic dilexit, quemadmodum tu amasti? quis hominum ita acceptus fuit, sicut tu grata & accepta fuisti?

Hæc omnia Salvator pro generis humani salute pro sua clementia dispensat, ut fiduciam præbeat, qua ad pœnitentiam recurrant qui delictorum vinculo constricti tenentur. Interea verò quum precibus & lacrymis mulier incumberet, videns Pharisæus, summopere est animo conturbatus. Cæterum pœnitentia ductus, qnod Christum in domum suam tamquam prophetam invitasset, & amaras in corde suo cogitationes fovens, intra seipsum sic ajebat. Hunc ego prophetam esse existimabam, futurorum præscium, præteritorum cognitorem, & vatem perfectum. Nunc autem novi, ipsum instar cæterorum hominum esse, & neque ea quæ ob oculos versantur, scire.

At vero Dominus, qui cordium arcana, tamquam creator, semper scrutatur, non statim hominem nequam dure increpavit, sed patienter occulta voluit in lucem proferre. Summa itaque cum mansuetudine atque benignitate, ænigmatice ei aperuit quæ cogitabat. Simon, Simon, *Luc. 7.* inquit, habeo tibi parabolam edicere, teque sermonum meorum judicem volo constituere. Fœneratori uni duo erant debitores, quorum unus ei debebat quinquaginta aureos, & alter quingentos. Quum autem ambo in paupertatem incidissent, videns magnus ille fœnerator eorum angustias, utrique debitum æque dimittens, magnam suam misericordiam palam ambobus exhibuit. Tu vero quam de ambobus sententiam pronuncias? Quis eorum debet plus diligere eum qui ipsis debitum dimisit? cui minus donatum est, an is, cui plura sunt dimissa? uterque enim ab ipso remissionem debitorum accepit.

Respondens Simon: cui plura, inquit, donata sunt, is certe plus eum debet diligere. Tum Dominus: recte, inquit, judicasti. Audi nunc, & dicam tibi quæ ignoras. In domum quidem tuam, me honorare volens, vocasti: Sed aqua pedes meos, tamquam prophetæ, non abluisti. Hæc vero, quam cernis, mulier, lacrymis suis pedes meos lavit, & capillis suis absterfit. similiter osculum mihi, Simon, non dedisti: hæc vero non cessavit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti: ista vero pedes meos optimo unguento unxit. Quapropter dico tibi: peccata multa, quæ tu à me igno-

rari putas, remittuntur ei, quoniam caritatem & dilectionem circa remissionem ostendere prævenit. Qui enim minus diligit, minus ei dimittitur : & qui plus diligit, plus ei condonatur. Cæterum ne scandalizeris de salute istius peccatricis : Ego enim veni, ut peccatores salvos facerem, eosque, qui in tenebris sunt, illuminarem. Quæ exploratores suscepit Rahab, quum in Deum patrum studiose credidisset, nosti, quomodo salvam illam fecit Josue filius Nave, compertam exploratamque habens illius fidem, itaut nomen quidem ejus in omnibus generationibus scriptum sit ; fama verò in duodecim tribubus Israël resonuerit : ita & nunc istam ego suscipio: quemadmodum enim ipsa me in fide immota, & in perfecta caritate dilexit : sic & ego eandem ex toto corde & ex tota anima electam suscipio : eritque in justorum numero qui me dilexerunt ; & dimittentur ei debita ; nomen autem ejus in seculum seculorum non delebitur ; sed in generationem generationum narrabitur id quod ea fecit, in memoriam ejus: ita ut præclarum ipsius facinus discentes omnes, fiant & ipsi bonorum operum amatores, æternorumque ac copiosorum munerum participes. Cujus utinam mulieris admirandæ & nos imitatores reddamur, & confitentes peccatorum sordes, lacrymis eas expurgemus, & a sancto Deo benignitatem atque clementiam consequamur. Quoniam ipsius est gloria, Patris & Filii & sancti Spiritus, nunc & semper, & in secula seculorum Amen.

A ζεις ἐμὲ ἀγνοεῖν, ἀφεθήσονῃ αὐτῇ, ἐπειδὴ προέφθασε προδεῖξαι τὴν ἀγάπην αὐτῆς καὶ συγχωρήσεως. τῷ ὀλίγον φιλοῦντι, ὀλίγον ἀφίεται· τῷ δὲ πολὺ φιλοῦντι, πολὺ συγχωρεῖται. λοιπὸν μὴ σκανδαλισθῇς περὶ τῆς σωτηρίας αὐτῆς τῆς ἁμαρτωλῆ· ἐγὼ γὰρ ἐλήλυθα ἁμαρτωλοὺς σῶσαι, ἐσκοτισμένους φωτίσαι. Ῥαὰβ τὴν δεξαμένην τοὺς κατασκόπους πιστεύσασαν ἀκριβῶς

B εἰς θεὸν τῶν πατέρων πῶς αὐτῇ διέσωσεν Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυὴ γνοὺς αὐτῇ πιστοτάτῃ, ὡς καὶ τὸ ὄνομα αὐτῆς γραφῆναι ἐν πάσαις γενεαῖς, φήμην δὲ ἐν ταῖς φυλαῖς Ἰσραὴλ ταῖς δώδεκα. Τὸν αὐτὸν τρόπον νῦν καὶ αὐτῇ ἐδεξάμην. ἐν πίστει ἀσαλεύτῳ, καὶ ποθήσει τελείᾳ, ἠγάπησέν με καὶ ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυ-

C χῆς δέχομαι αὐτὴν ἐκλεκτὴν, καὶ ἔσῃ ἐν ἀριθμῷ τῶν δικαίων τῶν ἀγαπησάντων με, καὶ συγχωρηθῇ αὐτῇ τὰ πλημμελήματα. τὸ δὲ ὄνομα αὐτῆς εἰς αἰῶνα αἰώνων μὴ ἐξαλιφθήσεται, ἀλλὰ λαληθήσεται ἐν γενεᾷ γενεῶν τοῦτο δ' ἐποίησεν εἰς μνημόσυνον αὐτῆς. καὶ μαθόντες πάντες τὴν ἐργασίαν αὐτῆς γενήσονται καὶ αὐτοὶ καλῶν ἔργων ἐρασταί, καὶ πλουσίων, καὶ αἰωνίων ἀγαθῶν δωρεῶν μέτοχοι. ἧς γένοιτο καὶ ἡμᾶς

D μιμητὰς γενέσθαι καὶ ἐξομολογουμένους τὸν πολὺν ψυχῶν ῥύπον δάκρυσιν ἐκκαθάραι, καὶ τυχεῖν τῆς παρὰ τοῦ ἁγίου θεοῦ φιλανθρωπίας. ὅτι αὐτοῦ ἐστιν ἡ δόξα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

EJUSDEM ENCOMIUM IN GLORIOSOS MARTYRES, QUI IN TOTO MUNDO MARTYRIUM SUNT PASSI.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΓΚΩΜΙΟΝ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΕΝΔΟΞΟΥΣ ΜΑΡΤΥΡΑΣ ΤΟΥΣ ΕΝ ΟΛΩ ΤΩ ΚΟΣΜΩ ΜΑΡΤΥΡΗΣΑΝΤΑΣ.

ILlustris & peramabilis est semper Angelis atque hominibus memoria sanctorum: ut & nos pari zelo atque fervore decertemus, & ad eorum imitationem Deum diligamus. Igne namque ardentius incidit in corda, suadetque, ut contemnamus vanum hunc mundum, & omnia quæ in eo delectabilia apparent ac jucunda, omnemque vitæ istius consuetudinem noxiam, & parentum amorem, ac fratrum benevolentiam, conjugis quoque, ac liberorum & possessionum omnium nimiam curam atque sollicitudinem : quin & in sublime mentem nostram erigit, cogitationemque a cunctis rebus terrenis ad cœlestia elevat, & choros cum Angelis ducere facit, atque hinc

Porro tunc divinitus audita vox est, quæ impetum retinebat, & opus impediebat: *Abraham, Abraham*, dicens, *ne injicias manum tuam in Isaac: neque malum quid in filium tuum committas. Nunc enim vere cognovi, quod timeas Deum, & non pepercisti dilecto filio tuo propter me.* Ecce aries colligatus est in planta Sabec, accipe, & offer illum, inquit, pro Isaac, ut certior fias, quod susceperim ego sacrificium tuum, ardentem videlicet voluntatem. Admirati sunt Angeli, principatus & potestates, throni, dominationes, omnesque exercitus: obstupuerunt cœli, Sol, & Luna, & astrorum chori, super re adeo admirabili atque stupenda. Deus porro sola contentus fuit voluntate fidelissimi revera sanctique Abraham, & dixit ad eum: *Benedicens benedicam, & multiplicans multiplicabo semen tuum super terram, sicut astra cœli*: quia promte obedisti voci meæ, & studiose curasti adimplere mandatum meum. Deditque ex rupe ovem Deus pro puerulo, ad perficiendum Sacrificium. Non enim gaudet Deus occisis victimis, quæ cultro & fumo offeruntur ipsi: sed hostiam requirit à nobis viventem, sanctam, beneplacentem, ac rationabile obsequium, quemadmodum cunctos aperte admonet Apostolus, sciens quid Deo acceptum sit. Neque enim Deus volens pueri interfectorem efficere Abraham, jubebat ut filium offerret; verum ut cunctis habitatoribus terræ ostenderet, quod vehementer Abraham diligeret Deum: quia propter eum non pepercit Isaac, licet illum unigenitum parvulum dumtaxat haberet. Ideoque mysterium Deus magnum & admirabile ostendit Abrahæ: nam per sacrificium istud Sacerdos factus est, & in figura prophetam ipsum fecit; indicavitque ei Deus Altissimus, quod & ipse filium suum unigenitum pro mundo daturus esset, ut ab erroribus genus salvet humanum, Deus homo factus. Illud quippe significabat, quum ovem è Sabec pro Isaac dedit, ut offerretur in sacrificium. Nam quum futuri essent homines increduli, qui fidem non præberent partui Virginis Sanctissimæ, qua ratione potuerit sine virili contactu filium concipere, quasi fieri non posset; idcirco ex rupe arietem produxit, ut quod admirabile erat, ex hoc fidem acciperet; & quum quidquid voluntate ipsius divinitatis imperatur, subsistit protinus. Sicut ergo ibi solo verbo ovis in rerum naturam prodiit; ita & in Virgine Verbum caro factum est. Et quemadmodum ovis in planta ligata hærebat: sic etiam unigenitus in cruce clavis confixus pendebat.

Genes. 22.

Ibid.

Rom. 12.

A τότε δὴ θεόθεν ἡ φωνὴ ἐγίνετο, τὴν ὀργὴν ἐπέχουσα, καὶ τὸ ἔργον κωλύουσα. Ἀβραὰμ γὰ, Ἀβραὰμ, μὴ ἐπιβάλῃς, φησὶ, τὴν χεῖρα τῷ Ἰσαὰκ, μηδέ τι κακὸν πράξῃς εἰς τὸν σὸν υἱόν. νῦν γὰ ἔγνων ἀληθῶς, ὅτι φοβῇ τὸν Θεὸν, καὶ οὐκ ἐφείσω δι' ἐμὲ τοῦ σοῦ ἀγαπητοῦ. ἰδοὺ κριὸς δέδεται ἐν τῷ φυτῷ τῇ σαβέκ. λάβε καὶ ἀνένεγκε αὐτὸν ἀντὶ τοῦ Ἰσαὰκ, φησὶν, ὅπως πλη-
B ροφορηθῇς ὅτι προσεδέξαμην ἐγὼ τὴν θυσίαν, τὴν θερμὴν προαίρεσιν. ἐθαύμασαν ἄγγελοι, ἀρχαὶ καὶ ἐξουσίαι, θρόνοι, κυριότητες, καὶ πᾶσα ἡ στρατιά· ἐξέστη οὐρανοὶ, ἥλιος καὶ σελήνη, καὶ ἀστέρων χοροὶ ἐπὶ τῷ τοσούτῳ θεάματι. ὁ μὲν Θεὸς ἠρκέσθη μόνῃ τῇ προαιρέσει τοῦ πιστοῦντος ὄντως καὶ ὁσίου Ἀβραάμ· καὶ ἔφησε πρὸς αὐτὸν, εὐλογῶν εὐλογήσω, καὶ πληθύνων πλη-
C θυνῶ τὸ σπέρμα σου ὡς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ, ἐπειδὴ ὑπήκουσας τῆς φωνῆς μου προθύμως, καὶ ἔσπευσας πληρῶσαι τὸ πρόσταγμα τὸ ἐμόν. καὶ ἔδωκεν ὁ Θεὸς πρόβατον ἐκ τῆς πέτρας ἀντὶ τοῦ παιδαρίου, τελέσαι τὴν θυσίαν. εὐ γὰ ἤθελεν Θεὸς ἐπὶ νεκρᾷ θυσίᾳ χαίρειν καὶ καπνοῦ προσαγομένῃ αὐτῷ, ἀλλὰ θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον, τὴν λο-
γικὴν λατρείαν ἐπιζητεῖ παρ' ἡμῶν, καθὼς ὁ ἀπό-
D στολος φθέγγεται πᾶσι, σαφῶς ἐπισάμενος τοῦτο εὐάρεστον τῷ Θεῷ. εὐ γὰ θέλων ὁ Θεὸς παιδοκτόνον ποιῆσαι τὸν Ἀβραάμ, ἔλεγεν ἀνενεγκεῖν τὸν υἱόν, ἀλλ' ἵνα δείξῃ πᾶσι τοῖς τοῦ κόσμου οἰκήτορσιν, ὅτι σφόδρα ἠγάπα τὸν Θεὸν ὁ Ἀβραάμ, ὅτι οὐκ ἐφείσατο δι' αὐτὸν τοῦ Ἰσαὰκ, καίτοι μονογενὲς ἔχων τὸ παιδάριον. διὸ καὶ μυστήριον ὑπέδειξεν ὁ Θεὸς ὡς φίλῳ τῷ Ἀβραάμ μέγα καὶ παράδοξον. ἀφ' ὧν γὰ τῆς θυσίας ἱερεὺς ἐχρίετο, ἐν ᾧ
E τῷ τύπῳ αὐτὸν προφήτην ἐποίησε· καὶ ἐγνώρισεν αὐτῷ ὁ Θεὸς ὁ ὕψιστος, ὅτι μέλλει καὶ αὐτὸς τὸν μονογενῆ υἱὸν δίδοναι ὑπὲρ τοῦ κόσμου, ἵνα σώσῃ ἐκ τῆς πλάνης τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων Θεὸς ἐνανθρωπήσας. τοῦτο γὰ ἐσήμαινεν, ἀντὶ Ἰσαὰκ δεδωκὼς παράβατον ἐν τῇ σαβὲκ κριὸν εἰς θυσίαν. ἐπειδὴ γὰ ἔμελλον οἱ δύστροποι ἀν-
F θρωποι ἀπιστεῖν τῷ τοκετῷ τῆς ἁγίας παρθένου, πῶς ἂν ἠδυνάτο δίχα κοίτης ἀνδρικῆς κυοφορῆσαι υἱὸν, ὡς ἀμήχανον ὄν, ἀφ' οὗ ἐκ πέτρας πηγὴ ἔβλυσε τὸν κριὸν, ἵνα τὸ παράδοξον ἐκ τούτου πιστωθῇ, ὅτι ᾧ βουλήματι τοῦ αὐτοῦ θεότητος πᾶν τὸ προσταττόμενον ἀθέως ὑφίσταται. ὡς οὖν ἐκεῖ ὁ λόγος πρόβατον ὑπέστησεν, οὕτως ἐν τῇ παρθένῳ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. καὶ ὥσπερ τὸ πρόβατον ἐν τῷ φυτῷ ἐδέθη, οὕτως ὁ μονογενὴς ἐν σταυρῷ καθη-
λώθη.

λώθη. Διὰ τοῦτο ἐβόα ὁ Ἡσαΐας λέγων· Ὡς πρόβατον ἤχθη ἐπὶ σφαγὴν ἄφωνος. πάλιν ὁ Κύριος Ἰουδαίοις ἔλεγε· Ἀβραὰμ ἐπεθύμει τὴν ἡμέραν μου ἰδεῖν, καὶ εἶδε καὶ ἐχάρη, τὴν τοῦ πάθους δηλαδὴ ἐν τῷ τύπῳ Ἰσαάκ, ἐν ὄρει τῷ ἁγίῳ. Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς προτυπώσας ἡμῖν πάντα πρὸς σωτηρίαν ἐν ταῖς ἁγίαις γραφαῖς, καὶ ἐλθὼν ἐπλήρωσε τοὺς λόγους τῶν προφητῶν, καὶ ἀνῆλθεν ἐν δόξῃ πρὸς τὸν αὐτοῦ πατέρα, ἵνα ἐν παντὶ τόπῳ προσκυνῶμεν τῷ πατρὶ σὺν υἱῷ καὶ τῷ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

bat. Propterea clamat Isaias, dicens: *sicut ovis ad occisionem ductus est, sine voce.* Rursus autem Dominus dicebat ad Judæos: *Desiderabat Abraham videre diem meum, & vidit, & gavisus est*: diem scilicet passionis in figura Isaac, super montem sanctum. Benedictus Deus, qui cuncta nobis ad salutem præfigurat in scripturis sanctis, venientsque, sermones implevit Prophetarum, & in majestate ad suum ascendit Patrem: ut omni in loco adoremus Patrem cum Filio & Spiritu sancto, in secula. Amen.

Isai. 53.

Joan. 8.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΠΡΟΦΗΤΗΝ ΔΑΝΙΗΛ, ΚΑΙ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΑΓΙΟΥΣ ΤΡΕΙΣ ΠΑΙΔΑΣ. ΚΑΙ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΛΕΓΟΝΤΑ, Ο ΚΑΙΡΟΣ ΠΟΝΗΡΟΣ ΕΣΤΙ, ΣΩΘΗΝΑΙ ΟΥ ΔΥΝΑΜΑΙ.

Ejusdem Sermo in Danielem Prophetam, et in sanctos tres Pueros. Et in eum qui dicit: Tempora mala sunt, salvari nequeo.

Φερε δὴ, θεασκεψώμεθα τὰ κατὰ τὸν προφήτην Δανιὴλ καὶ τοὺς ἁγίους παῖδας. Οἱ ὅσοι ἦτοι ὑπῆρχον ἐν ταῖς ἡμέραις, ἐν αἷς παρέδωκε Κύριος τὴν Ἱερουσαλὴμ, διὰ ἁμαρτίαν τοῦ λαοῦ, εἰς χεῖρας Ναβουχοδονόσορ βασιλέως Βαβυλῶνος. Προσεῖχον δὲ ἑαυτοῖς ἀσφαλῶς, ἐκ νεαρᾶς ἡλικίας· ὅθεν ἐν τοσούτοις ποικίλοις πειρασμοῖς καὶ θλίψεσι, δόκιμοι ἀνεφάνησαν. Οἵους δὲ πόνους ἀπήντλησαν ἐν τῇ συγχύσει τῇ γενομένῃ ἐν ἐκείνῃ τῇ αἰχμαλωσίᾳ οἱ θεοφιλεῖς ἦτοι παῖδες, πρῶτον μὲν θεασάμενοι τὸν ἐκλεκτὸν λαὸν ὑπὸ Ἀσσυρίων ἀνηλεῶς πορθούμενον; Φησὶν γὰρ Ἱερεμίας· πρόσωπον Ἱερέως οὐκ ἔλαβον, πρεσβύτῃ οὐκ ἠλέησαν· ἄρχοντες ἐν χερσὶν ἐκρεμάσθησαν, καὶ νεανίσκοι ἐν ξύλοις ἠσθένησαν· καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ θεωροῦντες τὴν ἁγίαν πόλιν ὑπὸ ἀνόμων ἐρημουμένην, καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ ἱερὸν πυρὶ καταφλεχθὲν, καὶ τὰ ἅγια σκηνὴν ὑπὸ ἀνόμων χειρῶν ψηλαφώμενα, καὶ ἐν εἰδωλείοις ἀνατιθέμενα, καὶ τοὺς προφήτας ἐν πέδαις σιδηραῖς δεδεμένους, οὐκ ἀπέστη εἰς τὰ ὀπίσω ἡ καρδία αὐτῶν, ἡ κατελάλησαν τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἐδίστασαν· καθώς τις πού λέγει· Ἰδοὺ αὕτη ἡ κακία τοῦ Κυρίου· τί ὑπομένω τῷ Κυρίῳ ἔτι; Εἶτα ἤγοντο λοιπὸν ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ· ἀφάτου δὲ αὐτοὺς κάματος ἄμετρος ἐν τῇ ὁδοιπορίᾳ· ὑπομένουσι. κακουχίαν καὶ γυμνότητα καὶ λιμὸν, ἀφ' τὸ μὴ ἀλισγηθῆναι τοῖς ἀθεμίτοις. Εἶτα ἤχθησαν εἰς Βαβυλῶνα· ἀφάτου δὲ αὐτοὺς ἕτερος

Age jam, contemplemur Danielis Prophetæ, & sanctorum Puerorum gesta; quales hi sancti exstiterint in diebus illis, quando tradidit Dominus civitatem Hierusalem propter peccata populi in manus Nabuchodonosor Regis Babyloniæ. Attenderunt autem hi sibi ab ineunte ætate tuto: quare & in tantis adeoque variis periculis atque vexationibus probi sunt reperti. Cujusmodi enim non exantlarunt labores in confusione facta in illa captivitate, pueri illi adeo pii ac Deum amantes? Et primum quidem spectantes electum populum ab Assyriis ita crudeliter divexari: ait quippe Hieremias: *Faciem sacerdotis non susceperunt, senis non miserti sunt: principes manibus suspensi sunt, & pueri in lignis infirmati sunt*: & quæ sequuntur. Cernentesque sanctam civitatem ab iniquis vastatam, & Dei templum igne combustum, & vasa sancta iniquorum manibus contrectata, ac in idolorum fanis reposita, prophetasque vinculis ferreis constrictos: non tamen ob hæc cor eorum conversum est retrorsum, nec sunt obloquuti Deo, neque vacillarunt: sicut quidam alibi ait: *Ecce hoc malum a Domino est: quid amplius exspectabo a Domino?* Postea adhuc captivi ducti, immensum per viam coguntur subire laborem: dum ærumnas in ea varias cum nuditate patiuntur, famemque tolerant, eo quod se ab illicitis prorsus pollui nollent. Sub hæc in Babylonem ducti, aliud eos certamen

Thren. 4.

4. Reg. 6.

tamen manet. Fit electio selectissimorum puerorum, ut habet scriptura, inter quos connumerati sunt Daniel, Ananias, Azarias, & Misaël. Cæterum honestatis inimicus conspiciens neque in obsidione sanctæ civitatis eos se voluisse abstrahere a Domino, neque in via ut esu se contaminarent, illos inducere potuisse; in cor impii Regis se immittit, suadetque, ut per singulos dies Rex constituat eis annonam de cibis suis, & de vino unde bibebat ipse, sicque eos enutriat annis tribus, ut scilicet & per tyrannidem illos compelleret vesci cibis illicitis. Et vide hic malignitatem Draconis: quandoquidem non ad diem unum, neque ad mensem dierum constituit præfinitum tempus: verum ad tres usque annos prorogavit certamen, ut partim timore, partim temporis diuturnitate tandem substerneret amatores divini cultus. Verum hi neque in illo virilem suum animum deposuerunt, neque patriam legem erubuerunt, rogantes clanculum eunuchorum præfectum, ut ipsis legumina dentur ad vescendum, ne polluantur de mensa Regis, non timentes periculum, quod nisi paruissent, aut si repugnassent, imminebat. Deinde, licet princeps eunuchorum adduci nequiret, ut legumina ad vescendum suppeditaret; non tamen ideo a pietatis scopo recesserunt. Dominus enim glorificantes ipsum glorificat & magnificat; volensque ad illustriora adhuc certamina eos reservare, disponit ac præparat Amelsad, quem constituerat princeps eunuchorum super eos, ut daret iis sicut postulaverant. Et ut cognoscas Dei illud opus fuisse quod fiebat; comperti sunt & illustriores exteriori corporis forma atque aspectu, & in omni disciplina ac sapientia magis instructi præ omnibus iis qui vescebantur cibo regio. Quod si meticulosi aut impotentes animi fuissent, nonne hujusmodi usurpassent verba: Quid agendum fratres? nos constringit necessitas, comminationes mortis a rege intentantur: quid nobis per inobedientiam tormenta comparamus? Deo sic visum est, qui dum contuetur vim nobis illatam, etiam nobis transgredientibus propter necessitatem ignoscet. Extra patriam versamur, in servitutem redacti sumus, regionem nostram perdidimus propriis ejecti sedibus! quod si dura hac educatione morbo aliquo corripiamur, quis nostri curam geret, aut nos visitabit? Non præsto nobis erit pater, non fratres, non propinqui, à quibus solatium accipiamus in nostris angustiis: omnes ad egestatem & in servitutem redacti, apud gentem premimur alienam. Nullum plane secundis rebus utentem videmus, præter eos dumtaxat, qui sunt regiæ mensæ participes: quin & nos

A ρος ἀγών. γίνεται ἐκλογὴ τῶν παιδαρίων, κατὰ τὸ Γραφὴν, ἐν οἷς σωαριθμεῖται Δανιὴλ, Ἀνανίας, Ἀζαρίας, καὶ Μισαήλ. Ὁ δὲ τῶν Μισόπαλος, θεασάμενος ὅτι οὐδὲ ἐν τῇ πολιορκήσει τὰ ἁγίας πόλεως ἴσχυσεν ἀποστῆσαι αὐτοὺς ἀπὸ Κυρίου, οὐδὲ κατὰ τὴν ὁδὸν ἔπεισε μιαροφαγῆσαι, εἰσέρχεται εἰς τὴν καρδίαν τοῦ ἀνόμου βα-
B σιλέως, καὶ πείθει αὐτὸν, ὥστε ἐκτάξαι αὐτοῖς τὰ ἡμέρας καθ' ἡμέραν ἀπὸ τῆς τραπέζης αὐτοῦ, καὶ ἀπὸ τοῦ οἴνου τοῦ πότου αὐτοῦ ἐκθρέψαι αὐτοὺς ἔτη τρία· ἵνα καὶ διὰ τῆς τυραννίδος πείσῃ αὐτοὺς τῶν ἀθεμίτων ἀπογεύσασθαι. Καὶ ὅρα κακοτεχνίαν τοῦ Δράκοντος, ὅτι οὔτε εἰς μίαν ἡμέραν, οὔτε ἕως μηνὸς ἡμερῶν ἔρησε τὴν προθεσμίαν, ἀλλ' ἕως ἐτῶν τριῶν παρέτεινε τὸν ἀγῶνα, ἵνα τῷ φόβῳ καὶ τῷ χρόνῳ καταβαλῃ τοὺς
C ἐραστὰς τῆς εὐσεβείας. οἱ δὲ μηδὲ ἐν τούτῳ δειλανδρήσαντες, μηδὲ ἐπαρχωθέντες τὸν πατρῷον νόμον, ἠξίουν ἀφανῶς τὸν ἀρχιευνοῦχον δοθῆναι αὐτοῖς σπέρματα εἰς τὸ μὴ ἀλισγηθῆναι τῇ τραπέζῃ τοῦ βασιλέως, ὑ φοβηθέντες τὸν κίνδυνον τῆς ἀκοῆς καὶ ἀντιθέσεως. Εἶτα τοῦ εὐνούχου ἀπειθήσαντος πρὸς τὴν χορηγίαν τῶν σπερμάτων, οὐκ ἀπέστησε τοῦ σκοποῦ τὴν φιλοθεΐας.
D Ὁ δὲ Κύριος, ὁ τοὺς δοξάζοντας αὐτὸν δοξάζων καὶ μεγαλύνων, εἰς λαμπροτέρους ἀγῶνας φυλάξαι αὐτοὺς βουλόμενος, παροξύνει τὸν Ἀμελσαὰδ, ὃν κατέστησεν ὁ ἀρχιευνοῦχος ἐπ' αὐτοὺς, δοῦναι αὐτοῖς τὰ ἄρτια αὐτῶν. Καὶ ἵνα γνῶς, ὅτι ἔργον Θεοῦ ἦν τὸ προτεθὲν, τῶν ἐθιόντων ἐν τῇ βασιλικῇ τραπέζῃ, καὶ ἐν τῇ γραμματικῇ σοφίᾳ καὶ ἐν τῇ ἔξω μορφῇ πυρεθησαν
E λαμπρότεροι. Εἰ γὰρ ἦσαν δειλανδροι, καὶ δίψυχοι, τούτοις ἂν ἐχρήσαντο τοῖς λόγοις· τί ποιήσομεν, ἀδελφοί; ἀνάγκη ἡμᾶς κατέλαβε, βασιλικὴ ἀπειλή ἐστι θανάτου; τί ἑαυτοῖς προξενοῦμεν βασάνους διὰ τὴν ἀπειθείας; Θεὸς οὕτως ηὐδόκησεν. ὁρᾷ δὲ αὐτὸς τὴν βίαν, ὧν πάσχομεν· ὅθεν καὶ συγγνώσεται ἡμῖν διὰ ἀνάγκην ποιουμένοις. ἐν ἀποικίᾳ ἐσμὲν, εἰς δουλείαν κατεχόμε-
F θα, τὴν ἑαυτῶν χώραν ἀπολέσαμεν. Εἰ δὲ καὶ συμβῇ ἡμῖν μαλακία, διὰ τὴν σκληραγωγίας, τίς ὁ ἐπιμελούμενος ἢ ἐπισκεπτόμενος; οὐκ ἔστιν, ὁ πατὴρ, ὁ μήτηρ, οὐκ ἀδελφοὶ, ὁ ἡμῖν ὑπάρχει, ὃς δώσει φανῆναι ἡμῖν ἐν θλίψει. πάντες γὰρ ἄποροι, καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ γῇ, εἰς δούλους κατεχόμενος. Οὐδένα αὐτῶν θεωροῦμεν ἡμερούμενα, ἢ μόνον τοὺς κοινωνήσαντας τῆς βασιλέως τραπέζης. ἡμεῖς δὲ καὶ θανόντες οὐδὲ

οὐδὲ ταφῆς ἀξιώμεθα, ἀλλὰ κυσὶ βορὰ ῥιφήσε- A & nos mortuos ne sepultura quidem dignabuntur, sed canibus devoranda nostra corpora projicientur. Verum nihil horum apud se cogitarunt Dei servi; neque etiam, quod tantopere escam leguminum appeterent, hanc sibi delegerunt diætam: sed quod pro veritate certamen subirent. Tu igitur discerne mihi gloriam eorum, qui regio cibo ac pretioso vino satiati sunt, & pro veritate laborare noluerunt; ab his, qui delicias vitæ hujus à se propulsarunt, & labores pro veritate subierunt: quibuscum partem dignetur largiri nobis Dominus una cum omnibus Sanctis suis. Amen.

ται ἡμᾶς τὰ σώματα. Ἀλλ' οὐδὲν τούτων ἐνενόησαν οἱ τοῦ Θεοῦ δοῦλοι, ἀλλ' οὐδὲ τῆς βρώσεως τὸ περιττὸν διελογίσαντο, ταύτην ἀν ἐπελέξαντο τὴν δίαιταν· ἀλλ' ἵνα ἀγωνιζόμενοι τοῦ θυμοῦ παθεῖν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας. Σὺ οὖν μάθε μου τὴν δόξαν τῶν ἐμφορηθέντων τῆς βασιλικῆς τραπέζης καὶ τοῦ διαφόρου οἴνου, καὶ πονεῖν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας μὴ βουληθέντων· καὶ τὰ ἡδέα τοῦ βίου ἀποσεσαμένων, καὶ πόνους ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ὑπομεινάντων· μεθ' ὧν ὁ Κύριος ἀξιώσῃ ἡμᾶς ἔχειν τὴν μερίδα, σὺν πᾶσι τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ. Ἀμήν. B

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΟΚΤΩ ΛΟΓΙΣΜΩΝ.

De octo Cogitationibus.

Γίνωσκε, τέκνον, ὅτι ὀκτώ εἰσιν οἱ λογισμοὶ, πάντες οἱ τὰ κακὰ ἐνεργοῦντες· γαστριμαργία, πορνεία, φιλαργυρία, θυμός, λύπη ἄκαιρος, ἀκηδία, κενοδοξία, καὶ ὑπερηφανία. Σὺ δέ, τέκνον, ἐὰν θέλῃς νικῆσαι τὴν γαστριμαργίαν, ἀγάπα τὴν ἐγκράτειαν, καὶ ἔχε τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ, καὶ νικᾷς. Ἐὰν θέλῃς νικῆσαι τὴν πορνείαν, ἀγάπα τὴν ἀγρυπνίαν καὶ τὴν δίαιταν, καὶ ἐνθυμοῦ τὸν θάνατον, καὶ μηδέποτε συντύχῃς μετὰ γυναικός, καὶ νικᾷς.... Ἐὰν θέλῃς νικῆσαι τὸν θυμόν, κτῆσαι πραότητα καὶ τὴν μακροθυμίαν, καὶ ἐνθυμοῦ πόσα κακὰ ἐποίησαν οἱ Ἰουδαῖοι τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν· καὶ ὁ Φιλάνθρωπος οὐκ ὠργίσθη αὐτοῖς, ἀλλὰ μᾶλλον ηὔχετο ὑπὲρ αὐτῶν, καὶ ἔλεγε, Πάτερ, ἄφες αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην, οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσιν. Ἐὰν θέλῃς νικῆσαι τὴν ἄκαιρον λύπην, μηδέποτε λυπηθῇς διά τι ποτὲ πρόσκαιρον πρᾶγμα· καὶ ἐὰν δαρῇς, ἢ ἀτιμασθῇς, ἢ διωχθῇς, μὴ λυπηθῇς, ἀλλὰ μᾶλλον χαῖρε. τότε μόνον λυποῦ, ὅταν ἁμαρτήσῃς· ἀλλὰ καὶ τότε συμμέτρως, ἵνα μὴ πέσῃς εἰς ἀπόγνωσιν καὶ ἀπολεσθῇς. Ἐὰν θέλῃς νικῆσαι τὴν ἀκηδίαν, κάμνε τί ποτε μικρὸν ἐργόχειρον, ἢ ἀναγίνωσκε, καὶ εὔχου πυκνά. Ἐὰν θέλῃς νικῆσαι τὴν κενοδοξίαν, μὴ ἀγάπα τοὺς ἐπαίνους, μηδὲ τὴν πρωτοκαθεδρίαν· μᾶλλον δὲ ἀγάπα, ἵνα σε ψέγωσι ψευδόμενοι καὶ ἀτιμάζωσι· καὶ πράζε καὶ τὸν ἑαυτὸν σου παντὸς ἁμαρτωλοῦ ἁμαρτωλότερον. Ἐὰν θέλῃς νικῆσαι τὴν ὑπερηφανίαν, εἴ τι ἂν ποιήσῃς, μὴ λέγε, ὅτι ἢ ἀπὸ ἰδίου μου κόπου νῦν, ἢ ἀπὸ ἰδίας ἀνδρείας· ἀλλὰ κἂν νηστεύῃς, κἂν ἀγρυπνῇς, C

SCias, fili, quod octo sunt cogitationes, quæ omnes mala operantur: Gula, Fornicatio, Avaritia, Ira, Tristitia intempestiva, Desidia, inanis gloria, & Superbia. Tu vero, fili, si velis gulam vincere, dilige temperantiam, & habe timorem Dei, & vinces. Si velis vincere fornicationem, dilige vigilantiam, & sitim, & mortem cogita, & nequaquam cum muliere versaris, & vinces. . . . . Si velis iram vincere, posside mansuetudinem, & longanimitatem, & cogita quanta mala fecerunt Judæi adversus Dominum nostrum Jesum Christum, & ipse pro sua clementia non fuit illis iratus, sed potius pro ipsis rogavit, dicens: *Pater, dimitte illis hoc peccatum: non enim sciunt quid faciunt*. Si velis vincere intempestivam tristitiam, ne unquam mœreas propter quodlibet tempestivum opus; & licet vapules, aut dedecore sive persecutione afficiaris, ne tristeris, sed potius gaude. Tunc solum tristare, quum peccaveris; sed & tunc moderate, ne incidas in desperationem, & pereas. Si velis vincere acediam, labora interdum circa aliquod opus manuum, aut lege, aut precare frequenter. Si velis vincere vanam gloriam, ne diligas laudes, neque primas sedes; potius autem dilige, ut te vituperent mentientes, & contemnentes, & elata voce dic te ipsum omnium peccatorum iniquissimum. Si velis vincere superbiam, quum quid feceris, ne dixeris, quoniam meo proprio labore perfectum est, seu propria virtute: verum etsi jejunaveris, etsi vi- D E F

Desunt non nulla;

Luc. 23.

gilaveris, etsi humi cubaveris, etsi psalmos cecineris, etsi ministraveris, etsi multas pœnitentias egeris, dic, Dei auxilio, & protectione omnia esse perfecta; non vero ex meis viribus, meaque diligentia. Cura, fili, ut semper sis simplex, & innocens. Neque habeas aliud in corde, aliud in ore tuo: hæc enim fallacia est. Esto verax, & non mendax, quia mendacium ex malo est. Ne reddas unquam malum pro malo, sed quum te quispiam malo affecerit aliquando, ignosce illi, ut & tibi ignoscat Deus. Quum te vexaverit injuriarum recordatio, ex toto animo ora pro illo fratre, & injuriæ memoria recedet. Vide ne suscipias affectionem invidiæ, ne te viventem diabolus absorbeat; imo potius factum celebra, & precare Deum, ut liberet te à periculo ejusmodi. Si videris aliquem peccantem, ne obloquaris, neque illum condemnes, neque odio prosequaris, ne cadas & tu in idem peccatum: potius autem dic, quoniam ego deterior sum, & quoniam hodie ipse, & ego cras. Scias dæmones timere Monachi jejunium, vigilias, continentiam, humilitatem, orationes, lacrymasque, & reliquas virtutes. Si velis ut largiatur tibi Deus lacrymas, contritionem, indolentiam, memento ubique mortis, & tuæ sepulturæ. Si a diabolo deceptus fueris, & in peccatum cecideris sive parvum, sive magnum, ne in desperationem ruas, & pereas; sed confuge ad Confessionem, & ad pœnitentiam, & Deus te non aversabitur.

Joan. 8.

De Perfectione Monachi.

PUgnans in potentes, ne ruas contra ipsos inordinate more juniorum. Ne circumeas moderate, sed severe. Erga vanos sermones ne indulgenter te geras. Ad narrationem affectionibus obnoxiam ne sedeas. In risum ne extollaris, & ne semines in te socordiam. Facetiis ne delecteris, ne in elationem vertaris. In urbis viis ne sis frequens, ne male affectus discedas. Odio habeto multorum consuetudinem, quia turbationem animæ præbet. Dilige silentium, ut in te conscientia sit,

πνῆς, κἂν χαμαικοιτῆς, κἂν ψάλλῃς, κἂν ἀγακονῆς, κἂν μετανοίας πολλὰς ποιῆς, λέγε ὅτι ἐκ τῆς σῆ Θεῆ βοηθείας; καὶ ἀντιλήψεως ἤνωται· οὐχὶ δὲ ἐκ τῆς ἐμῆς δυνάμεως, οὐδὲ ἐκ τῆς ἐμῆς σπουδῆς. Σπούδασον, τέκνον, ἵνα ὑπάρχῃς πάντοτε ἁπλῆς καὶ ἄκακος· καὶ μὴ ἔχε ἄλλα εἰς τὴν καρδίαν σε, καὶ ἄλλα ἐν τῷ στόματί σε. τῆτο γὰ δολιότης ἐστί. Γίνε ἀληθινὸς καὶ μὴ ψεύστης, διότι τὸ ψεῦδος ἐκ τῆ πονηρῆ ἐστι. Μὴ ἀπόδος ποτὲ κακὸν ἀντὶ κακῆ, ἀλλ' ἐάν σε κακοποιήσῃ τις κακόν ποτε, συγχώρησον αὐτῷ, ἵνα καί σοι συγχωρήσοι ὁ Θεός. Ἐάν σε πολεμῇ ἡ μνησικακία, βύχε ἐξ ὅλης ψυχῆς ὑπὲρ τῆ ἀδελφῆ ἐκείνε, καὶ ἀναχωρῇ ἡ μνησικακία. Βλέπε, μὴ ὑποδέξῃ τὸ πάθος τῆ φθόνε, ἵνα μή σε καταπίῃ ὁ Διάβολος ζῶντα· ἀλλὰ μᾶλλον ἐξαγόρβυε τὸ πρᾶγμα, καὶ παρακάλει τὸν Θεὸν, ἵνα σε λυτρώσοι ἐκ τῆ τοιάτε κινδύνε. Ἐὰν ἴδῃς τινὰ ἁμαρτάνοντα, μὴ καταλαλήσῃς, μηδὲ καταχρίνῃς αὐτὸν, μηδὲ μισήσῃς αὐτὸν, ἵνα μὴ πέσῃς καὶ σὺ εἰς τὸ αὐτὸ ἁμάρτημα· μᾶλλον ὃ λέγε, ὅτι ἐγὼ χεῖρόν εἰμι· καὶ, ὅτι σήμερον αὐτὸς, κἀγὼ αὔριον. Γίνωσκε ὅτι φοβῆν καὶ οἱ Δαίμονες τὴν μονάχε τὴν νηστείαν, τὴν ἀγρυπνίαν, τὴν ἐγκράτειαν, τὴν ταπείνωσιν, τὰς δάχας, & τὰ δάκρυα; καὶ τὰς λοιπὰς ἀρετάς. Ἐὰν θέλῃς, ἵνα σοι χαρίσῃ ὁ Θεὸς δάκρυα, καὶ κατάνυξιν, καὶ ἀπάθειαν, μνημόνυε τὸν θάνατον καὶ τὸν τάφον σε πάντοτε· Ἐὰν ἐκ τῆ Διαβόλου πλανηθῇς, καὶ πέσῃς εἰς ἁμαρτίαν, ἢ εἰς μικρὰν ἢ εἰς μεγάλην, μὴ ἔλθῃς εἰς ἀπόγνωσιν, καὶ ἀπολεσθῇς, ἀλλὰ δράμε εἰς ἐξαγόρβυσιν, καὶ εἰς τὴν μετάνοιαν, καὶ ὁ Θεὸς ὀκ ἀποστρέφεταί σε.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΕΛΕΙΟΝ ΕΙΝΑΙ ΤΟΝ ΜΟΝΑΧΟΝ.

ΕΙς μάχην δυνατὴν μὴ γίνε κατ' αὐτῆν εἰς ἀταξίαν νεωτέρων. Μὴ περιέλθῃς ὀπαικῶς, ἀλλ' αὐστηρῶς. Εἰς λόγες κενὲς μὴ δίδου ἄνεσιν. Εἰς δυσωπίαν ἐμπαθῆ μὴ καθέζε. Εἰς γέλωτα μὴ ἐπαίρε· καὶ ἐὰν μὴ ἀσείρῃς ἐν σοὶ ῥαθυμίαν. Εὐτραπέλοις μὴ χαῖρε, ἵνα μὴ εἰς μετεωρισμὸν ἐκτραπῇς. Ὁδοῖς πόλεως μὴ πύκναζε, ἵνα μὴ ἐμπαθὴς ἀποβῇς. Μίσει τῶν πολλῶν τὰς συνοσίας, ὅτι σύγχυσιν τῇ ψυχῇ παρέχυσιν. Ἀγάπησον σιωπὴν, ἵνα ᾖ ἐν σοὶ

σοὶ ἡ σωφέδησις, ὡς διδάσκαλος. Φεῦγε πολυλογίαν, ἵνα μὴ γένῃ ἐπιλήσμων. Ἀπόδραθι τὰ συμπόσια, ἵνα μὴ γένῃ πόρνος δίχα γυναικῶν. Παραυτῦ τὰς φιλίας σωτυχίας, ἵνα μὴ κείτης κατοχῆς ἄδικος. Ἄνθ τ αὐτῦ ἡδυσίας, ἀποποιῦ τὰς τ γυναικῶν ὁμιλίας, ἵνα μὴ γ τ ὕπνον ἔχῃς ἐμπαθῆ. Μὴ ἔθιε σωφαγεῖν, ἵνα μὴ σκοτίσῃ σε τ διάνοιαν. Μὴ πολλὰ μεταλάμβανε, ἵνα μὴ πηλὸν ποιήσῃς τ σάρκα σε. Ἀπέχε μνήμης ἐδεσμάτων ἀδοξέων, ἵνα μὴ γένῃ γ πονηρίας ἄθεσπος. Ἰδίαζε τὰ πολλὰ, ἵνα ὅταν σωτύχῃς, μάθῃς ἑκατέρων τ ὠφέλειαν. Μὴ πᾶσι θάῤῥει· πᾶσι δ τοῖς θέλουσι σωτύγχανε. Μὴ πάρελκε τὰς σωτυχίας, ἵνα μὴ ἐπιλάθῃς τ ἡσυχίας. Μὴ ἐκτείνῃς τὰς ὁμιλίας, ἵνα μὴ ζημιωθῆς τ συνομιλίας τ Θεῦ. Ἐὰν μὴ προσπίπῃς Θεῷ ἀναγίνωσκε ἐν ἡσυχίᾳ. Ὅτε ἄρξῃ γραφῶ Θεῦ, ὡς μέλλων διηγεῖσθαι ἃ ἤκουσας, φρόντισον.

A sit, ut Magister. Fuge loquacitatem, ut ne fis oblivioſus. Evita convivia, ne fornicator fias abſque mulieribus. Rejice ſuperfluos congreſſus, ne judex conſtituaris injuſtus. Sine tui ipſius libertate, ſubmove mulierum colloquia, ne in ſomnum cadas malæ affectionis. Ne frequenter comedas, ne tua mens obſcuretur. Ne multarum rerum particeps fias, ut ne lutum efficias carnem tuam. Abſtine à recordatione eduliorum exquiſitorum, ne evadas helluo iniquitatis. Solus eſto quam frequenter, ut, quando cum aliis verſatus fueris, utrobique utilitatem addiſcas. Ne omnibus fidas, cum omnibus autem volentibus verſare. Ne diu extrahe colloquia, ne obliviſcaris ſilentii. Ne protrahe ſermones, ne in pœnam Dei conſortio priveris. Niſi ſupplex Deum adoraveris, lectioni in ſilentio operam da. Quum cœperis de Deo ſcribere, ſtude, ut ea quæ audiviſti narraturus.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΜΦΥΣΗΜΑΤΟΣ.

De Inspiratione.

Οὕτως ἐστὶν ἡ ψυχὴ ἐν τῷ σώματι, ὡς δεσμὸς φυσικὸς δυσλύτος. Ὁ δὲ χωρισμὸς αὐτῆς δηλοῖ τὸν δεσμόν, ὅτι ἀφίησι τὸ πλάσμα ὁλόκληρον, ἵνα δείξῃ ὅτι οὐχ ὡς μέρος σαρκός ἐστιν, οἰκείαν δὲ ἔχει ὑπόστασιν. Οὕτως ἐν πᾶσιν ἐνεργεῖ, ὡς ἄρχουσα τ σώματος. Οὕτως ἐνεργεῖ τ ζωὴν ἐν σαρκὶ, ὡς φυσικῷ κρατυνθὲν δεσμῷ. Οὐ χρήζει φαγεῖν, ἀνθ δὲ αὐτῆς ἡ δυνατὴ ἡ σὰρξ ἐσθιᾶσαι. Οὐ γάρ ἐστιν ἄλλη ψυχὴ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς ἐνεργοῦσα, ἑτέρα δὲ ἐν τοῖς νοητοῖς. Συγγενὴς ἡ ψυχὴ, ἀλλ' οὐ σπέρματι. σωκτίσθη τῷ σώματι, ἀλλ' οἰκείαν ἔχουσα ὑπόστασιν. ἡ γὰρ φύσις ἐστὶν ὁ δεσμός· εἴ τις ἐν τῷ σώματι συναίρεται, ἡ τ ψυχῶ συγκτιζομένῳ κρατεῖ. Ὁ μὲν πόρος ἐκ σπορᾶς· ἡ δὲ πλάσις τ ἀνθρώπου, ἐκ Θείου Πνεύματος. Τότε συγκτίζεται ἡ ψυχὴ, ὅτε καὶ τὸ σῶμα τ ἀνθρώπου εἰκόνα λαμβάνει, εἰς ἀποδιάκρισιν τ συγκεχυμένου σπέρματος. Ἐκτὸς τοῦ εἴδους ἐστὶν ἡ συνουσία· παραχωρεῖ γὰρ τῇ κτίσῃ τ διάπλασιν. Ἄνθ μελῶν τὸ καταβληθέν ἐστι, σὰρξ ἄμορφος. οὐ γὰρ δυνατὸν ἡ φύσις δίχα Θεοῦ παρασῆσαι ἄνθρωπον. Αὐτὸς γὰρ εἶπε τῷ Ἱερεμίᾳ· πρὸ τοῦ σε πλάσαι ἐν κοιλίᾳ, ἐπίσταμαί σε. Τί οὖν ἐστιν ἡ φύσις; Ὕλης μόρφωσις, τὸν Δημιουργὸν προκαλουμένη εἰς χορηγίαν τ ὑποστάσεως,

Ex Cod. Regio. Alexandrino VII. *pag.* 354.

ANima ita eſt in corpore, ut naturale vinculum ſolutu difficile. Ejus autem ſeparatio oſtendit vinculum, quod ſic relinquit integram compoſitionem, ut oſtendat non eſſe tanquam carnis partem, ſed propriam habere ſubſiſtentiam. Ita in omnibus operatur, veluti dominatrix in corpore. Ita vitam in carne operatur, ut naturali vinculo detenta. Non cibi opus habet; ſine ipſa verò caro veſci non poteſt. Non enim eſt alia Anima in ſenſibilibus agens, alia vero in intelligibilibus. Congenita eſt enim Anima, ſed non conſeminata. Cum corpore condita eſt, ſed propriam habet ſubſiſtentiam. Natura enim eſt nexus, quæ in corpore per ſemen infunditur, & Animam una conditam continet. Semen ex copula; ſed hominis formatio ex divino Spiritu. Tunc ſimul creatur anima, quum & corpus hominis imaginem ſuſcipit ad diſcretionem confuſi ſeminis. Extra ſpeciem eſt copula: tribuit enim Creatori formationem. Quod ſine membris immiſſum eſt, caro eſt informis. Non enim poteſt natura ſine Deo hominem conſtituere. Ipſe enim Hieremiæ dixit: *Priuſquam te formarem in utero novi te*. Quid igitur eſt natura? Materiæ conformatio, quæ conditorem ad ſubſiſtentiæ largitionem & divinum Spi-

Hier. I.

ritum ad generis perennitatem invitat. *Gen. 2.* *Inſpiravit Deus in faciem Adæ*. Ex præcipua parte vultus oſtendit animæ dignitatem, quod per ipſum toti præeſt ſubſiſtentiæ. Dixit autem, quod *factus eſt in animam viventem*, ſignificans, tunc eum in animam viventem factum fuiſſe, & non ante aliquod tempus.

Ex Cod. Vat. 1520. pag. 34. Dixit: *Poſuit illum, ut operaretur, & cuſtodiret Paradiſum*, indicans per corpus Animæ operationem. Dixit, *Et dedit ei præceptum de ligno duplici*, ſubindicans, antea nullo modo didiciſſe Animam, *Ex Cod. Vat. 1657. pag. 9.* quid ſit cognitio boni, & mali, quoniam neque erat.

ET ERAT CONDENS CIVITATEM.

Gen. 4. DUas cædes auſus eſt. Aliud enim eſt vir, & aliud adoleſcens. Et occiſorum, inquit, accepit uxores, apud quas id fatetur, quod apud viros non eſt confeſſus. Omnino enim incontinentia per illud tempus dominata eſt, atque aſſiduæ cædes fiebant propter feminas, & ipſas mutantes viros ſine ullo pudore, ita ut & filios Dei ex genere Seth caperent, ut cum ipſis commiſcerentur, ſicut quodam loco ait de Chriſto Evangelium, quod *fuit filius Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei*.

ET VIXIT JARED DUO ET SEXAGINTA &c.

Gen. 5. AUdivi Judaicam hæreſim. Si Deus venit, ut mortem deſtrueret, quomodo Henoch non mortuus eſt, neque Helias; & ſi in Henoch, inquit, deſtructa eſt; major ergo eſt Henoch, & Helias, quam Chriſtus. Et ſi Helias, & Henoch ante Chriſtum Paradiſum habitarunt, & cœlum; quid opus erat, ut Chriſtus reſurgeret, quidve plus Chriſtus præbuit, aut habuit? Breviter dico, Chriſtus propter Adam morti addictum advenit, non Heliæ cauſa, qui ad miniſterium ſervatus fuit. Venit Chriſtus ad diſſolvendum peccati potentiam, non vero propter Henochi naturam, quæ ad oſtendendum Creatorem interim non mortua eſt. Gratia ſervavit Henochum, non ipſius natura mortem vicit. Chriſtus venit per naturam, non per gratiam.

A ςάσεως, καὶ εἰς τ τῦ ἡμῶν Ἀδαμονλὼ τ Θεῖον πνεῦμα. Ἐνεφύσησε ὖ ὁ Θεὸς εἰς τ πρόσωπον τ Ἀδὰμ, ὃ ἐν τῷ κυρίῳ μέρος τ ὄψεως δεικνὺς τ ἀξίωμα τ ψυχῆς, ὅτι ἡγεῖται παρ' αὐτῷ τ ὑποστάσεως. Εἶπε δὲ, ὅτι ἐγένετο εἰς ψυχὴν ζῶσαν, δηλῶν ὅτι τότε ἐγένετο εἰς ψυχὴν ζῶσαν, καὶ ὃ πρὸ χρόνου τινός.

B Εἶπεν, ὅτι ἔθετο αὐτὸν ἐργάζεσθαι, καὶ φιλάττειν τὸν παράδεισον, μηνύων τῷ διὰ σώματος πρᾶξιν τῆς ψυχῆς. Εἶπεν ὅτι καὶ ἐντολὴν διέθετο πρὸς αὐτὸν περὶ τῦ ξύλου τῦ διπλοῦ αἰνιττόμενος ὅτι πρὸ τούτου ἔπωνε ἔμαθε τί ἐστι γνῶσις καλοῦ, καὶ πονηροῦ ἡ ψυχὴ, ἐπεὶ μηδὲ ἦν.

ΚΑΙ ΗΝ ΟΙΚΟΔΟΜΩΝ ΠΟΛΙΝ.

C

ΔΥο φόνους ἐτόλμησε. Ἄλλο γὰρ ἀνὴρ, καὶ ἄλλο νεάνισκος. Καὶ τῶν ἀναιρεθέντων, φησὶν, ἔλαβε τὰς γυναῖκας, πρὸς ἃς ἐξομολογεῖται, πρὸς ἀνδρὰς μὴ ἐξομολογούμενος. Πάντως γὰρ ἀσέλγεια κατ' ἐκεῖνο τῦ καιρῦ κατεκράτησε, καὶ συνεχὴς ἀνδροφονία διὰ τὰς γυναῖκας ἐγίνοντο καὶ αὐτὰς τὰς ἀνδρὰς ἀμειβούσας ἀναιδῶς, ὥστε καὶ τὰς υἱὰς τῦ Θεῦ ἐλεῖν πρὸς τὴν μίξιν τὰς ἐκ τῦ γένους τῦ Σὴθ, ὥς που φησὶ περὶ αὐτῦ τὸ Εὐαγγέλιον, ὅτι ἦν υἱὸς Σὴθ υἱὸς Ἀδὰμ, υἱὸς τῦ Θεῦ.

D

ΚΑΙ ΕΖΗΣΕΝ ΙΑΡΕΔ ΔΥΟ ΚΑΙ ΕΞΗΚΟΝΤΑ. ΚΑΙ Λ.

E

ΗΚουσα Ἰουδαϊκῆς αἱρέσεως λεγούσης· εἰ ὁ Κύριος διὰ τὸ καταργῆσαι τὸν θάνατον παρεγένετο, πῶς Ἐνὼχ οὐκ ἀπέθανεν, οὐδὲ Ἠλίας, ἢ εἰ ἐν τῷ Ἐνὼχ, φησὶ, κατήργητο, ἄρα μείζων ὁ Ἐνὼχ, καὶ ὁ Ἠλίας τῦ Χριστῦ, καὶ εἰ Ἠλίας, καὶ Ἐνὼχ πρὸ Χριστῦ παράδεισον ᾤκησαν, καὶ οὐρανὸν, τίς ἡ χρεία τῆς τῦ Χριστῦ ἀναστάσεως, τίδε πλέον ὁ Χριστὸς παρέσχετο, ἢ ἔσχε. Συντόμως λέγω· ὁ Χριστὸς διὰ τὸν θανατωθέντα Ἀδὰμ παρεγένετο, οὐ διὰ Ἠλίαν τὸν εἰς λειτουργίαν τηρούμενον. Ἦλθεν ὁ Χριστὸς λῦσαι τῆς ἁμαρτίας τὸ κράτος, οὐ μὴν δὲ διὰ τὴν τῦ Ἐνὼχ φύσιν, ἥτις εἰς ἀπόδειξιν τῦ κτίσαντος θεὸς οὐκ ἀπέθανεν. Ἡ χάρις διεφύλαξε τὸν Ἐνὼχ, οὐχ ἡ φύσις αὐτῷ τ θάνατον ἐνίκησεν. Ὁ Χριστὸς ἦλθεν διὰ τὴν φύσιν, οὐ διὰ τὴν χάριν,

χάειν, ἀφ' τῦτο καὶ ἡ φύσις ὑπόκειται τῷ θανάτῳ, ἵνα ὁμοῦ καὶ Ἐνὼχ μετὰ πάντων ἀπολαύῃ τὴν φύσιν τὴν ἀθάνατον ἀφ' Ἰησοῦ Χριστοῦ.

tiam. Idcirco & natura subjicitur morti, ut simul etiam Henochus cum omnibus immortali natura fruatur propter Christum.

ΚΑΙ ΜΕΤ' ΟΛΙΓΑ.

Οὐκ ἀπώλεσε τὸ κράτος ὁ θάνατος τῦ Ἐνὼχ μὴ θανόντος, ἐπειδὴ ἔτι ὑπὸ τὸν θάνατον εἶναι πιστεύεται. οὐ λυπεῖ τὸν θάνατον ἡ τῦ Ἠλίου ζωή. ἡ γὰρ ἐλπὶς τῦ θανεῖν αὐτοὺς τὸν νομὸν αὐτῷ οὐ ποιεῖ ἄκυρον. Ἐπὶ Χριστοῦ ὁ θάνατος σφόδρα λελύπηται, ὅτι ὑπ' αὐτῦ νεκροῦ ἡττήθη ἀναστάντος. Οἶδα τὸν Ἐνὼχ δοῦλον τῆς χάριτος, καὶ αὐτὸν γὰρ ἀπὸ τῦ τῆς ἁμαρτίας χρέους ἠλευθέρωσε.

Ἐνὼχ γέγονεν ἀνὴρ εὐσεβέστατος, καὶ τὸν Ἀδὰμ τὸν προπάτορα ἤλεγξε περὶ τῆς παραβάσεως, καὶ ἐμαρτύρησε τῷ Θεῷ, ὅτι ἃ εἶπε παρείχετο τῷ Ἀδὰμ, εἰ μὴ παρέβη. ἐπειδὴ τῇ πίστει τῆς ἀθανασίας ἔτυχε, καὶ θνητὸς ὤν, οὐκ ἀπέθανε. Πῶς οὖν ὁ Ἀδὰμ ἀπέθανεν; Ἐπειδὴ οὐκ ἐφύλαξε τὴν ἐντολήν. Ἀνθίσαται τοῖς αἱρέσεσιν ὁ δίκαιος τοῖς λεγούσαις, ὅτι ἀδίκως ἐκ τῦ παραδείσου τὸν Ἀδὰμ ἐξέβαλεν. Ἰδὼν γὰρ τὸν Ἐνὼχ δικαίως μετατέθεντα, ἐκ γῆς ταύτης εἰς τὸν παράδεισον εἰσήγαγεν. Εἰ ἀδυνατῶν τὸν Ἀδὰμ ἀπώσατο διὰ παραφάσεως τῦ παραδείσου, πῶς τὸν Ἐνὼχ εἰσήγαγε διὰ τῆς πίστεως, καὶ ἀθάνατον διετήρησεν ἕβδομον ἀπὸ Ἀδὰμ εὑρὼν τὸν δίκαιον εὐαρεστήσαντα.

ET POST PAUCA.

POteſtatem non perdidit mors, quod Henochus non mortuus eſt, quoniam adhuc ſub mortis imperio eſſe creditur. Non offendit mortem vita Heliæ; ſpes enim mortis ipſorum, mortis ditionem non abrogat. Sub Chriſto mors maximo detrimento affecta eſt, quia ab ipſo mortuo victa eſt, quum reſurgeret. Scio Henochum ſervum gratiæ, ipſum enim à peccati debito liberavit.

Henoch fuit vir piiſſimus, & Adamum primum parentem arguit de peccato, & teſtificatus eſt Deo, futurum fuiſſe, ut quæ dixerat, præberet Adamo, niſi peccaſſet; quoniam fide immortalitatem conſecutus eſt, & quum mortalis eſſet, non mortuus eſt. Quomodo igitur Adam mortuus eſt? Quia præceptum non cuſtodivit. Contra hæreſes inſurgit juſtus, quæ dicunt, immerito Adamum ex paradiſo ejectum. Videns enim Henochum juſte viventem, ex terra hac in paradiſum introduxit. Si impotens Adamum ex paradiſo prætextu quodam expulit, quomodo Henochum per fidem introduxit, immortalemque ſervavit ſeptimum ab Adamo, quum eum juſtum reperiſſet ſibique gratum?

ΚΑΙ ΜΕΤ' ΟΛΙΓΑ.

Ἐν τῷ Ἐνὼχ ἔδειξεν ὁ Θεὸς πῶς ἐπὶ τῆς ἀναστάσεως οἱ δίκαιοι τῶν ἁμαρτολῶν χωρίζονται, καὶ ἐν τῷ Ἠλίᾳ πῶς τὰ σώματα ἐν ἀέρι κουφίζονται.

Δύο τέχνας εὑράσθαι τοῖς τότε ἡ γραφὴ εἴρηκε, ψαλτήριον, καὶ κιθάραν, καὶ χαλκείαν χαλκῆ, καὶ σιδήρου· τὴν κιθάραν πρὸς τοὺς κόσμους, καὶ πρὸς πόλεμον τὴν χαλκείαν. καὶ γὰρ ὡς θῆρες ἦσαν πρὸς πρόβατα, μόνον πρὸς τὰς γυναῖκας εἰρήνην ἄγοντες, καὶ ἐν αὐταῖς οὐ τὸν τυχόντα πόλεμον ὑπομένοντες, ἐπεὶ καὶ φόνοις ἀνδρῶν γυνὴ περιεφέρετο, ἡ γὰρ φθορὰ τὴν ἰσχὺν τῦ σώματος ἐν τῇ μοιχείᾳ ἐγύμναζε, καὶ γυναῖκες οὐκ εἶχον ἐν τῇ ἐννοίᾳ

ET POST PAUCA.

IN Henoch oſtendit Deus quomodo in reſurrectione juſti à peccatoribus ſeparantur, & in Helia, quomodo corpora in aere ſublevantur.

Duas artes inventas ab illius ætatis hominibus Scriptura dixit, Pſalterium, & Citharam; & æream ex ære, & ferro. Citharam ad ornatum, & ad bellum æream. Etenim ut feræ erant contra oves, ſolum erga mulieres pacem ſervantes, atque in ipſis non vulgare bellum patientes, quia & virorum cædibus mulier rapiebatur: corruptio enim vires corporis in adulterio exercebat, & mulieres non in pru-

Ex Cod. eodem 1657. pag. 22. Cod. 1520. 63.

entia,

dentia, ſed in multis viris gloriabantur. Adeo etiam ipſæ in furorem actæ erant non minus, quam viri, animis bella inferentes, eorum mortem optabant, qui eas habebant, ut corruptioni furentis in morem operam darent. Creſcebat enim in ipſis intemperantiæ affectio ita, ut Dei filios ad infamem concubitum raperent. Et quiſnam dubitabit hæc quæ diximus, interitum, & mortes fuiſſe ſecutas? Quorſum vero hæc dixi? Ut conſummationem, quæ ſub Noë contigit, oſtenderem, hoc eſt diluvium hac de cauſa immiſſum,

ἐννοίᾳ τὸ καύχημα, ἀλλ' ἐν τῇ πολυανδρείᾳ. Οὕτως καὶ αὐταὶ ἐξεμάνησαν οὐχ ἧσσα τῶν ἀνδρῶν ταῖς ψυχαῖς πολεμοῦσαι τοὺς ἐχόντας αὐτὰς ἤυχοντο θανεῖν, ἵνα τῇ φθορᾷ ἐκμανῶς λειτουργήσωσιν· προέκοπτε γὰρ ἐν αὐταῖς τὸ πάθος τῆς ἀκρασίας τοσοῦτον, ὥστε καὶ τοὺς υἱοὺς τῷ Θεῷ ἐλεῖν πρὸς τὸ μίξιν τὸ ἄτιμον. Τίς ἀπιστήσειε τοῖς εἰρημένοις μὴ ἕπεσθαι τὰς φθορὰς καὶ θάνατον. Καὶ ἵνα τί ταῦτα εἶπον; ἵνα δείξω τὸ σωτέλειαν τὸ ἐπὶ τοῦ Νῶε σύμβασαν, ἤτοι τὸν κατακλισμὸν ἵνα τοῦτο γενόμενον.

EJUSDEM DE PATIENTIA.

QUI Deo placere cupit, ejuſque hæres per fidem evadere, ut & ipſe filius Dei appelletur ex Spiritu ſancto genitus, ante omnia longanimitatem apprehendens ac patientiam, debet fortiter obvias quaſque ſufferre tribulationes, anguſtias atque neceſſitates, ſive corporales morbos ac paſſiones, ſive improperia atque injurias ab hominibus, ſive etiam diverſas inviſibiles anxietates, quæ à ſpiritibus malignis inferuntur animæ, ad impediendam illam, quo minus ingrediatur ad vitam, inducere quoque eam cupientibus in omnem relaxationem atque mollitiem, negligentiam, ac dejectionem animi, oblivionemque ſui, pro ratione divinæ diſpenſationis permittentis ſingulas animas variis probari tribulationibus atque preſſuris: ut appareant qui toto corde & anima Deum diligunt, quique in omnibus quæ à maligno inferuntur, ſtrenuos in perferendo ſe præbent, nec ſpem in Deum abjiciunt; verùm ſemper redemtionem per gratiam in fide ac patientia multa exſpectantes; quamobrem etiam ab omni ſe tentatione expedire poterunt; atque ita promiſſionem adepti, cœleſti regno digni redduntur. Debet igitur anima ſermonem Domini ſequens atque amplectens, crucem ejus ferre quotidie, ſicut ſcriptum eſt: *Qui non accipit crucem ſuam, & venit poſt me, non poterit eſſe meus diſcipulus*. Hoc eſt paratum eſſe ad ſufferendum amore Chriſti tribulationem ac tentationem quamcumque, ſive manifeſtam ſive occultam, & ſpe a Deo ſemper aptum eſſe atque pendere: quoniam in ejus poteſtate eſt, ut affligatur anima, ſi permittatur ab eo, & ut omni tentatione atque anguſtia per eum liberetur. Si porro fortiter ſtrenueque non perfert, ſuſtinendo quamlibet tentationem ac tribulationem; verum triſtatur ac tædio afficitur, indignatur

Matth. 10. *Marc.* 8. *Luc.* 9.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΕΡΙ ΥΠΟΜΟΝΗΣ.

Ὁ βαλόμενος Θεῷ εὐαρεστῆσαι, καὶ κληρονόμος Θεοῦ διὰ πίστεως γενέσθαι, ἵνα καὶ αὐτὸς υἱὸς Θεοῦ προσαγορευθῇ, γνησθεὶς ἐκ Πνεύματος ἁγίου, πρὸ πάντων τὴν μακροθυμίαν καὶ τὴν ὑπομονῆς ἐραξάμενος, ὀφείλει πᾶς ἀπαντῶσας θλίψεις, στενοχωρίας τε, καὶ ἀνάγκας γναμῶς ὑποφέρειν, ἤτοι σωματικὰς νόσους καὶ πάθη, ἤτοι ὀνειδισμοὺς καὶ ὕβρεις ἀπὸ ἀνθρώπων, ἤτοι ἀοράτους θλίψεις διαφόρους, πᾶς ἐπαγομένας τῇ ψυχῇ, ἀπὸ τῆς τῆς πονηρίας πνευμάτων, πρὸς τὸ ἐμποδίσαι αὐτὴν εἰς τὸ ζῶν εἰσελθεῖν, εἰς χαύνωσιν καὶ ὀλιγωρίαν καὶ ἀνυπομονησίαν ἀπαγαγεῖν βουλομένων· κατ' οἰκονομίαν τοῦ Θεοῦ, συγχωροῦντος ἑκάστῃ ψυχῇ δοκιμασθῆναι ἐν διαφόροις θλίψεσιν, ἵνα φανερωθῶσιν οἱ ἐξ ὅλης ψυχῆς ἀγαπῶντες τὸν Θεὸν, εἰ πάντα τὰ ὑπενεγκόμενα ἀπὸ τοῦ Πονηροῦ γναμῶς ὑποφέρουσι, καὶ τὴν ἐλπίδα τοῦ Θεοῦ οὐκ ἀφίσανται, ἀλλὰ πάντοτε τὸν λυτρωτὴν, διὰ τὸ χάριτος ἐν πίστει καὶ ὑπομονῇ πολλῇ ἐκδεχόμενοι· διὸ καὶ ἐξελθεῖν δυνήσονται πάντα πειρασμὸν, καὶ ὅτως τὴν ἐπαγγελίας τυχόντες, ἄξιοι τῆς βασιλείας καθίσανται. Ὀφείλει οὖν, ψυχὴ, ἐν τῷ λόγῳ τοῦ Κυρίου καπακολουθοῦσα, τὸν σταυρὸν αὐτοῦ καθ' ἡμέραν ἄρειν, ὡς λέγεται· τοῦτ' ἔστιν, ἑτοίμως ἔχουσα ὑπομένειν διὰ Χριστὸν πᾶσαν θλῖψιν ἢ πειρασμὸν, ἤτοι φανερὸν, ἤτοι κρυπτὸν, καὶ εἰς τὸν Κύριον ἀπερείσασθαι τῇ ἐλπίδι πάντοτε, ὅτι ἐν ἐξουσίᾳ αὐτοῦ ἐστιν. καὶ τὸ θλιβῆναι τὴν ψυχὴν δυσχερανθεῖσαν ὑπ' αὐτοῦ, καὶ τὸ λυτρωθῆναι πάντος πειρασμοῦ καὶ θλίψεως δι' αὐτοῦ. Εἰ δὲ μὴ ἀνδρίζεται, καὶ γενναίως φέρει ὑπομένουσα πάντα πειρασμὸν καὶ θλῖψιν, ἀλλὰ λυπεῖται καὶ ἀηδιᾷ, καὶ

καὶ ὀχθεται, καὶ ξενοχωρεῖται καὶ ὀλιγωρεῖ ὑ ἀγῶνος, ἢ καὶ ἀπελπίζει, ὡς μηκέτι λυζιωμένη, ὅπερ καὶ τοῦτο αὐτῆς τῆς κακίας ἐξὶ τέχνη, εἰς ἀκηδίαν καὶ ὀλιγωξίαν τὴν ψυχὴν ἐμβάλλουσα, καὶ τῆς ἐλπίδος ἐγκρατὴς μὴ γενομένη, ἀπεκδεχομένην τὸ ἔλεος ὑ Κυρίου ἐν πίξει ἀδιξάκτῳ τῆς ζωῆς ὅποι αὖτη ὑ γίνεται. Ἐπειδὴ ἀκόλουθος πάντων τῶν ἁγίων ὑ γέγονεν, ὅτε τοῖς ἴχνεσι ὑ Κυρίου πεξιεπάτησεν.

Κατανόησον δ ἴδε, πῶς ἐξ ἀρχῆς οἱ πατέρες, καὶ πατριάρχαι, καὶ προφῆται, δ ἀπόστολοι, καὶ μάρτυρες δι' αὐτῆς ὁδοῦ τ θλίψεων καὶ τ πειρασμῶν διελθόντες, ὅτως ἐγωνίσηο ἀρεστῆσαι Θεῷ, ὑπομείναντες πάντα πειρασμὸν καὶ θλῖψιν γενναίως, καὶ ἐν ταῖς ξενοχωρείαις ἥδοντο, διὰ τ προσδοκωμένην τῆς μισθαποδοσίας ἐλπίδα, ὡς ἡ Γραφή φησι. Τέκνον ἐὰν προσέρχῃ δουλεύειν Κυρίῳ, ἑτοίμασον τ ψυχήν σου εἰς πειρασμόν· εὔθυνον τ καρδίαν σου, καὶ καρτέρει· καὶ πάλιν ὁ ἀπόστολος λέγει, εἰ δὲ χωρὶς ἐστε παιδείας, ἧς μέτοχοι γεγόνατε πάντες, ἄρα νόθοι ἐστὲ, καὶ ὐ υἱοί. Καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν· τὰ ἐπιφερόμενά σοι πάντα, ὡς ἀγαθὰ, πρόσδεξαι· εἰδὼς ὅτι ἄνευ Θεοῦ οὐδὲ γίνεται. δ ὁ Κύριος λέγει· μακάριοί ἐστε, ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς, καὶ διώξωσι καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν ψευδόμενοι, ἕνεκεν ἐμοῦ· χαίρετε δ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Καὶ πάλι· μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκα δικαιοσύνης, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. δεδιωγμένοι δὲ, ἤτοι φανερῶς ὑπὸ τ ἀνθρώπων, ἤτοι κρυπτῶς ὑπὸ τῶν πνευμάτων τ πονηρίας· ἀνταγωνίζονται γὰρ τῇ τ Θεὸν ἀγαπῶσαν ψυχῇ, καὶ εἰς θλίψεις ἀφορίοις ἐμβάλλουσι, πρὸς τ ἐμποδίσαι αὐτῇ εἰσελθεῖν εἰς τ ζωήν· ἅμα δὲ ἵνα δ δοκιμασθῶσιν εἰ κτ ἀληθῶς ἀγαπῶσι τ Θεὸν, ἐν τῷ ὑπομένειν πᾶσαν θλῖψιν, καὶ τῆς ἐλπίδος εἰς τέλος κρατῆσαι, καὶ τῇ λύτρωσιν ἐπιδείξασθαι ἐκδεχόμενοι. Ἢ πάλιν δ ἀκηδιάσασα, ἢ ὀλιγωρῆσα, δ τῆς ἐλπίδος ἐλαττουμένη ἀποδεχθήσεται, μὴ ἀγαπήσασα τ Θεὸν ἐξ ἀληθείας. Αἱδὲ διάφοροι θλῖψεις καὶ πειρασμοὶ ἀποδεικνύουσι τὰς ἀξίας ἕκαστας, καὶ ἀναξίους ψυχάς· τὰς ἐχούσας πίστιν, ἐλπίδα, καὶ ὑπομονήν, δ τὰς μὴ ἐχούσας· ἵνα ἐν πᾶσιν ἀποδειχθήσεται δόκιμοι καὶ πιστὰὶ καὶ ἄξιαι ψυχαὶ, ἕως τέλους ὑπομείνασαι, καὶ τῆς ἐλπίδος τῆς

A gnatur & angitur, parumque de certamine laborat, vel etiam desperat, quasi non sit unquam liberanda, quod ipsum etiam malitiæ ipsius est inventum ac artificium, in socordiam atque ignaviam pusillanimitatemque conjicientis animam & spei compotem non effectam, qua semper misericordiam expectet Domini in fide certa nihilque hæsitante. Cujusmodi quidem anima vitam in futuro non promeretur, quoniam cunctorum se Sanctorum sequacem non præbuit, neque Domini vestigia est persequuta.

Considera ac cerne, quo pacto ab initio Patres, Patriarchæ, Prophetæ, & Apostoli, ac Martyres per tribulationum atque tentationum vias pertranseuntes, ita potuerint placere Deo; qui fortiter quamcumque perferentes tentationem atque tribulationem, etiam inter angustias gavisi sunt, propter spem retributionis mercedis, quæ exspectatur, sicut ait scriptura: *Fili, accedens ad servitutem Domini, præpara animam tuam ad tentationes, dirige cor tuum & sustine.* Rursusque Apostolus dicit: *Quod si extra disciplinam estis, cujus participes facti sunt omnes: ergo adulterini, & non filii estis.* Alibique iterum: *omnia quæ super inferuntur tibi, tamquam bona amplectere, sciens absque Deo nihil fieri.* Aitque Dominus: *Beati estis, quum maledixerint vobis, & persequuti vos fuerint, & dixerint omne verbum malum adversum vos, mentientes, propter me: gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis.* Et illud: *Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Patiuntur vero persecutionem, sive palam ab hominibus sive occulte a spiritibus malignis, quippe qui animam Deum amantem atque inquirentem oppugnant, ac in varias angustias conjiciunt, ad impediendum, quo minus in vitam ingrediantur: & simul quoque ut probentur, an verè Deum diligant, perferendo quamcumque tribulationem, & spem in finem usque retinendo, liberationemque in fide se accepturos sperantes: an contra, per impatientiam sese contrahens inter ærumnas, ac tædio affecta, parui pendens, spe orbatam se esse præseferat, nec verè diligere Deum. Diversæ porro ærumnæ atque tribulationes, tentationesque demonstrant, quæ animæ dignæ sint, quæque indignæ: & quæ fidem ac spem & patientiam habeant, quæque non habeant: ut ubi patuerit eas in omnibus probatas, fideles, dignasque animas esse,

Eccl. 2.

Hebr. 12.

Matth. 5.

esse, quæque ad finem usque pertulerint, ac fidei spem obtinuerint, atque ita per gratiam liberatæ sint, merito regni hæredes efficiantur.

Patientiam igitur, & spem cum primis unaquæque anima Deo placere cupiens, fortiter teneat: sicque omnem maligni impetum ac tribulationem perrumpere & effugere poterit. Neque enim usque adeo Deus animam in ipsum sperantem, ipsumque sustinentem tentari permittit, ut tædio vincatur, & opprimatur malis, totaque tentationibus & angustiis obruatur, quas sufferre nequeat. Nam, ut Apostolus ait: *Fidelis Deus*
1. Cor. 10. *est, qui non patietur nos tentari; sed faciet cum tentatione proventum, ut possimus sustinere*. Non enim quantum vult malignus, tentat affligitque animam; sed quantum ipsi à Deo permittitur. Solum anima viriliter perferendo, spem teneat, quæ est in fide, auxilium atque præsidium ab ipso exspectans, & fieri non poterit ut derelinquatur. Sed quantum illa contendit ad Deum, spe ac fide confugiens, & ab illo opem ac præsidium, liberationemque sine hæsitatione expectans; tanto eam celerius Dominus ab omni circumstante molestia liberat. Novit quippe ipse, quantam subire possit probationem atque tentationem anima, & tantam quoque permittit: modo ipsa toleret ad finem usque, ac non confundatur: sicut dictum est: *Tribulatio patientiam operatur*,
Rom. 5. *patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit*. Rursusque
2. Cor. 6. alibi: *sicut Dei ministri, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis*, Et quæ sequuntur. Aitque
Matth. 10. Dominus: *Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit*. Et denuo: *In patientia vestra, possidebitis*
Luc. 22. *animas vestras*. Alibique dicit: *Quis speravit in Domino, & confusus est? aut quis permansit in mandatis ejus, & derelictus est? aut*
Eccles. 2. *quis invocavit eum, & despexit illum?* Si enim homines exiguo intellectu ac mente præditi, probare & discernere norunt, quantum pondus atque onus singula ferre queant animalia, veluti mulus, aut camelus, tantumque addunt oneris, quantum vires animalis tolerent. Et figulus vasa formans, nisi in fornacem ea immiserit, ut igne probata solida ac dura reddantur, humanis usibus servire nequeunt: novit autem quanto ea tempore oporteat in igne relinquere, donec utilia effician-

A τῆς πίστεως κρατήσασαι, & ὅτως τὼ ἀπολύτρωσιν δεξάμεναι ἀφ' τῆς χάριτος, δικαίως τῆς βασιλείας κληρονόμοι γενήσονται.

Τὼ ὑπομονὼ τοίνυν καὶ ἐλπίδα πρὸ πάντων ἑκάστη ψυχὴ βουλομένη διαφεσῆσαι Θεῷ γενναίως κρατείτω, & ὅτως δυνήσε) διεξελθεῖν πᾶσαν ἐπανάστασιν & θλῖψιν ὑ Πονηρ̃ῦ. Οὐδὲ γὰ εἰς τοσ̃το ἀφίσταται ὁ Θεὸς ψυχὴν
B εἰς αὐτὸν ἐλπίζ̃σ, καὶ αὐτὸν ὑπομείσαν πειρασθῆναι, ὥστε ἐξαπορηθῆναι καὶ ἀφοδοθῆναι εἰς πειρασμὸς καὶ θλίψεις, ἃς ὐ δύνα) ὑποενεγκεῖν· ὡς ὁ ἀπόστολός φησιν· πιστὸς ὁ Θεὸς, ὃς οὐκ ἐάσ ἡμᾶς πειρασθῆναι, ἀλλὰ ποιήσ σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὼ ἔκβασιν, ὑ δύναλ ἡμᾶς ὑποενεγκεῖν. Οὐδὲ γὰ, ὅσον βούλε), ὁ Πονηρὸς πειράζει & θλίβει τ ψυχὼν, ἀλλ'
C ὅσον ἀφίσταται αὐτῷ ὑπὸ ὑ Θεοῦ. Μόνον ἡ ψυχὴ γενναίως ὑποφέρσα, τ ἐλπίδα κρατείτω τὼ ἐν πίστει, ἀπεκδεχομένη τὼ παρ' αὐτ̃ βοήθειαν καὶ ἀντίληψιν, & ἀμήχανον αὐτὼ ἐγκαταλειφθῆναι. Ἀλλ' ὅσον ἀγωνίζεται, διὰ πίστεως & ἐλπίδος καταφεύγσα Θεῷ, καὶ τ παρ' αὐτ̃ βοήθειαν καὶ λύτρωσιν ἀδιστάκτως ἐκδεχομένη, τοσούτῳ ταχύτερον λυτρ̃ται αὐτὴν
D ὁ Κύριος πάσης ἐκλεχούσης θλίψεως. οἶδεν γὰ αὐτὸς πόσον ὀφείλει εἰς δοκιμασίαν καὶ πειρασμὸν εἰσελθεῖν ἡ ψυχὴ, καὶ τοσ̃το χωρεῖ· μόνον αὐτὴ ἐγκρατὴς γενέσθω τέλος, & ὑ μὴ καταισχυνθῇ· καθὼς εἴρη)· ἡ θλῖψις ὑπομονὴν κατεργάζε), ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμὴν, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα, ἡ δὲ ἐλπὶς ὑ καταισχύνει. & πάλιν· ὡς Θεοῦ διάκονοι, ἐν ὑπομονῇ πολλῇ, ἐν θλίψεσιν, ἐν ἀνάγκαις, ἐν
E στενοχωρίαις, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ὁ Κύριός φησιν· ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσε). καὶ πάλιν· ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν. καὶ ἀλλαχ λέγ· τίς ἐπίστευσε τῷ Κυρίῳ, καὶ κατηισχύνθη; ἢ τίς ἐνέμεινε τῷ λόγῳ αὐτ, & κατελείφθη; καὶ τίς ἐπεκαλέσατο αὐτὸν, καὶ ὑπερεῖδεν αὐτόν. Εἰ γὰ οἱ
F ὀλίγης σωτέρεως & νοὸς μετοχοὶ γεγονότες ἄνθρωποι ἐπίστα) δοκιμάζειν καὶ διαγινώσκειν, πόσον βάρος & γόμον ἕκαστον τ̃ν ζώων βαστάζειν δύνα), οἷον, ἡμίονος, ἢ κάμηλος· καὶ τοσ̃το ἐπιφορτίζουσι κατ' τ δύναμιν ὑ ζώου. καὶ ὁ κεραμεὺς πλάσας τὰ σκεύη, ἐὰν μὴ ἐν τῇ καμίνῳ βάλῃ αὐτὰ, ἵνα πυρωθέντα στερεωθῇ, ἐπιτήδεια εἰς χρῆσιν ἀνθρώποις ὐ γίνετα· ἐπίστα) δὲ πόσον ἐν τῷ πυρὶ χρὴ ἐάσαι, ἕως ὑ χρήσιμα

σιμα γλήπαι· ΟΘδὲ ὑπὲρ τὸ δέον αὐτὰ ἀφίσιν A efficiantur neque contra, ultra quam sit
ἐν τῇ καμίνῳ, ἵνα μὴ παπαιάνπα διαφθαρῇ. opus, ea in fornace relinquit, ne adusta
ΟΘδὲ πάλιν ἐλλιπόμμα, ἵνα μὴ ἄποίπλα ᾖ καὶ corrumpantur. Neque vicissim ea minus in
ἄχρηςα. εἰ δὴω ἐπὶ τ φθειρομμώων καὶ φαίνο- fornace relinquit, quam necesse sit; ne
μμώων τοσαύτῳ διάκρισιν ⸗ γνῶσιν οἱ ἄνθρωποι dissolvantur, nullique sint usui. Si, in-
κέκτωνται, πόσῳ μᾶλλον ὁ Θεὸς ὢν ἀκαπάλληπτος τῇ quam, in rebus corruptibilibus & appa-
γνώσῃ καὶ τῇ σωέσῃ, καὶ ὅλως σοφία ὑπάρχων, rentibus, tanta consideratione atque cogni-
ἐπίσαται πόσον δοκιμασιῶν καὶ πειρασμῶν χρήζουσιν tione præditi sunt homines; quanto magis
αἱ ψυχαὶ, αἱ αὐτῷ βάρεσπσαι θέλουσαι, καὶ τὸ B Deus, qui incomprehensibilis est, & ine-
ἀγωνίᾳ ζωῆς ἐπιτυχεῖν ἐπιθυμοῦσαι, ⸗ ὅτως ὑπο- ffabilis scientia & intellectu, totusque sa-
μείνασαι γναμῶς καὶ ωροθύμως ἐν ἐλπίδι πά- pientia plenus, novit, quantis probationi-
σαν θλῖψιν μέχρι τέλους. τότε δόκιμοι ⸗ ἐπι- bus, atque tribulationibus, tentationibus-
τήδειοι τῆς βασιλείας τ οὐρανῶν καθίσανται. que indigeant animæ ipsi placere volentes,
vitamque æternam consequi desiderantes;
sicque fortiter, promptequeomnem in spe
tribulationem perferentes, ad finem usque.
Tuncque probati, & apti regno cœlorum
redduntur.

Ὥσπερ γὰρ τὸ εἶδος τῆς καννάβεως ὃ χρησι- Quem ad modum enim cannabi ac lini
μεύει εἰς τὸ γλέπ ἀπ' αὐτοῦ νήματα λεπτότατα, ἐὰν species non est idonea, ut ex eo fila subtilis-
μὴ ἐπὶ πολὺ κοπανισθῇ. καὶ ὅσον βασανίζεται, C sima fiant, nisi diutius elaboretur atque
τοσούτῳ καθαρώτερον καὶ ἐπιτηδειότερον γίνεται· ὅτω exerceatur, imo quanto magis illud torque-
καὶ ὁ φιλόθεος ψυχὴ εἰς πολλὰς δοκιμασίας καὶ tur, tanto purius aptiusque efficitur: sic &
πειρασμοὺς εἰσερχομένη, καὶ θλίψεις ὑπομένουσα anima Deo devota, multas probationes at-
γενναίως, καθαρωτέρα καὶ χρησιμωτέρα εἰς τ πνευ- que tentationes subiens, afflictionesque for-
ματικὴν τῆς λεπτότητος ἐργασίαν καθίσαται. titer tolerans, purior utiliorque ad spiritale
καὶ τέλος τ ἐπουράνιον τῆς βασιλείας χῶρον κλη- extenuationis & humilitatis opificium red-
ρονομεῖν καταξιοῦται. Ὥσπερ γὰρ τὸ νεόπλασον ditur, tandemque cœlestis regni regionem
σκεῦος ἐν πυρὶ βληθὲν, ἀνεπιτήδειόν ἐστιν εἰς possidere meretur. Quem ad modum enim
χρῆσιν ἀνθρώπων· ἢ ὥσπερ νήπιον, ἐφ' ὅσον D vas recens confectum, igneque non proba-
τόπον εἰς τὸ τοῦ κόσμου ἔργον, ἀνεπιτήδειον τυγ- tum, humanis inidoneum est usibus; aut si-
χάνει, οὔτε γὰρ πόλεις οἰκοδομεῖ, οὔτε φυτεύ- cut infans ad res mundi tractandas ineptus
σαι δύναται, οὔτε σπόρον καταθεῖναι, οὔτε ἕτερόν est; quum neque urbes condere, neque plan-
τι τοῦ κόσμου ἐπιτελεῖν, νήπιον γάρ ἐστιν· ὅτω tare possit, neque semen deponere, neque
καὶ αἱ ψυχαὶ, αἱ χάριτος θείας μέτοχοι γενό- quodcumque aliud mundi opus perficere,
μμαι, τοποφορηθεῖσαι ἐν τῇ γλυκύτητι ⸗ ἀνα- infans enim est. Ita etiam animæ, quæ di-
παύσει τ πνευμάτος, διὰ τ νηπιότητα αὐτῶν vinæ gratiæ sunt effectæ participes, propter
τῇ τοῦ Κυρίου χρηστότητι μηδέπω δοκιμασθεῖσαι ἐν E infantiam suam à Domini benignitate tole-
διαφόροις πειρασμοῖς ⸗ θλίψεσιν ἀπὸ τῶν rantur in dulcedine, ac requiete spiritus,
πονηρῶν πνευμάτων, δι' ὧν δείκνυται ἡ ὑπομο- nec dum variis probatæ tentationibus ac tri-
νή· ἀλλὰ ἀμφὶ νήπιοι τυγχάνουσι, καὶ ἵνα ἔτως bulationibus a nequam spiritibus, per quas
εἴπω, οὐδέποτε χρησιμεύουσι τῇ βασιλείᾳ, ὡς patientia demonstratur, sunt adhuc infan-
εἴρηται· εἰ ὃ χωρὶς ἐστε παιδείας, ἧς μέτοχοι tes, atque ut ita dicam, nondum idoneæ ad
γεγόνατε πάντες, ἄρα νόθοι ἐστὲ, καὶ οὐχ υἱοί. Ὥστε regnum, quum nondum sint exercitatæ, ut di- *Hebr.* 12.
καὶ αἱ θλίψεις καὶ οἱ πειρασμοὶ συμφέρουσιν τῷ ctum est: *Si vero extra disciplinam estis, cujus*
ἀνθρώπῳ, καὶ δόκιμον καὶ στερεὰν τὴν ψυχὴν ἀπερ- F *participes facti sunt omnes, ergo adulterini, &*
γάζονται· ἐὰν γενναίως καὶ μακροθύμως ἐν πεποιθή- *non filii estis.* Itaque tribulationes atque tenta-
σει Θεοῦ καὶ ἐλπίδι ὑπομονῆς τὰ ἐπερχόμενα, ἀπεκ- tiones homini conducunt, animamque proba-
δεχομένη ἐν πίστει ἀδιστάκτῳ τὴν ἀπὸ τοῦ Κυρίου λύ- tam ac firmam efficiunt; si generose alacri-
τρωσιν, καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ. καὶ ἀδύνατον ἀποτυχεῖν terque in divina confidentia ac spe, qualia-
αὐτὴν τ ἐπαγγελίας τοῦ πνεύματος καὶ τῆς ἀπολυτρώ- cumque ingruentia toleret, fide non vacil-
σεως τῶν τῆς κακίας παθῶν, καὶ καταξιωθῇ ὡς δό- lante redemptionem & misericordiam a Do-
κιμος, καὶ πιστὴ, τὴν εἰς τ Κύριον ἐλπίδα ἕως τέ- mino expectans. Sicque impossibile
λους ἐν ὑπομονῇ κρατῆσασα.

erit ipsam spiritus promissione, libera-
tioneque a vitiosis passionibus frustrari,
quin mereatur tamquam probata at-
que fidelis spem in Domino habere,
& in finem usque patientiam reti-
nere.

ΠΕρὶ ὧν ἠρωτήσατε μαθεῖν βυλόμενοι, διὰ συντομίας ἐρῶ. ὅτι δίχα φόβου Θεοῦ, καὶ ἀνωμονῆς τελείας καταρθωθῆναί τι καὶ εἰς πέρας ἐλθεῖν τῶν ἀμηχάνων ἐστί· τοῦ ἀποστόλου λέγοντος, ἀνωμονῆς γὰρ ἔχετε χρείαν· ἵνα τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ποιήσαντες κομίσησθε τὰς ἐπαγγελίας· καὶ ὁ Κύριος διδάσκει λέγων τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς ὅτως· ἐν τῇ ἀνωμονῇ ὑμῶν κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν· καὶ πάλιν δὲ ἀνωμείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται· οὐ γὰρ ἀπεφήνατο ἄχρι τοῦδε ἢ τοῦδε ὅτος σωθήσεται, ἀλλ' ὁ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται. οὐ γὰρ ἐν τῇ ἀρχῇ τὸ τέλος γνωρίζεται; ἀλλ' ἐν τῷ τέλει ὁ καρπὸς βρίσκεται. συνάψατε οὖν τὴν ἀρχὴν τῷ τέλει· ἵνα ἐν τῷ τέλει τὸ νῖκος βραβευόμενοι κομιεῖσθε τὰς ἐπαγγελίας, φυλάξομεν καὶ τὸν ἁγιασμόν· ζητήσεται γὰρ τοῦτο ἐξαιρέτως παρὰ τοῖς τὸν μονήρη βίον ἐπανηρημένοις· μὴ ὦμεν κενόδωξοι, ἵνα μὴ καὶ ἡμῖν εἴπῃ ὁ κύριος· πάντα τὰ ἔργα αὐτῶν ποιοῦσι πρὸς τὸ θεαθῆναι τοῖς ἀνθρώποις· πλαταύνουσι γὰρ τὰ φυλακτήρια αὐτῶν, καὶ μεγαλύνουσι τὰ κράσπεδα αὐτῶν, φιλοῦσι δὲ τὴν πρωτοκαθεδρίαν ἐν ταῖς συναγωγαῖς, καὶ τοὺς ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς, καὶ καλεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ῥαββί· ἐσόμεθα τοιγαροῦν ταπεινοὶ ἐν λόγῳ, ἐν ἔργῳ, ἐν ἀναστροφῇ, ὅπως βρῶμεν χάριν παρὰ κυρίῳ· καθότι βούλεται κύριος, ἐν τῇ ταπεινώσει· οἶδα ἀδελφὸν ἐν κυρίῳ, καὶ ἦν ὅτος ἡσυχάζων ἐν τόπῳ τινὶ ἐν ὑποταγῇ μεγάλῃ, καὶ συνέβη ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ ἀδελφὸν ὀχληθῆναι ὑπὸ πονηροπάτου δαίμονος· καὶ ὅτως ἐπονομάζειν ἐκεῖνον ἤρξατο, ἀποβοᾶν καὶ λέγειν, καὶ ἦν ἐν τῇ συναύλει φυλαττόμενος ὑπὸ νεωτέρων, ἐκεῖνος δὲ ἦν πρὸς ὃ ἔκραζε τὸ δαιμόνιον ἐν τῷ κελλίῳ αὐτοῦ ἡσυχάζων· ὡς δὲ ἐθεάσατο ὁ προεστὼς τὴν πολλὴν τοῦ δαίμονος σφυγμὴν ἀποστείλας ἐκάλεσε τὸν ἀδελφὸν ἐκεῖνον, ὅπως προσκατερήσῃ τῷ πάσχοντι, καὶ παραγενάμενος βούσηται τὸν πάσχοντα ἔνδοσιν λαβόντα μικράν. καὶ ὡς ἦν ὁμιλῶν αὐτῷ ἄφνω κυκλωθεὶς ὑπὸ τοῦ ἀκαθάρτου ἤρξατο ἀποβοᾶν, καὶ λέγειν. σὺ πάλιν ὧδε κακῶς ἥκεις, κακὴν ὁδὸν, κακά σοι τὰ

QUæ discendi cupidi interrogastis, breviter ac compendiose dicturus sum: quoniam absque timore Dei, perfectaque patientia præclare aliquid geri, & ad optatum finem deduci, impossibile est. Apostolo dicente: *Patientia vobis necessaria est, ut voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem.* Ipseque Dominus discipulos suos instruens, sic ait: *In patientia vestra, possidebitis animas vestras.* Et rursus: *Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* Non enim definivit, ad hoc vel ad illud usque tempus: sed, qui in finem perseveraverit, hic salvabitur. Neque enim in principio cognoscitur finis, sed in ipso fine fructus invenitur. Quamobrem fini principium conjungite: ut in fine invenientes victoriam, reportetis promissiones. Sanctificatio etiam nobis sit curæ: siquidem hoc potissimum requiretur à vitæ monasticæ sectatoribus. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi; ne & nobis dicatur à Domino: *Omnia sua opera faciunt, ut videantur ab hominibus: dilatant enim phylacteria sua, & magnificant suas fimbrias. Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis. Et salutationes in foro, & vocari ab hominibus, Rabbi.* Simus itaque humiles, in verbo, in opere, in conversatione: ut gratiam inveniamus apud Dominum; quandoquidem humilitas grata est Deo. Novi fratrem in Domino, qui quodam in loco quietam ducebat vitam, sub magna obedientia. Acciditque illo in loco fratrem divexari ab impurissimo dæmone: atque hic quietum illum, atque optimum Monachum appellans, exclamare cœpit, ac dicere. Erat autem in conventu, sub custodia juniorum. Ille vero adversus quem vociferabatur dæmonium, in sua cella desidebat. Ut autem Præfectus multam cacodæmonis agitationem conspexit, accersendum curat fratrem illum, ut patienti deserviat: qui adventans, offendit ægrotum nonnihil relaxatum. Et dum cum eo colloquitur, repente ab impuro obsessus dæmone, incepit exclamare ac dicere: Tu iterum huc male per malam venis viam: mali sunt tui occursus; mala si dixeris;

Hebr. 10.

Luc. 21. Matth. 10. 24.

Matth. 23.

ris, mala etiam audies. Primumque tu me ejeciſti, atque ligaſti per humilitatem tuam. Rurſuſque ad eum dæmon: Ne extollaris bone vir, ne quæſo extollaris: viſitandus enim mihi & tu eris, niſi humilitate tua protegaris: nam ea & nunc ego crucior, impugnorque. Quod ſi igitur ipſi quoque dæmones quantumvis inviti, confitentur ſe nihil cum humilitate poſſe, ſed eam timere atque formidare: quare nos tantam illius dignitatem adeo parvi facimus? Etenim ſignum ex ea reſplendet ſpiritale, quod ſuperbi dæmones tolerare nequeunt. Domino dicente: *Diſcite à me, quoniam mitis ſum & humilis corde: & invenietis requiem animabus veſtris.* Matth. 11. Nos vero ad ipſum dicamus: Tibi gratiarum actio Domine, univerſorum Regi & Deo, quia factus es nobis via ſalutis. Tu Domine, etiam dæmones refrænas: & eruis ex omni malo in te ſperantes. Pro me porro non deſiſtatis precari, ut apud Dominum invenire merear miſericordiam, quando anguſtiæ illæ me obſederint, & mortis ſuffocatio: & non confundar, quando revelaverit Dominus abſcondita tenebrarum, manifeſtaveritque conſilia cordium. Væ confuſis, in hora illa. Dominus autem Deus omnipotens, qui ſcrutatur omne verbum, veſtri pariter ac noſtri miſereatur, ſecundum multitudinem miſerationum ſuarum: ſingulorumque noſtrorum nomina inſcribenda curet in regno ſuo cœleſti. Quoniam ipſi gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.

EJUSDEM PARÆNESIS DE PATIENTIA, ET ANIMÆ COMPUNCTIONE.

CAriſſimi. Præbeamus nos tamquam ſtrenuos milites, pro Rege noſtro Chriſto alacriter mortem oppetentes. Quando enim adhuc in ſeculo eramus, quando in humanis negotiis verſabamur, talia non patiebamur, neque tot ærumnas ſuſtinebamus: Nunc autem cum acceſſerimus ad Dominum, ut ei maxime placeamus; incurſiones ejuſmodi, tentationes, vexationeſque in nos improbi hoſtis excitantur. Vides autem nos hæc Domini cauſſa perpeti: quum enim nobis inimicus invideat, noſque à vitæ via conetur abducere, in mollitiem deſidiamque nos inducit; ne

Deo

τὰ ἀπαντήματα, καὶ εἴπῃς, καὶ ἀκούσῃς, καὶ τὸ πρῶτον με σὺ ἐξέβαλας, καὶ ἔδησάς με ἐν τῇ ταπεινώσει σου, καὶ πάλιν ἔφη πρὸς αὐτὸν ὁ δαίμων· μὴ ἐπαίρου καλὲ ὁ δεῖνα μὴ ἐπαίρου· ἔμελες γὰρ καὶ σὺ ἐπισκεπῆναι· εἰ μὴ διὰ τὴν ταπείνωσίν σου σκεπάζῃ· αὕτη γάρ ἐστιν ἡ καὶ νῦν ἐκβαλοῦσά με, καὶ πολεμοῦσα. Καὶ εἰ ἄρα καὶ αὐτοὶ οἱ δαίμονες καὶ ἄκοντες ὁμολογοῦσι μὴ δύνασθαι πρὸς τὴν ταπείνωσιν· ἀλλὰ δεδιέναι ταύτην καὶ φεύγειν· τί ἡμεῖς καταμελοῦμεν τῆς τοιαύτης ἀξίας; καὶ γὰρ σημεῖον ἀπαστράπτει πνευματικὸν· ὃν ὑπερήφανοι δαίμονες φέρειν οὐ δύνανται· τοῦ κυρίου εἰπόντος, μάθετε ἀπ' ἐμοῦ ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν· ἡμεῖς εἴπωμεν πρὸς αὐτόν· σὺ χάρις κύριε τῷ παμβασιλεῖ καὶ Θεῷ· ὃς γέγονας ἡμῖν ὁδὸς σωτηρίας· σὺ κύριε καὶ τοὺς δαίμονας χαλινοῖς καὶ ἐξαίρεις ἀπὸ παντὸς κακοῦ τοὺς ἐλπίζοντας ἐπί σε· περὶ δὲ ἐμοῦ μὴ ἀφαλείπητε εὐχόμενοι· ὅπως εὕρωμι ἔλεος παρὰ κυρίου· ὅταν καταλάβῃ με ἡ συνοχὴ ἐκείνη, καὶ ὁ τοῦ θανάτου πνιγμός· καὶ μὴ αἰσχυνθείην, ὅταν ἀποκαλύπτῃ κύριος τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, καὶ φανεροῖ τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν· ἀλλὰ τῷ αἰσχυμμένῳ ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ· ὁ δὲ δεσπότης Θεὸς καὶ παντοκράτωρ, ὁ ἐπάζων πᾶν ῥῆμα, καὶ ὑμᾶς καὶ ἡμᾶς οἰκτειρήσει κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν αὐτοῦ· καὶ ἑκάστου ἡμῶν τὸ ὄνομα ἔγγραπτον ποιήσει ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν· ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων Ἀμήν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ ΠΕΡΙ ΥΠΟΜΟΝΗΣ, ΚΑΙ ΚΑΤΑΝΥΞΕΟΣ ΨΥΧΗΣ.

Ἀγαπητοὶ γεννώμεθα ὡς γενναῖοι στρατιῶται ὑπὲρ τοῦ βασιλέως ἡμῶν ἑτοίμως ἀποθνήσκοντες. Ὅτε γὰρ ἐν κόσμῳ ὑπήρχομεν, ὅτε ἐν βιωτικοῖς ἀναστρεφόμεθα πράγμασι, ταῦτα οὐκ ἐπάσχομεν, οὐδὲ τοιαύτας θλίψεις ὑφεστάμεθα. ἀλλὰ νῦν, ὅτε προσήλθομεν τῷ Κυρίῳ βαρεσῆσαι, θερμοὺς πειρασμοὺς ἐπαναστάσεις, καὶ πειρασμοὶ καθ' ἡμῶν ἐγείρονται, καὶ θλίψεις ἐπὶ τοῦ πονηροῦ. Ὁρᾷς, ὅτι διὰ τί Κύριον ταῦτα πάσχομεν; Φθονοῦντος γὰρ ἡμῖν τοῦ πονηροῦ, καὶ πειράζοντος ἀφαιρέσαι ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τῆς ζωῆς εἰς χαύνωσιν, καὶ ὀλιγωρίαν ἄγει, ἵνα

ἵνα μὴ διαρεσήσαντες σωθῶμεν. Ὅσον τοίνυν καθ' ἡμῶν ὁ πονηρὸς ἐπεγείρεται· ἡμεῖς ἐὰν εὑρεθῶμεν ἐν ὑπομονῇ καὶ ἀνδρείᾳ γενναῖοι, καὶ προθύμοι, ἑτοίμως ἔχοντες μέχρι θανάτου ὑπομένειν διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ἐλπίδα, πᾶσαι αἱ μεθοδεῖαι ἑαυτῶν λύονται· ἔχομεν γὰρ τὸν ὑπερασπιστὴν ἡμῶν, καὶ ὑπέρμαχον Χριστὸν, ὡς ἡμῖν θλιβομένοις καὶ ἐλπίζουσιν ἐπ' αὐτὸν, ὑπομονὴν δίδωσι, καὶ ἐκείνους καταισχύνει, ἡμῖν τὰ νικητήρια τῶν πόνων, τοῦτ' ἔστι τὴν βασιλείαν τῶν Κυρίου κομιζομένων· γενώμεθα ὡς ἄκμονες τυπτόμενοι καὶ μὴ ἐνδίδοντες, μηδὲ ἐν τύπῳ χαυνώσεως, ἢ ὀλιγωρίας, ἢ ἀκηδίας διὰ τῶν μαστίγων καὶ πειρασμῶν ἐν ἑαυτοῖς τι δεχόμενοι, δερόμενοι νικήσωμεν τὸν ἀντίπαλον διὰ τῆς ὑπομονῆς. Καὶ γὰρ ὁ Κύριος ἡμῶν οὕτως τὸν ἀγῶνα τοῦτον διώδευσεν μαστιζόμενος, ὀνειδιζόμενος, ἐμβιμιζόμενος, ἐμπτυόμενος, λιθαζόμενος, ἔσχατον καὶ ἀτίμῳ θανάτῳ σταυρῷ ὑπὸ ἀνόμων τιμωρούμενος, καὶ πάντα ὑπήνεγκε διὰ τὴν ἡμῶν σωτηρίαν, ὑπολιμπάνων ἡμῖν ὑπόγραμμα ζωῆς, ἵνα δι' ἧς ὁδοῦ θλίψεως, καὶ πειρασμῶν, καὶ θανάτου αὐτὸς διώδευσε, τῇ αὐτῇ ὁδῷ διοδεύσωσιν οἱ ἐν ἀληθείᾳ εἰς αὐτὸν πιστεύσαντες, καὶ συγκληρονόμοι αὐτοῦ γενέσθαι βουλόμενοι· ἵνα ὥσπερ αὐτὸς διὰ πολλῶν παθῶν, ἔσχατον δὲ ἀποθανὼν ἐπὶ σταυρῷ ἐνίκησε, καὶ ἐθανάτωσε, καὶ κατέδυσε τὴν ἁμαρτίαν διὰ τῆς σαρκὸς καθαιρέσας, καὶ ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις, καθὼς εἴρηται, τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰς ἐξουσίας ἐπὶ τοῦ σταυροῦ ἐδειγμάτισε, θριαμβεύσας αὐτὰς ἐν αὐτῷ· οὕτω καὶ ἡμεῖς πᾶσαν αὐτοῦ ἐπανάστασιν, καὶ θλῖψιν ὑπὸ τοῦ πονηροῦ ἐμποιουμένην γενναίως, καὶ προθύμως; καὶ ἕως θανάτου ἐλθόντες, ἐὰν ὑπομείνωμεν, τότε νικήσωμεν τὸν ἀντίπαλον, διὰ τῆς πίστεως, καὶ ὑπομονῆς, καὶ τῆς εἰς τὸν Κύριον ἐλπίδος, καὶ οὕτως δόκιμοι εὑρεθέντες ἐντεῦθεν τῆς ἀπολυτρώσεως καταξιούμεθα, καὶ τοῦ ἁγιασμοῦ τοῦ ἁγίου Πνεύματος πληρούμεθα, καὶ τῆς ἐκεῖθεν αἰωνίου ζωῆς κληρονόμοι γενόμεθα. Εἰς γὰρ τὸν πνευματικὸν ἀγῶνα ἡ κατὰ τοῦ ἀντικειμένου νίκη διὰ παθῶν, καὶ θανάτου γίνεται. Πάσχοντες οὖν καὶ θανατούμενοι διὰ τὸν Κύριον προθύμως νικήσωμεν πᾶσαν τῶν ἀνθικειμένων τὴν δύναμιν, καὶ πᾶσαν θλῖψιν, καὶ πειρασμὸν, μὴ ἐπιπόνους ἡγούμεθα· ἀλλὰ δι' ἡμέρας ὑπομένωμεν πᾶσαν τὴν τοῦ πονηροῦ ἐπανάστασιν, τὸν τοῦ Κυρίου θάνατον ἐπιθυμίᾳ πάντοτε

A Deo complacentes, ſalvemur. Quantum igitur adverſum nos malignus exſurgit: tantum nos in patientia inveniamur viriles, magnanimi, ſtrenui & alacres, paratos nos præbentes ad ſuſtinendum uſque ad mortem, propter ſpem in Chriſtum; & cunctæ ejus inſidiæ diſſolventur. Habemus ſiquidem defenſorem & propugnatorem noſtrum Chriſtum, quique nobis oppreſſis & ſperantibus in ipſum patientiam præbet, illoſque confundit; nobis interim præmia victoriæ atque laborum, id eſt, Regnum cœlorum, propter Dominum, reportantibus. Præbeamus ergo nos velut incudes percuſſi, & nequaquam terga vertentes; neque aliquam notam mollitiei, vel deſpicientiæ, deſidiæve per flagella atque tentationes in nos admittentes. Cæſi vincamus adverſarium, per patientiam: Etenim Dominus noſter ſic hanc vitam traduxit, flagellatus, contumeliis affectus, conſputatus, lapidatus, ac denique ignominioſa quoque morte crucis, ab impiis affectus: omniaque ſuſtinuit propter noſtram ſalutem, nobis exemplum vitæ relinquens, ut qua via tribulationum, tentationum, ac mortis ipſe ambulavit, eadem quoque qui in ipſum vere credunt, & cohæredes Regni ejus fieri deſiderant, iter ſuum inſtituant. Ut quemadmodum ipſe per multas paſſiones, poſtremo autem in Cruce moriens, vicit crucifixus, & moriens ſuperavit, interemit, condemnavitque peccatum in carne, abigens adverſarias poteſtates, ſicut ſcriptum eſt: *Exſpolians principatus & poteſtates in cruce, oſtentavit palam, triumphans illos in ſemetipſo*: Ita & nos omnem ipſius inſultationem, anguſtiamque ab hoſte improbo illatam, viriliter alacriterque etiam ad mortem uſque ſi ſuſtinuerimus; tunc adverſarium ſuperabimus, per fidem & patientiam, ac ſpem firmam in Dominum. Sicque probati inventi, & hinc redemptionem merebimur, ſanctique Spiritus ſanctificatione implebimur, & hæreditatem deinde vitæ æternæ conſequemur. Nam in ſpiritali certamine, victoria contra adverſarium, per paſſiones & mortem comparatur. Patiendo igitur & moriendo propter Dominum, promptiſſime ſuperabimus omnem inimicorum poteſtatem. Neque ergo nobis laboriоſum ſit, quamcumque tribulationem ac tentationem perferre: ſed deſiderium omne in Dominum, & ob oculos mortem ejus ſtatuentes; cum patientia, quæcumque ſuſtinebimus.

Coloſſ. 2.

Et

Et ſicut dictum eſt à Domino : Quotidie tollentes crucem ejus, quæ eſt mors, ſequamur ipſum. Atque ita facile quamcumque afflictionem tolerabimus, ſive occultam ſive manifeſtam. Si enim mortem à Domino ſuſtinere exſpectamus, & coram oculis ponentes, ſemper deſideramus : quanto magis qualeſcumque afflictiones graves, opportune importuneque cum omni prorſus gaudio ſuſtinebimus ? Propterea graves nobis, moleſtæ, & intolerabiles res adverſæ videntur ; quum mortem Domini continuo ob oculos conſtitutam non retinemus, ipſumque non ſemper mens concupiſcit. Nam qui Chriſtum poſſidere deſiderat ; etiam pro ipſo pati, optabile omnino illi eſt, & expetendum. Itaque Chriſti amatores in hoc apparent, quando omnem tribulationem ipſis ſupervenientem, generoſe alacriterque propter ſpem in Deum ſuſtinent. Quocirca obſecremus Dominum, ut intellectum nobis concedat, ad cognoſcendam divinam ejus voluntatem, prompteque præſtandam eam, in omni patientia & longanimitate, cum gaudio & exultatione, quam ipſe lagiatur nobis, confirmans nos in omni beneplacito ſuo : ut probati, dignique reperti, æterna perfruamur ſalute. In Chriſto Jeſu Domino noſtro : Cui gloria & potentia, in ſecula ſeculorum. Amen.

EJUSDEM DE MORUM PERVERSITATE.

QUemadmodum gladius nervos incidit equo, & equitem dejicit : ita verſuta ac perverſa mens vigorem animæ ſuccidit, & triſtitiam affert, triſtitia vero ſibi obvios deſtruit ac premit. Quis enim cupidus adeundi civitatem triginta ſtadiis diſtantem ; & ubi viginti novem confecerit, uno adhuc reſtante & non confecto, dicet ſe eò perveniſſe ? hic quippe ex propriis exiit, & ad civitatem quò pergebat non pervenit. Nam ſicut qui ad undecimam horam venit, plenam mercedem accepit ; velut etiam cæteri qui pondus diei portarunt : ita & qui ad undecimam uſque horam operatus eſt. Circa porro undecimam horam, ſi inceperit evertere, & quæ plantata ſunt evellere : mercedem nullam percipiet. Quum Dominus & Salvator noſter Jeſus Chriſtus dicat : *Qui autem perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit*. Et iterum :

Matth. 10.

Α τοτε περὶ ὀφθαλμῶν ἔχοντες, καὶ καθὼς εἴρηται ὑπὸ τῦ Κυρίυ, καθ' ἡμέραν τὸν σταυρὸν αἴροντες, ὁ ἔστι θάνατος, ἀκολυθῶμεν αὐτῷ ὀπίσω, καὶ ὅτως δικαίρως ὑπομένωμεν πᾶσαν θλῖψιν ἥτοι κρυπτὴν ; ἥτοι φανεράν. Εἰ γὰρ θάνατον ὑπὲρ τῦ Κυρίυ ὑπομένειν προσδοκῶμεν, καὶ πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντες πάντοτε ἐπιποθῶμεν, πολλῷ μᾶλλον καὶ θλίψεις βαρείας δικαίρως καὶ ἀκαίρως μετὰ χαρᾶς πάντως

Β ὑπομενῶμεν ; διὰ τῦτο γὰρ βαρείας, καὶ φορτικὰς τὰς θλίψεις ἡγώμεθα ἀνυπομονήτως ἔχοντες, ἐπειδὴ τ τῦ Κυρίυ θάνατον πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχομεν ἀδαμῶς, καὶ ὃν αὐτῷ πάντοτε ἡ διάνοια ὀκ ἐπιποθεῖ. Ὁ γὰρ Χριςὸν ἐπιθυμῶν κληρονομῆσαι, καὶ τὸ αὐτῦ πάθος ἀκωλύτως ἐπιθυμητὸν ἡγήσεται· ὥςε οἱ Χριςὸν ἀγα-

C πῶντες, ὃν τύτῳ φαίνονται, ὅτ' ἂν πᾶσαν θλῖψιν ἐπερχομένην αὐτῖς γενναίως καὶ προθύμως ὑπομείνωσι διὰ τὴν εἰς τὸν Χριςὸν ἐλπίδα. Παρακαλέσωμεν οὖν τὸν Κύριον δοῦναι ἡμῖν σύνεσιν εἰς τὸ γνωρίζειν τὸ αὐτῦ θέλημα, καὶ προθύμως ἐπιτελεῖν ὃν πάσῃ ὑπομονῇ καὶ μακροθυμίᾳ μετὰ χαρᾶς, ἵν' αὐτὸς ἡμῖν χαρήσεται, δυναμώσας ἡμᾶς εἰς πᾶσαν διαρέ-

D σιν· ἵνα δόκιμοι καὶ ἄξιοι εὑρεθέντες σωτηρίας αἰωνίᾳ τύχωμεν ὃν Χριςῷ Ἰησῦ, τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δοξα, καὶ τὸ κράτος εἰς τὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΕΡΙ ΚΑΚΟΗΘΕΙΑΣ.

Ὃν τρόπον ξίφος νευροκοπεῖ ἵππον καὶ τὸν ἐπιβάτην καταβάλλει, ὅτω κακοηθὴς γνώμη κόπτει τὰς τόνυς τῆς ψυχῆς, καὶ τῇ λύπῃ παραδίδωσι. λύπη δὲ ἀφανίζει τὰς ἐμπίπτοντας ὃν αὐτῇ. Τὶς δέ ποτε βυλόμενος εἰσελθεῖν εἰς πόλιν ἀπέχυσαν σταδία τριάκοντα, ποιήσας δὲ εἰκοσιεννέα, τὸ δὲ ἓν μὴ ποιήσας, ἔτος ὃν τῶν ἰδίων ἐξῆλθε, καὶ εἰς τὴν πόλιν ὐκ εἰσῆλθε. Καθάπερ γὰρ ὁ ἐλθὼν εἰς

F τὴν ἑνδεκάτην ὥραν πλήρη τὸν μισθὸν ἔλαβεν, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ οἱ βασάσαντες τὸ βάρος τῆς ἡμέρας, ὅτω καὶ ὁ ἐργασάμενος μέχρι τῆς ἑνδεκάτης ὥρας, περὶ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν ἀρξηται καταῤῥέφειν, καὶ τὰ πεφυτευμένα ὐκ-τίλλειν, μισθὸν ὐ λαμβάνει, τῷ Κυρίῳ καὶ σωτῆρος ἡμῶν εἰπόντος· ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος, ἔτος σωθήσεται. Καὶ πάλιν· ὐδεὶς ἐπι-

βαλὼν

βαλὼν τὴν χεῖρα αὐτῦ ἐπ' ἄροτρον, καὶ ςραφεὶς εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν οὐρανῶν· ἡ γὰρ γυνὴ τῦ Λὼτ ςραφεῖσα εἰς τὰ ὀπίσω ἐγένετο ςήλη ἁλός. ὅθεν καὶ ὁ Ἀπόςολος τῶν ὀπίσθεν ἐπιλανθανόμενος, τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεκτείνετο. Καὶ σὺ οὖν ἀγαπητὲ ὑπόμεινον· ὁ γὰρ κόσμος ὅτος παράγεται, καὶ ἡ ἐπιθυμία· ὁ δὲ ποιῶν τὸ θέλημα τῦ Θεῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα. Ξένοι γάρ ἐσμεν καὶ πάροικοι ἐν τῷ βίῳ τύτῳ. Ἐὰν δὲ, ὡς καιρὸν ἔχομεν ἐργασώμεθα ἐν αὐτῷ τὰ ἀρεςὰ τῷ Κυρίῳ, τὸν μισθὸν κομισώμεθα. Κτῆσαι οὖν τὴν ὑπομονὴν ἀγαπητὲ ἀδελφὲ· γέγραπται γάρ· ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν. Ὁ Ἐνὼχ ἑξακόσια ἔτη εὐηρέςησε τῷ Θεῷ μετὰ τὸ γεννῆσαι αὐτὸν τὸν Μαθουσάλα, καὶ ἡμεῖς ἐν τῷ βραχεῖ τύτῳ καιρῷ ὀλιγορῦμεν. Ἀντίςα ἀγαπητὲ τοῖς βλαβεροῖς λογισμοῖς, καὶ εἶπον μετὰ τῦ λέγοντος· Χριςῷ συνεςαύρωμαι· ζῶ δὲ οὐκ ἔτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριςός. Τί γὰρ ὠφελήσει ἄνθρωπος ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτῦ ζημιωθῇ; Ἐκκλίνατε ἀπ' ἐμῦ πονηρεύομενοι, καὶ ἐξερευνήσω τὰς ἐντολὰς τῦ Θεῦ μυ. Τῦ Ἐκκλησιαςῦ βοῶντος· ματαιότης ματαιοτήτων τὰ πάντα ματαιότης. μετὰ πόσον πλῦτον καὶ δόξαν, οὐκ ἔτι ματαιότητι προσφέρω μυ τὸς καμάτυς, ἵνα μὴ μετὰ τὴν ἐμὴν ἔξοδον ἄλλοι κληρονομήσωσι, κἀγὼ ἀποτίσομαι τὴν δίκην· ἀλλὰ προσφέρω μυ τὸς καμάτυς τῷ ἀγαθῷ καὶ ἐλεήμονι Θεῷ τῷ παρέχοντι μετὰ θάνατον ζωὴν, καὶ ἑτοιμάζοντι τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, καὶ ὃς οὐκ ἤκυσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπυ οὐκ ἀνέβη. Ναὶ ἀγαπητὲ ἀνδρείζυ, καὶ κραταιώθω ἡ καρδία συ, καὶ ὑπόμεινον τὸν Κύριον, καὶ ἔςαι ἐν εἰρήνῃ ἡ ἔξοδός συ. Ἐκεῖ ὄψει τὸς δικαίυς χαίροντας ἐπὶ τῇ σῇ σωτηρίᾳ. Ἐκεῖ αὐλισθήσῃ ἐν κόλποις Ἀβραὰμ σὺν τῷ Λαζάρῳ, τὴν γὰρ πτωχείαν ἐξελέξω, τὴν θλῖψιν ὑπέμεινας, ἐξυδένωσιν οὐκ ἐμίσησας, διὰ τῦτο δέξονταί σε μετ' εὐφροσύνης εἰς τὰς αἰωνίυς σκηνὰς, ἔνθα ἀπέδρα λύπη, ὀδύνη, καὶ ςεναγμός. Ἐκεῖ ὄψη τὴν ζωὴν, καὶ τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, τὴν ἐλπίδα πάσης τῆς κτίσεως, τὸν λυτρωτὴν τῶν ψυχῶν ἡμῶν Ἰησῦν Χριςὸν τὸν βασιλέα τῆς δόξης, καὶ χαρήσεταί συ ἡ καρδία, καὶ τὴν χαράν συ οὐδεὶς ἄρει ἀπὸ συ. Αὐτὸς ὁ Κύριος ἡμῶν διαφυλάξει ἡμᾶς ἀμέμπτυς, ὅτι

A iterum : *Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei.* Nam uxor Lot, quod retro respexerit, in statuam salis versa est. Quare etiam Apostolus, eorum quidem quæ retro sunt obliviscens; ad ea vero quæ sunt priora seipsum extendens, ad destinatum persequebatur. Et tu ergo carissime, sustine, ac persevera. Nam mundus iste transit, & concupiscentia ejus : qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum. Peregrini enim sumus, & advenæ in hoc seculo. Si autem dum tempus habuerimus, in illo grata & accepta Domino operati fuerimus; mercedem referemus. Patientiam igitur posside, frater dilecte. Nam scriptum est : *In patientia vestra possidebitis animas vestras.* Enoch ducentis annis placuit Deo, postquam ipse genuit Mathusalem : & nos in brevi hoc vitæ tempore negligentes sumus? Resiste, carissime, cogitationibus noxiis; & dic cum eo, qui ait ac clamat : Christo confixus sum cruci : vivo autem, jam non ego, vivit vero in me Christus. Quid enim proderit homini, si mundum lucretur universum; animæ vero suæ detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Declinate à me maligni, & scrutabor mandata Dei mei. Ecclesiaste quoque proclamante : Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Post tantam opulentiam ac gloriam, non amplius vanitati labores meos offeram; ne eas alii post meum hinc exitum possideant, & ego interim pœnas pendam : verum optimo & misericordissimo Deo labores meos offeram, præbenti post mortem vitam æternam; & paranti diligentibus ipsum, quæ oculus non vidit, nec auris audivit, neque in cor hominis ascenderunt. Etiam carissime, viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum, eritque in pace exitus tuus. Ibi justos gaudentes videbis ob salutem tuam. Ibi, in sinu Abrahæ, cum Lazaro demoraberis : paupertatem enim & inopiam elegisti, tribulationem & angustiam sustinuisti, contumelias passus es, contemptiones non es aversatus. Propterea cum lætitia in æterna tabernacula suscipient te, ubi exulat luctus atque tristitia, ac gemitus : Ibi vitam cernes & lucem veram, ac spem omnis creaturæ redemptorem animarum nostrarum Jesum Christum regem gloriæ; & gaudebit cor tuum, & gaudium tuum nemo tollet à te. Ipse porro Dominus & Deus, irreprehensibiles nos tueatur atque custodiat. Quoniam

Luc. 9.

Luc. 21.

Galat. 2.

Matth. 16.

Psal. 118.

Eccl. 12.

ipſum decet gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.

ὅτι αὐτῷ ἐστιν ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

EJUSDEM ADHORTATIO, SIVE CATECHESIS AD MONACHOS.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΝΟΥΘΕΣΙΑ, ΗΓΟΥΝ ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ ΠΡΟΣ ΜΟΝΑΧΟΥΣ.

VEnite dilecti mei: Venite patres fratreſque mei, grex Salvatoris electe; operemur bonum donec hæc duret celebritas. Oculos veſtros adimplete lacrymis: & confeſtim oculi cordis veſtri aperientur. Verba vitæ loquimini ad invicem: & e veſtigio, cordis compunctionem ſentietis. Bene ſentite de regno ac Paradiſo: & mox res terrenas contemnetis. Nullus per ſocordiam atque negligentiam animo percellatur: neque in puſillanimitatem veniat; neque pavore quis perfundatur, aut ſopore obruatur. Sed audacter Deum imploremus, & Salvatori noſtro deſerviamus. Corda quoque noſtra ſtudioſe Spiritus ſancti ope emundemus. Simul conſpiremus in bono, nos inter nos cohortemur, & confirmemus. Ignoſcamus nobis mutuo, ex toto corde: ſiquidem ſervi ſumus Dei, omnis mendacii expertis; qui dixit: Amen amen dico vobis, *Matth. 18.* niſi ex toto corde remiſeritis peccata veſtra alterutrum: nec pater veſter cœleſtis remittet vobis peccata veſtra. Quin & per Sanctos ſuos Apoſtolos deſignavit nobis, quoties fratri ignoſcendum ſit. Dicente enim Petro: Domine, quoties peccabit in *Luc. 17.* me frater meus, & dimittam ei? uſque ſepties? Ait illi Dominus: Non dico tibi uſque ſepties: ſed uſque ſeptuagies ſepties. At nos ſubinde ne tertio quidem in die nobis mutuo ignoſcimus. Quamobrem vos obſecro cariſſimi mei, ſupplexque oro o amici mei: ſobrii eſtote ac vigilate hoc tempore exiguo, & ad undecimam hanc horam contendite. Appropinquavit jam veſpera, & retributor mercedis cum gloria adveniet, redditurus unicuique ſecundum opera ſua. Attendite vobis ipſis; ne quis veſtrum honeſte atque ex virtute vivens, nimium de ſe præſumat: negligenſque immenſam ejus remunerationem deperdat. Similis enim eſt Monachus agro ſeminato, qui pluvia ac rore rigatus incrementum capit, lætitiæque fructum fructificat: ſed quum jam ad ipſum fructum pervenerit, majorem ſollicitudinem bono agricolæ ingerit: ſollicitus namque pervigilat, timens ne vel repentina grandine, vel a pecoribus campi, ſua ſata deſtruantur. Sic & Monachus donec in hoc corpore vitam duxerit, quotidie de immortali vita curet

Δεῦτε ἀγαπητοί μου, δεῦτε πατέρες καὶ ἀδελφοί μου· ποίμνιον ἐκλεκτὸν τοῦ Σωτῆρος· πραγματευσώμεθα ἕως σήκει ἡ παρουσία· πληρώσατε τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν δακρύων, καὶ βαθέως τῆς καρδίας ὑμῶν οἱ ὀφθαλμοὶ ἀνοίγονται. Λαλήσατε λόγους ζωῆς, καὶ θᾶσσον κατανοήσεται ὑμῶν ἡ καρδία. Λάβετε καλὴν ἔννοιαν περὶ τῆς βασιλείας, καὶ τοῦ Παραδείσου, καὶ βαθέως καταφρονεῖτε τῶν γηΐνων πραγμάτων. Μηδεὶς ῥαθυμήσας ποσῶς, μηδὲ ὀλιγοψυχήσῃ, μηδὲ φοβηθήτω τις, μηδὲ ὑπνώσειεν, ἀλλ' ἀναγδαίως ἐπικαλεσώμεθα τὸν Θεὸν, καὶ δυναβύσωμεν τῷ Σωτῆρι ἡμῶν· ἀσφαλῶς ἁγνίσωμεν τὰς καρδίας ἡμῶν ἀφὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος· συγκροτήσωμέν τε ἀλλήλους, καὶ θᾶσσον παρακαλέσωμεν, καὶ σπείξωμεν· συγχωρήσωμέν τε ἀλλήλοις ἐξ ὅλης καρδίας· δῆλον γὰρ ἐσμεν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ τοῦ εἰπόντος· ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ ἀφῆτε ἐξ ὅλης τῆς καρδίας τὰ θᾶσσα πταίσματα ὑμῶν, οὐδὲ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος ἀφήσει τὰ θᾶσσα πταίσματα ὑμῶν. Καὶ ἀφ' αὐτοῦ ἁγίων Ἀποστόλων αὐτὸς ἐσήμανεν ἡμῖν ποσάκις συγχωρῆσαι χρὴ τῷ ἀδελφῷ· εἰπόντος γὰρ τοῦ Πέτρου· Κύριε ποσάκις, ἐὰν ἁμαρτεῖ εἰς ἐμὲ ὁ ἀδελφός μου, συγχωρήσω αὐτῷ; ἑπτάκις; Ἔφη αὐτῷ ὁ Κύριος· οὐ λέγω σοι ἑπτάκις, ἀλλ' ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτά· ἡμεῖς δὲ ἐνίοτε οὐδὲ τρὶς τῆς ἡμέρας συγχωροῦμεν ἀλλήλοις. Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς ἀγαπητοί μου, καὶ θᾶσσον πίπτω ὦ φίλοι μου· νήψατε ἐν τῷ βραχεῖ καιρῷ τούτῳ καὶ ἀγωνίσασθε εἰς τὴν ἑνδεκάτην ὥραν ταύτην· ἡ ἑσπέρα ἤγγικεν, καὶ ὁ μισθαποδώτης μετὰ δόξης ἔρχεται ἀποδώσων ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Προσέχετε ἑαυτοῖς· μή τις καλορθώσας θαῤῥήσει, καὶ ἀμελήσας ἀπολέσει τὴν ἄμετρον αὐτοῦ μισθαποδοσίαν. Ἔοικε γὰρ ὁ μοναχὸς τῇ ἐσπαρμένῃ χώρᾳ, ἥτις αὐξάνει μετὰ ὑετοῦ, καὶ δρόσου, καὶ καρποφορεῖ καρπὸν εὔφροσύνης. Ὅτ' ἂν δὲ φθάσει εἰς αὐτὸν τὸν καρπὸν, εἰς πλείονα μέριμναν ἄγει τὸν γεωργόν· μεριμνᾷ γὰρ ἀγρυπνεῖ· φοβεῖται μὴ ἄφνω χάλαζα, ἢ ἄγρια ζῶα θᾶσσον ἐν τῷ αὐτοῦ. Οὕτως ὁ μοναχὸς· ἐν ὅσῳ ἐστὶν ἐν τῷ σώματι

σώματι τύτῳ ἡμέραν καθ' ἡμέραν μεριμνησάτω, καὶ φροντισάτω ὑπὲρ τῆς ἀθανάτου ζωῆς, ἵνα μὴ ἀμελήσας εὑρεθῇ εἰς κενὸν βέχων. Ἡ χαρὰ, ἡ εὐφροσύνη τοῦ γεωργοῦ ἐστιν ὅτ' ἂν τὸ ἄμπον αὐτοῦ σωάζῃ καὶ ἐπιτύχῃ τῶν ἀμοιβῶν. Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον χαίρουσι, καὶ ἀγάλλονται οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ, ὅτ' ἂν φοβούμενος τὸν Θεὸν τελειώσῃ τὸν δρόμον αὐτοῦ. πληρώσας ὁ γεωργὸς πὰς ἀποθήκας αὐτοῦ, καὶ γενόμενος ἀμέριμνος τρυφᾷ καὶ ἀγάλλεται· καὶ ὁ μοναχὸς ἐτέθη εἰς τὴν ἀποθήκην αὐτοῦ, τοῦτ' ἔστιν εἰς τὸ μνῆμα, καὶ εὐθέως ὁ πλοῦτος αὐτοῦ ανέβη εἰς τοὺς οὐρανούς. Νήφωμεν οὖν ἀγαπητοὶ· νήφωμεν ἐν τῷ πολέμῳ τοῦ ἀντιδίκου ἡμῶν. ὁ μὲν γὰρ πόλεμος αὐτοῦ ἐπαμός, αὐτὸς δὲ ἀσθενὴς ὑπάρχει. ὁ δὲ ἡμέτερος δεσπότης, καὶ ἀγωνοθέτης τοῖς προθύμως πολεμοῦσι καὶ δύναμιν παρέχει, καὶ στέφανον ἀμάραντον. Καθάπερ γὰρ διώκεται χοῦς ὑπὸ σφοδροῦ ἀνέμου, οὕτως καὶ ὁ ἀντίδικος ἡμῶν διάβολος διώκεται ἀπὸ φωνῆς τῆς τοῦ Θεοῦ δοξολογίας, καὶ ᾠδῆς, καὶ δακρύων. Μηδεὶς οὖν ῥαθυμήσει, μήδε φοβηθῇ, ἀλλ' ὁ ἰσχυρὸς τοῦ ἀσθενοῦς ἀντιλαμβανέσθω· ὁ πρόθυμος τὸν ὀλιγόψυχον παρακαλεσάτω· ὁ νήφων τὸν βαρούμενον ὕπνῳ διεγειράτω· ὁ κατεσταλμένος τὸν ἀκατάστατον νουθετησάτω· ὁ ἐγκρατὴς τῷ ἀτάκτῳ ὑποτιμάτω· οὕτω γὰρ ἀλλήλοις συγκροτοῦντες, καὶ ὁμοθυμαδὸν, νικῶντες τὸν ἀντίπαλον ἡμῶν καταισχύνωμεν, καὶ τὸν Θεὸν ἡμῶν δοξάσωμεν. Οἵτε ἅγιοι ἄγγελοι ἐφ' ἡμᾶς εὐφρανθήσονται, καὶ οἱ ὁρῶντες ἡμᾶς καὶ οἱ ἀκούοντες τὰ περὶ ἡμῶν οἰκοδομηθήσονται. Παράδεισος πλήρης καρπῶν εὐφροσύνης, καὶ ποικίλων ἀνθῶν πλήθη μοναχῶν ἐστὶ τὸ αὐτῷ κεκοσμημένων εἰς τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ. Πηγὴ καλὴ, καὶ πλήρης ὑδάτων τὴν φυτῶν ἄρδουσα, πλήθη μοναχῶν· ἄρδοντες ἑαυτῶν τὴν ψαλμῳδίαν ἐν τοῖς δάκρυσιν. Πόλις τετειχισμένη, ὀχυρωμένη, πλῆθος μοναχῶν ἐστὶ τὸ αὐτὸ ἀλλήλοις συγκροτοῦντες εἰς τὴν ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ. Διάδημα πολύτιμον, πεπλεγμένον ἐν λίθοις τιμίοις καὶ μαργαρίταις ὡραίοις, πλῆθος μοναχῶν πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν, καὶ καλόν. Σκάφος πλῆρες πλούτου βασιλικοῦ, τὴν πλῆθος μοναχῶν ἐστὶ τὸ αὐτὸ πεπληρωμένων τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ. Ἐλαία ὡραία, καὶ εὔκαρπος, τὴν πλῆθος μοναχῶν ἐπὶ τὸ αὐτὸ πεφυτευμένων, καὶ ἐστηριγμένων εἰς τὴν ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ. Εἰκὼν βασιλικὴ

ret sollicitusque sit, necesse est: ne per segnitiem in vanum cucurrisse reperiatur. Gloriatur exultatque agricola, quando suam messem jam congregarit, & compensationem laborum receperit: eumdem in modum gaudebunt exultabuntque Angeli Dei in cœlis, quando quis timens Deum, consummaverit cursum suum. Agricola, horreis suis repletis, & in securitate jam positus, genio indulget, & gloriatur: Monachus quoque in suo constitutus horreo, hoc est, in monumento; confestimque divitiis ejus in cœlum perlatis, exultat. Sobrii igitur simus & vigilemus carissimi; vigilemus, inquam, quamdiu in prælio adversus hostem constituti erimus. Illius quidem pugna semper est præsto: sed ipse debilis est atque infirmus. Noster vero Dominus fortis præliator, his qui alacriter certaverint, virtutem largitur, & coronam immarcescibilem. Sicut enim a vehementi vento pulvis impellitur, & submovetur: ita etiam adversarius noster diabolus impugnatur fugaturque, quando nostris vocibus divinas laudes personamus, ac preces lacrymasque Deo exhibemus. Quocirca nemo hic sit segnis, metuve frangatur: sed qui fortem se sentit, infirmiorem suscipiat. Qui alacritate valet, pusillanimem consoletur. Qui vigil est, somno gravatum excitet. Qui per se modestus est, immodestum admoneat. Qui continens est, inordinatum increpet. Hoc namque modo simul conspirantes, pariterque victoriam de adversario nostro reportantes; eum confundimus, & Deum nostrum glorioſa celebratione colimus. Sancti quoque super nos gaudebunt Angeli: & qui nos vident, audiuntque de nobis, ædificabuntur. Paradisus refertus fructibus lætitiæ, & floribus diversi generis, est multitudo Monachorum, in idipsum in charitate Dei exornata atque ordinata. Fons pulcher, & aquis scatens, quibus multitudo irrigatur plantarum, est multitudo Monachorum, suam psalmodiam irrigantium. Civitas muris circumdata atque munita, est multitudo Monachorum, in idipsum invicem conspirantes charitate Christi. Diadema pretiosum ex pretiosis lapillis, speciosisque margaritis contextum, est Monachorum multitudo, in idipsum ad omne opus bonum pulchrumque adornata. Navis plena regalibus divitiis, est Monachorum multitudo, in idipsum dilectione referta. Oliva splendida atque fructifera, est multititudo Monachorum in idipsum circumornata, & confirmata in dilectione Christi. Imago regalis, admirabilem adspectum quorumcumque

que selectissimorum colorum ac florum continens, est multitudo Monachorum, in idipsum varietate virtutum decorata. Castra sanctorum Angelorum, multitudo est Monachorum in idipsum bene ordinata, mentem suam ad Deum semper elevatam habentium. Sicut mel & favus in ore: ita responsio fratris ad proximum suum, cum dilectione & humilitate. Quemadmodum aqua frigida, æstu nimio est sitienti: ita consolationis verbum est fratri in tribulatione ipsius. Quemadmodum qui cadenti manum dat, erigit illum; ita & animam segnem atq; pusillanimem excitat verbum vitæ & consolationis. Quemadmodum semen bonum atque electum in terra bona & optima: ita bonæ cogitationes, in mente Monachi. Quemadmodum lucida lampas in obscuro loco relucens: ita Monachus sobrietati mentis & cordis vacans, tempore suæ psalmodiæ. Quemadmodum connexio bona ac fortis in ædificio: ita longanimitas in corde Monachi. Quemadmodum onus intolerabile, viro debili atque infirmo: ita & Monachi somnus, tempore suæ psalmodiæ. Quemadmodum vincula & catenæ, aquilæ: ita & Monacho, sollicitudines mundi. Quemadmodum spinæ, & tribuli inter sata optima: ita malæ & sordidæ cogitationes, in anima Monachi. Quemadmodum cancer, dum curatur, & putrescit, & numquam curationem absolutam admittit: ita injuriarum memoria, in anima Monachi. Quemadmodum à verme corrumpitur lignum: ita & ab inimicitia labefactatur animus Monachi. Quemadmodum à tinea corrumpitur vestimentum: ita à detractione mens Monachi. Quemadmodum lignum altum ac speciosum, sed infructuosum: ita superbus & insolens Monachus. Quemadmodum fructus pulcher quidem & delectabilis exterius, putridus autem interius: ita Monachus invidus ac æmulus. Quemadmodum quis lapidem jactans in limpidissimum fontem, conturbat eum: ita iracundi Monachi responsio commovet mentem proximi sui. Quemadmodum quis coram Rege astans, & cum eo colloquens; à conservo autem suo vocatus, Rege relicto, cum illo sermones miscet: ita Monachus, qui in sua psalmodia cum Deo colloquitur, intentione interim mentis suæ aliò reflexa. Intelligamus igitur ac consideremus dilectissimi, coram quo constituti simus. Quemadmodum enim Angeli Dei, cum timore & tremore collaudantes Dñm, coram eo adsistunt: ita & nos puro corde, & cum reverentia atq; timore coram Deo consistere oportet: ut in die judicii misericordiam consequamur. Per Dñm nostrum Jesum Christum: cui gloria, in secula seculorum. Amen.

EJUS-

A λικὴ ἔχουσα θαυμαςὼ ἰσοςίαν παντοίων χρωμάτων ἐκλεκτῶν, ϗ ἀνθηρῶν, πλῆθος μοναχῶν κεκοσμημένων ἐν ταῖς ποικίλαις ἀρεταῖς. Παρεμβολὴ ἀγγέλων ἁγίων, πλῆθος μοναχῶν ἐπὶ τὸ αὐτὸ πεφυκεκοσμημένων, ἔχοντες πρὸς τ̈ Θεὸν ἀδιάπαυςος τὴν ἔννοιαν αὐτῶν. Ὡς μέλι ϗ κηρίον ἐν τῷ ςόματι, ὕτως ἀπόκρισις μοναχῦ τῷ πλησίον αὐτῦ μ̈ ἀγάπης ϗ ταπεινοφροσύνης· ὥσπερ ὕδωρ διψῶντι ἐν καύματι, ὕτως λόγος παρακλήσεως ἀδελφῦ ἐν θλίψει αὐτῦ. ὥσπερ ἂν δῷ τις χεῖρα πεπτωκότι ἐγείρει αὐτὸν, ὕτως ἐγείρει λόγος ζωῆς ϗ παρακλήσεως ῥάθυμον ψυχὴν, ϗ ὀλίγωρον. ὥσπερ σπόρος ἀγαθὸς, ϗ ἐκλεκτὸς ἐν γῇ ἀλαθῇ ϗ φιλοκάλῳ, ὕτως ἀγαθοὶ λογισμοὶ ἐν ψυχῇ μοναχῦ. ὡς λαμπὰς φαιδρὰ ἐν τόπῳ σκοτεινῷ λάμπουσα, ὕτω μοναχὸς νήφων τῷ νοὶ ϗ τῇ καρδίᾳ ἐν καιρῷ τῆς ψαλμῳδίας αὐτῦ. Ὡς δέσις καλὴ ϗ ἰσχυρὰ ἐν οἰκοδομῇ, ὕτω μακροθυμία μοναχῦ· ὥσπερ γόμος ἄλατος ἀνδρὶ ἀσθενεῖ, ὕτως ὕπνος μοναχῦ ἐν καιρῷ ψαλμῳδίας αὐτῦ. ὡς δεσμοὶ, ϗ ἄλυσις ἀετῷ, ὕτως ἡ τῦ κόσμου μέριμνα τῷ μοναχῷ. ὡς ἄκανθαι, ϗ τρίβολοι ἐν αὐρῳ καλῷ, ὕτω λογισμοὶ πονηροὶ ϗ ἀηχροὶ ἐν ψυχῇ μοναχῦ. ὡς γάγγραινα * ἰωμένη, ϗ σαθρωμένη, ϗ μὴ λαμβάνουσα τέλος ἰάσεως, ὕτω μνησικακία ἐν ψυχῇ μοναχῦ. ὥσπερ σκώληξ ἀφανίζει ξύλον, ὕτως ἔχθρα ἀφανίζει ψυχὴν μοναχῦ. ὥσπερ σὴς ἀφανίζει ἱμάτιον, ὕτω καταλαλιὰ ψυχὴν μοναχῦ. ὥσπερ ξύλον ὑψηλὸν, ϗ ὡραῖον, ἄκαρπον δὲ; ὕτω μοναχὸς ὑπερήφανος, ϗ ἀλαζών. ὥσπερ καρπὸς τερπνὸς, ϗ ὡραῖος, ἔσωθεν δὲ σεσηπὼς, ὕτως μοναχὸς βάσκανος, ϗ φθονερός. ὥσπερ ἄν τις ἀκοντίσῃ λίθον εἰς πηγὴν καθαρὰν παράσει αὐτὴν, ὕτως ἀπόκριτις μοναχῦ μετ' ὀργῆς τὴν ἀφάνειαν παράσει τῦ πλησίον. ὥσπερ βασιλεῖ τις παρεςὼς, ϗ ὁμιλῶν αὐτῷ, καλέσαντος δὲ αὐτὸν σωσθλου; καταλείψας τὸν βασιλέα, τῷ συνδούλῳ ὁμιλεῖ, ὕτως ἐν ψαλμῳδίᾳ ὁμιλῶν, ϗ μετεωριζόμενος. * Σωῶμεν πίνων ἀγαπητοὶ τίνι προσηκόμεθα. ὥσπερ ἄγγελοι τῦ Θεῦ μετὰ φόβυ, ϗ τρόμυ προσπήγνυσιν ὑμνοῦντες, ὕτω ϗ ἡμεῖς ὀφείλομεν μετὰ ἀγνῆς καρδίας, ϗ φόβυ παρίςασθαι τῷ Θεῷ, ἵνα τύχωμεν ἐλέυς ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως διὰ τ̈ Κύριον ἡμῶν Ιησῦν Χριςὸν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τὺς αἰῶνας. Αμὴν.

* al. μωμένη

TOY

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

A EJUSDEM.

Ex Cod. Alexan. drin. 42. p. 182. post, Συναγαγεῖν * hoc sub jungun-tur, quæ in aliis sedici-bus ha-bentur in fine sermo-nis, cujus initium: ὁ τὸν λέγειν ἀγαπῶν. Ἐν μὲ ? labor me ad loquen-dum com-pellit. Vide To. 2. p. 67. lin. 24. συνάγειν.

Συνῶμεν οὖν, ἀγαπητοὶ, τίνι παρίσασθαι, ὥσπερ γὰρ οἱ ἄγγελοι μετὰ φόβου, καὶ τρόμου παρίστανται, οὕτως καὶ ἡμεῖς ὀφείλομεν ἀγαπητοί μου μετὰ ἁγνῆς καρδίας, καὶ φόβου παρίστασθαι εἰς τὴν ψαλμῳδίαν ἐν καιρῷ τῆς προσευχῆς ἡμῶν· μὴ τῷ μὲν σώματι παρεστάμεθα, τὴν δὲ διάνοιαν εἰς τὰ γήϊνα πράγματα φανταζόντες ἀπασχολήσωμεν· ὥσπερ δὲ σκάφος περιφερόμενος ὑπὸ τῶν τῆς θαλάσσης κυμάτων, οὕτως διάνοια μοναχοῦ περιφερομένη εἰς γήϊνα πράγματα. Ἐπισωρεύσωμεν οὖν τοὺς λογισμοὺς ἡμῶν, ἀδελφοὶ, ἀπὸ τῶν γηΐνων πραγμάτων. Καύχημα μοναχοῦ, καὶ ἔπαινος τοῦτο, ἵνα καὶ καύχημα σχῶμεν πρὸς τὸν Θεὸν ἡμῶν. Ὑπομείνωμεν τοὺς πειρασμοὺς οἱ ἀγωνιζόμενοι, ἵνα δοξασθῶμεν· καύχημα γὰρ μοναχοῦ μακροθυμία μετ' ἀγάπης· καύχημα μοναχοῦ ἀκτημοσύνη ἀπὸ πάντων τῶν τοῦ βίου πραγμάτων· καύχημα μοναχοῦ καὶ ἔπαινος ἐνώπιον ἀγγέλων, καὶ ἀνθρώπων, ταπεινοφροσύνη, καὶ ἁπλότης καρδίας. Καύχημα μοναχοῦ, ὅταν τὸν Θεὸν ἀγαπᾷ ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, καὶ τὸν πλησίον ὡς ἑαυτόν. Καύχημα μοναχοῦ πραότης, καὶ ἡσυχία. Καύχημα μοναχοῦ ὅταν συμπάσχῃ τῷ πλησίον, ὡς ἑαυτῷ. Καύχημα μοναχοῦ ἐγκράτεια βρωμάτων μετὰ γλώσσης. Καύχημα μοναχοῦ, ὅταν οἱ λόγοι τοῦτο συμφωνῶσι τοῖς ἔργοις. Καύχημα μοναχοῦ, ὅταν ἐγκαρτερῇ τῷ τόπῳ αὐτοῦ, καὶ ὁ περιέρχεται ὧδε κἀκεῖσε, ὡς φρύγανον ὑπὸ ἀνέμου.

Οἴμοι ἀγαπητοί μου, ὅτι ἐγενόμην ὥσπερ μηχανὴ χαλκέως πληρουμένη, καὶ κενουμένη, καὶ μηδὲν ἐκ τοῦ ἀνέμου κρατοῦσα. οὕτως κἀγὼ διηγησάμενος τὰς ἀρετὰς τοῦ ποιμένος τοῦ Χριστοῦ, ἀπὸ πάντων ἀπέχω. Δόξα, καὶ προσκύνησις τῇ αὐτοῦ μεγαλοσύνῃ.

Ἀγαπητοί μου, ἐάν τις ἡμῶν παραληφθῇ εἰς τοὺς ῥυπαροὺς, καὶ αἰσχροὺς λογισμοὺς, μὴ ἀμελήσας ἀποροθυμήσῃ, μήτε ἑαυτὸν ἐκκόψῃ εἰς ἀπόγνωσιν, ἀλλ' ἐκχεάτω τὴν καρδίαν αὐτοῦ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ μὴ στενάξας κλαυσάτω, καὶ εἰπάτω.

Ἐξεγέρθητι Κύριε, καὶ πρόσχες τῇ κρίσει μου, ὁ Θεός μου, καὶ Κύριός μου εἰς τὴν δίκην μου. Κρῖνόν μοι Κύριε κατὰ τὴν δικαιοσύνην μου. Ἔργον τῶν χειρῶν σου εἰμὶ ἐγώ. Ἵνα τί με ὑπερεῖδες, ἵνα τί τὸ πρόσωπόν σου ἀποστρέφεις, καὶ ἐπιλανθάνεις τῆς ταπεινώσεώς μου; ὅτι κατεδίωξεν

INtelligamus igitur, cariſſimi, coram quo adſtemus. Sicut enim Angeli cum metu atque tremore adſtant: ita & nos debemus, dilectiſſimi mei, cum puro corde ac tremore ad Pſalmodiam tempore orationis noſtræ adſiſtere; ne corpore dumtaxat adſtemus, mente autem in negotiis terrenis abſtracti occupemur. Quemadmodum enim ſcapha, quæ fluctibus maris circumfertur; ita & mens Monachi, quæ ſeculi curis diſtrahitur. Quare colligamus cogitationes noſtras, fratres, à terrenis negotiis. Gloria & laus Monacho hæc eſt, ut gloriam apud Deum noſtrum obtineamus. Suſtineamus adverſarii tentationes, ut glorificemur. Gloria quippe eſt Monacho, patientia cum dilectione. Gloria Monacho, paupertas, & abſtinentia ab omnibus hujuſce vitæ negotiis. Gloria Monacho, & laus coram Angelis & hominibus, humilitas, & ſimplicitas cordis. Gloria Monacho, quum diligit Deum ex toto corde, & proximum ſicut ſeipſum. Gloria Monacho, manſuetudo & ſilentium. Gloria Monacho, quum ita proximo compatitur, ſicut ſibi ipſi. Gloria Monacho temperantia ab eſcis & a lingua. Gloria Monacho, quando verba ejus operibus conſonant. Gloria Monacho, dum ſe in loco ſuo continet, neque huc illucque, inſtar ſtipulæ a vento raptatæ, vagatur.

Hei mihi, dilectiſſimi mei, quia factus ſum ſicut machina fabri ferrarii; quæ repletur & evacuatur, nihilque ex vento retinet: ſic ego virtutes gregis Chriſti enarrans, ab his omnibus recedo. Gloria & adoratio ipſius magnificentiæ.

Dilectiſſimi mei, ſi quis noſtrum ſordidis ac turpibus cogitationibus præoccupatus fuerit, ne deſidia atque ſegnitie obtorpeſcat, neque ſeipſum in deſperationem tradat: ſed cor ſuum coram Deo effundat, & ingemiſcens cum lacrymis dicat.

Exurge Domine, & intende judicio meo, Deus meus, & Dominus meus, in cauſam meam. Judica me, Domine, ſecundum juſtitiam meam. Opus manuum tuarum ſum ego: cur deſpexiſti me? cur faciem tuam avertis, & obliviſceris humilitatis meæ? Quia perſequutus eſt inimi-

inimicus animam meam, & humiliavit in terra vitam meam. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Apprehendat me manus tua, ne peream.

Si ita in oratione perstiteris, Deumque invocaveris, confestim benignus Deus mittens manum suam in cor tuum, consolabitur te, & requiem a doloribus belli, quod sustines, tibi conferet. Quum ergo talem habeamus Dominum, tamque benignum, ne segniter agamus: quumque talem misericordem Salvatorem habeamus, ne desidia & negligentia obtorpescamus. Quamdiu enim hic sumus, miseretur, & salvat, iniquitatibus nostris ignoscit, & peccata nostra, si quidem volumus, condonat. Quis non admiretur, quod per lacrymas brevissimi hujus temporis, innumera nobis peccata dimittit, & per lacrymas undecimæ horæ, infinita vulnera sanat, rursusque quum sanaverit, mercedem lacrymarum confert? Istud quippe consuetum gratiæ ipsius munus est: sanat, & postquam sanaverit, etiam præmia sanationis tribuit. Ne ergo desides simus, fratres, sed operam demus, ut curemur, quemadmodum præfatus sum. Hic enim miseretur Deus, & ignoscit per suam gratiam; illic autem non item, sed justum ibi judicium, & ultio, & factorum omnium retributio. Illic misericors Abraham, immitis atque immisericors reperietur, & qui pro Sodomitis fuerat deprecatus, ut salvi fierent, ibi pro uno peccatore non supplicat, ut salutem consequatur. Non ergo mens nostra terrenis rebus implicetur, dilectissimi; sed participes fieri omnium sanctorum, & cohæredes sanctorum patrum nostrorum esse studeamus. Non recedamus ab illorum vivendi instituto, ne & beata eorum privemur gloria. Adnitamur præcipue, ut cum perfectis viris coronemur: sin minus, saltem inter extremos, qui ipsi placuere, laudari mereamur. Beatus enim ille profecto est, qui inter perfectos contendit coronari: miser autem, qui neque inter extremos dignus est collaudari. Beatus, qui laude istorum dignus est habitus. Beatus, qui hereditatem ipsorum meruit. Beatus, qui mensæ eorum dignus est judicatus. Beatus, qui dignus invenietur deliciis ipsorum, vocemque illam audire merebitur: *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi*. Quam ibi excusationem habebimus, si negligentes fuerimus? Secularis quidem aliquem

Matth. 25.

πεδίωξεν ὁ ἐχθρὸς τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐταπείνωσεν εἰς τὴν γῆν τὴν ζωήν μου· ἐνεπάγην εἰς ἰλὺν βυθοῦ, καὶ οὐκ ἔστιν ὑπόστασις. Καταλαβέτω με ἡ χείρ σου, ἵνα μὴ ἀπόλωμαι.

Ἐὰν οὕτω καρτερήσῃ καὶ ἐπικαλέσῃ τὸν Θεὸν, ἀθέως ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς πέμπει τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἰς τὴν καρδίαν σου καὶ παρακαλεῖ σε, καὶ ἀναπαύων ἀπὸ τοῦ μόχθου τοῦ πολέμου σου. Τοιοῦτον οὖν ἔχοντες Δεσπότην ἀγαθὸν, μὴ ἀμελήσωμεν; καὶ τοιοῦτον ἔχοντες ἀπλαγχνον Σωτῆρα μὴ ῥαθυμήσωμεν. ἐν ὅσῳ γὰρ ἐσμὲν ὧδε, καὶ οἰκτείρει καὶ σώζει, καὶ τὰ παραπτώματα ἡμῖν ἀφίησι, καὶ τὰς ἀνομίας ἡμῖν, ἂν ἡμεῖς θέλωμεν, συγχωρεῖ. Τίς μὴ θαυμάσει, ὅτι ἀφ' ἑνὸς δακρύου τοῦ βραχέος καιροῦ τούτου συγχωρεῖ ἡμῖν μυρία παραπτώματα, καὶ ἀφ' ἑνὸς δακρύου τῆς ἑνδεκάτης ὥρας ἰᾶται τὰ μυρία τραύματα, καὶ πάλιν ἰώμενος παρέχει μισθὸν τοῦ δακρύου; Τοῦτο γὰρ τὸ ὀφειλὸς τῆς χάριτος αὐτοῦ ἐστιν· ἰᾶται, καὶ τὸν μισθὸν τῆς ἰάσεως αὐτοῦ παρέχει. Μὴ οὖν ἀμελήσωμεν ἀδελφοὶ, ἀλλὰ σπουδάσωμεν ἰαθῆναι, καθὼς σπεύδει· ὧδε μὲν γὰρ ἐλεεῖ ὁ Θεὸς, καὶ οἰκτείρει ἀφ' ἑνὸς χάριτος αὐτοῦ, ἐκεῖ δὲ οὐκ ἔτι, ἀλλὰ δικαιοκρισία, καὶ ἐκδίκησις, καὶ ἀνταπόδοσις τῶν πεπραγμένων. Ἐκεῖ ὁ πολυσπλαγχνος Ἀβραὰμ, ἄσπλαγχνος, καὶ ἀνελεήμων εὑρίσκεται, ὁ περὶ Σοδόμων παρακαλέσας, ἵνα σωθῶσιν· ἐκεῖ περὶ ἑνὸς ἁμαρτωλοῦ ὁ παρακαλεῖ, ἵνα σωθῇ. Μὴ οὖν δεσμωθῇ ἡ διάνοια ἡμῶν ἐν τοῖς γηΐνοις, ἀγαπητοὶ, πράγμασιν, ἀλλὰ σπουδάσωμεν μέτοχοι γενέσθαι πάντων τῶν ἁγίων, καὶ συγκληρονόμοι τῶν ὁσίων πατέρων ἡμῶν. Μὴ ὑστερηθῶμεν τῆς πολιτείας αὐτῶν· ἵνα μὴ στερηθῶμεν τῆς μακαρίας δόξης αὐτῶν. Σπουδάσωμεν δὲ μᾶλλον, ἵνα μετὰ τῶν τελείων στεφανωθῶμεν· εἰ δὲ μὴ, μετὰ τῶν ἐλαττόνων τῶν εὐαρεστησάντων αὐτῷ ἐπαινεθῶμεν. Μακάριος γὰρ ὅστις μετὰ τῶν τελείων ἠγωνίσατο στεφανωθῆναι· ἄθλιος δὲ ὁ ἀθετήσας, καὶ ἀμελήσας, ὡς μηδὲ μετὰ τῶν ἐλαττόνων ἐπαινεθῆναι. Μακάριος ὁ καταξιωθεὶς εἰς τὸ ἔπαινον αὐτῶν. Μακάριος ὁ καταξιωθεὶς εἰς τὴν κληρονομίαν αὐτῶν. Μακάριος ὁ καταξιωθεὶς εἰς τὴν τράπεζαν αὐτῶν. Μακάριος ὁ μέλλων γενέσθαι τῆς ζυφῆς αὐτοῦ, καὶ ἀξιωθεὶς τῆς φωνῆς ἐκείνης· Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου· κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. Ποίαν ἀπολογίαν ἐξομεν ἐκεῖ, ἐὰν ἀμελήσωμεν; Ὁ βιωτικὸς ἐνίοτε φρόνιμος

προφάσιν ἔχει, ὡς δεσμωθεὶς ἐν τῷ κόσμῳ, ἡμεῖς δὲ τί ἐροῦμεν, ὅτι ἔν τινι ἐσμέν τῇ ἁμαρτίᾳ; Φοβοῦμαι καὶ τρέμω, μὴ οἱ ἐπαινοῦντες ἡμᾶς ἐνταῦθα, ἐκεῖ ἡμᾶς μυκτηρίσωσι, καὶ οἱ μακαρίζοντες ὧδε, ἐκεῖ ἡμᾶς ὀνειδίσωσι. Μὴ οὖν ἀγαπητοί μου γλυκανθῇ ἡμῖν ὁ λάρυγξ, ἤγουν ἡ ῥαθυμία, καὶ ἡ τοῦ κόσμου μέριμνα, ἵνα μὴ πικρανθῇ ἡμῖν τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, καὶ ὁ ἀκοίμητος σκώληξ. Κλαύσωμεν ὀλίγον, ἵνα ῥυσθῶμεν ἀπὸ τοῦ αἰωνίου πυρός. νήψωμεν μικρὸν ἀγαπητοί. Οὐ πιστεύετε τῷ λόγῳ τοῦ Σωτῆρος, ὅτι αἰφνιδίως ὡς ἀστραπὴ λάμπει, οὕτως ἔσται ἡ παρουσία αὐτοῦ; Οὐ σωτεύετε, ὅτι φήμη οὐ γένεται ἰδοὺ ὧδε, ἢ ἐκεῖ; Οὐ φοβεῖσθε, ὅτι ἕκαστος ἡμῶν κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ ἀπολαμβάνει ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, καὶ ὅτι καταγνώσωμεν ἑαυτοὺς μὴ ταῦτα μηδὲν ὠφελοῦντες, καὶ ἕκαστος κλαύσας ἐρεῖ. Οἴμοι διὰ τί ἠμέλησα; οἴμοι τῷ ἀθλίῳ, διὰ τί κατεφρόνησα; Καὶ ταῦτα δὲ καὶ πλείονα τούτων ἐρεῖ ἐν τῇ θλίψει αὐτοῦ μηδὲν ὠφελῶν. Πιστεύσατε ὅτι ἡ σωτηρία τοῦ ἀγῶνος τούτου ἤγγικεν. Ἐὰν δὲ μὴ ἴδητε τοῖς οἰκείοις ὀφθαλμοῖς, τάχα οὐ πιστεύετε; Ὁρᾶτε μὴ πληρωθῇ ἐφ' ἡμᾶς ὁ λόγος τοῦ προφήτου λέγοντος, οὐαὶ τοῖς ἐπιθυμοῦσι τὴν ἡμέραν Κυρίου. Σπουδάσωμεν τοίνυν ἵνα μὴ εὑρεθῶμεν, ὡς ὁ δοῦλος ἐκεῖνος, ὃν ἐλθὼν ὁ Κύριος αὐτοῦ εὗρεν αὐτὸν τρυφῶντα καὶ ἀμελοῦντα. Διὸ δέομαι ὑμῶν· νήψωμεν, ἵνα μὴ ὅτως εὑρεθῶμεν· ἀναδραμὼν ὅ μᾶλλον δοξάσωμεν τὸν Θεὸν, καὶ ὡς παρακαλέσωμεν αὐτὸν, ἵνα ἡμᾶς ῥύσηται ἀπὸ τοῦ σκότους, καὶ καταξιώσῃ εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ.

Ἱκετεύω Σωτὴρ τοῦ κόσμου· ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἐλέησόν με, καὶ ῥῦσαι ἐκ τοῦ πλήθους τῶν ἀνομιῶν μου· ἠθέτησα γὰρ πάντα τὰ ἀγαθά, ἃ ἐποίησας μετ' ἐμοῦ ἐκ νεότητός μου. Ἐμὲ γὰρ τὸν ἰδιώτην, καὶ ἀσύνετον ἐποίησας σκεῦος μέγα, πλῆρες σοφίας καὶ γνώσεως, καὶ ἐπληθύνθη ἐπ' ἐμὲ ἡ χάρις σου, καὶ ἐνέπλησε τὴν καρδίαν μου, καὶ τὴν δίψαν μου ἀνέψυξε, καὶ ἐφώτισε τὸν ἐσκοτισμένον μου νοῦν, καὶ ἐπισωπῆξεν ἀπὸ πλάνης τοὺς λογισμούς μου, ἐπλήρωσέ τε τοὺς κόπους μου. Καὶ νῦν παρακαλῶ, καὶ προσπίπτω, καὶ δέομαι ὁμολογῶν τὴν ἐμὴν ἀσθένειαν. Διὰ τὴν πολλήν σου φιλανθρωπίαν, ἄνες τὰ κύματα τῆς χάριτός σου, καὶ τήρησόν μοι αὐτὴν εἰς τὸν θησαυρόν σου καὶ ἵνα πάλιν δώσεις μοι ταύτην ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. μὴ τοίνυν ὀργισθῇς μοι φιλάνθρωπε· μὴ ὑπομένων γὰρ τοῦ βρύσεως

A aliquem fortasse prætextum invenire poterit, utpote variis sæculi curis implicitus. Nos vero quid dicemus, quum in aliquo constricti sumus peccato? Vereor sane ac contremisco, ne forte hi qui nos hic laudant, illic nos irrideant, & qui nos modo beatos prædicant, tunc nos improperent. Ne igitur, carissimi, dulcescat nobis guttur, ideſt, negligentia, & mundi sollicitudo; ne nobis amarescat æternus ignis, & vermis nunquam dormiens. B Ploremus paululùm, ut ab æterno igne liberemur. Resipiscamus paululùm, carissimi. An non creditis Salvatoris sermoni, quod repente, sicut fulgur, erit adventus ejus? An non intelligitis, quod fama non dicetur, ecce hic, aut illic? An non timetis, ne unusquisque nostrum secundum opera sua recipiat in C illa hora, nosque ipsos culpemus posthæc, atque reprehendamus, nihil proficientes, & unusquisque plorans dicat: Væ mihi, cur negligens fui? hei mihi misero, quare contemsi? Et hæc equidem, hisque plura dicet in sua tribulatione, nihil proficiens. Credite, quia consummatio præsentis sæculi jam appropinquavit. Quod si oculis id propriis non perspicitis, an non & creditis? D Videte ne forte impleatur in nobis prophetæ sermo, qui dicit: *Væ his qui desiderant diem Domini*. Attendamus igitur, ne inveniamur sicut servus ille, quem adveniens Dominus ejus invenit deliciis vacantem, & negligentem. Propterea rogo vos: attendamus, ne ita inveniamur: sed potius importune collaudemus Deum, precemurque ipsum, ut nos a tenebris liberet, suoque regno dignos efficiat. *Amos.* 5.

E Rogo te, Salvator mundi, respice in me, & miserere mei, & eripe me a multitudine iniquitatum mearum. Sprevi enim omnia bona, quæ feciſti mecum à juventute mea. Me etenim rudem atque imprudentem, feciſti vas plenum, repletum scientia ac sapientia, & cognitione: & multiplicata est super me gratia tua, & meum satiavit cor, F sitimque meam refrigeravit; mentem meam tenebris plenam illuminavit, & cogitationes meas ab errore revocavit, omnesque labores meos implevit. Et nunc obsecro, adoro, & rogo, infirmitatem meam confitens. Propter magnam benignitatem, remitte undas gratiæ tuæ, illamque mihi adserva in thesauro tuo, ut iterum illam in die illa largiaris. Ne igitur irascaris mihi, benignissime: quia enim inundationis illius fluctus ferre non sustineo,

neo, ideo temere & audacter rogo, quoniam præter modum super me multiplicata est. Lingua etenim mea infirmata est, quum nequeat exprimendo assequi. Deficit autem & mens mea, quum fluctuum ipsius multitudinem ferre non valeat. Figura & splendor benedicti Patris, aliquid jam mihi ex ejus inundatione remitte: nam instar ignis, renes meos & cor meum adurit. Illic autem eam mihi iterum dona, & in regno tuo me salvum fac, & ne memineris iniquitatum mearum. Quoniam autem petere audeo, da mihi quæ peto, & fac mansionem in me una cum benedicto Patre tuo, & concede mihi Domine quod rogo: quoniam tu solus es vitæ meæ largitor. A cunctis notis meis iniquitates meas operi, & suscipe lacrymas meas, & appropinquet tibi oculus meus. Recordare earum lacrymarum, quas coram sanctis martyribus tuis effudi, ut in tremenda illa hora misericordiam consequar, & sub alis gratiæ tuæ protegar. Si enim volueris secundum iniquitates meas mecum facere, hei mihi, quid mihi misero accidet, hominum amator optime. Legio illa sine lacrymis rogavit te, ut in gregem porcorum abiret, idque ei tu permisisti: ego vero, cum fletu & ejulatu obsecro benignitatem tuam, ut liberes me ab iniquitatibus meis, tuumque mihi regnum tribuas. In me igitur peccatore ostende tuam ineffabilem benignitatem, meque Latronis illius fac consortem, qui per unum verbum promissis perfectis paradisi hæres factus est. Illuc me introducas propter bonitatem tuam. Abscondar in medio arborum illius paradisi, & videbo Adam in illo loco, ubi se abscondit, cum gloria & lætitia; ubi dictum est ei: Adam, ubi es? & laudem tibi atque adorationem offeram, quoniam preces meas exaudisti, & iniquitates meas despexisti. Ponam Domine lacrymas meas in conspectu tuo, sicut & in promissione tua, ut convertatur inimicus meus retrorsum, & cadens conturbetur, quum in eo me viderit loco, quem mihi paraverunt miserationes tuæ. Existimaverat autem inimicus meus, in eo me loco se visurum, quem ipse propter meas iniquitates mihi paraverat. Si viderit me in loco vitæ, conturbatus in tenebras diffugiet, quum neque voluntas ejus facta sit, neque turpis ejus cogitatio impleta. Ita sane, optime, ita, benignissime, ita solus sine peccato, ita

A βρύσεως αὐτῶν τὰ κύματα, ἀφ' τοῦτο ὠδύνα-
λω προτρυόμενος, ἐπειδὴ ὑπὲρ μέτρον ἐπ' ἐμὲ
ἐπληθύνθη. ἡ γὰρ γλῶσσα μου ἠσθένησε μὴ
φθάνουσα ἐκφράσαι. ἐξέπη δὲ καὶ ἡ διάνοιά
μου μὴ φέρουσα τὸ πλῆθος τῶν κυμάτων αὐτῆς.
Χαρακτὴρ, καὶ ἀπαύγασμα τοῦ εὐλογημένου
Πατρὸς, ἄνες μοι ἐνταῦθα ἐκ τῶν κυμάτων
αὐτῆς. ὥσπερ γὰρ πῦρ φλέγει τοὺς νεφροὺς, καὶ
B τὴν καρδίαν μου. Ἐκεῖ ὅ δός μοι αὐτὴν πάλιν, καὶ σωσόν με ἐν τῇ βασιλείᾳ σου, καὶ μὴ
μνησθῇς τῶν ἀνομιῶν μου, καὶ ἐπειδὴ τολμῶ
αἰτεῖσθαι, δός μοι τὰ αἰτήματά μου, καὶ ποίησον μονὴν παρ' ἐμοὶ μετὰ τοῦ εὐλογημένου Πατρός σου; καὶ δώρησαί μοι Κύριε τὴν δέησίν μου,
ὅτι σὺ εἶ μόνος δοτὴρ τῆς ζωῆς μου. Ἐπικάλυψόν μοι τὰς ἀνομίας μου ἀπὸ πάντων τῶν
C γνωστῶν μου, καὶ δέξαι τὰ δάκρυά μου, καὶ
ἐλισάτω πρός σε ὁ ὀφθαλμός μου. Μνήσθητι
ὧν ἐδάκρυσα δακρύων ἐνώπιον τῶν ἁγίων σου
μαρτύρων, ἵνα οἰκτιρηθῶ ἐν τῇ φρικτῇ ὥρᾳ
ἐκείνῃ, καὶ σκεπασθῶ ὑπὸ τὴν πτερύγων τῆς
χαίτης σου. εἰ γὰρ θελήσῃς μετ' ἐμοῦ ποιῆσαι
κατὰ τὰς ἀνομίας μου, οἴμοι τί μοι ἐγένετο τῷ
ἀθλίῳ φιλάνθρωπε ἀγαθέ. Ὃ λεγεὼν ἠτήD σατο ἄνθ' δακρύων ἀπό σου τοῦ ἀγέλου τῶν
χοίρων, καὶ ἔδωκας αὐτοῖς, ἐγὼ ὁ μὴ κλαυσμοῦ, καὶ ὀδυρμοῦ ἱκετεύω τὸν σὸν φιλανθρωπίαν·
Ῥῦσαί με ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν μου, καὶ δώρησαί μοι
τὴν βασιλείαν τοῦ σοῦ. Εἰς ἐμὲ νῦν τὸ ἁμαρτωλὸν δεῖξον τὸν ἄφατόν σου εὐσπλαγχνίαν, καὶ
ποίησόν με συμμέτοχον τοῦ λῃστοῦ ἐκείνου, ὅτις
ἀφ' λόγου ἑνὸς κληρονόμος ἐγένετο τοῦ τοῖς τε-
E λείοις ἐπιτελμένου. Ἐκεῖ με εἰσάγαγε ἀφ' τὸν σὸν ἀγαθότητα· κρυβήσομαι ἀναμέσον
τῶν δένδρων αὐτοῦ, καὶ ἴδω τὸν Ἀδὰμ ἐν τόπῳ,
ᾧ ἐκρύβη μετὰ δόξης, καὶ εὐφροσύνης· ἔνθα τὲ
ἐῤῥήθη αὐτῷ· Ἀδὰμ ποῦ εἶ; καὶ προσκύνησιν, καὶ
δόξαν σοι προσενέγκω, ὅτι εἰσήκουσας τῶν εὐ-
χῶν μου, καὶ τὰς ἀνομίας μου ὑπερεῖδες. Θήσω
Δέσποτα δάκρυα ἐνώπιόν σου ὡς καὶ ἐν τῇ ἐπαγF γελίᾳ σου, ἵνα ἀποστραφῇ ὁ ἐχθρός μου εἰς τὰ
ὀπίσω, καὶ πτοηθεὶς παραχθῇ, ὅταν ἴδῃ με ἐν
τῷ τόπῳ, οὗ ἡτοίμασάν μοι οἱ οἰκτιρμοί σου.
Προσδοκήσας ὁ ἐχθρός μου ὁρᾶν με ἐν τόπῳ,
οὗ ἀφ' τὰς ἁμαρτίας μου ἡτοίμασέ μοι, εἰ
ἴδῃ με ἐν τόπῳ τῆς ζωῆς· καὶ παραχθεὶς σκοτισθήσεται, ὅτι τὸ θέλημα αὐτοῦ οὐκ ἐγένετο, οὐδὲ
ἡ ἐνθύμησις αὐτοῦ ἡ μιαρὰ ἐτελέσθη. Ναὶ ἀσαθὲ, ναὶ φιλάνθρωπε, ναὶ ὁ μόνος ἀμάρτητος,

ναὶ

καὶ ὁ ἄχραντος, καὶ ἀμίαντος, ἔγχεον ἐπ' ἐμὲ τὴν ἄχραντόν σε φιλανθρωπίαν, καὶ δός μοι, ἵνα κἀγὼ, καὶ πάντες οἱ ἀγαπήσαντές σε κληρονόμοι γενώμεθα τῆς βασιλείας σε, καὶ ἰδόντες τὴν δόξαν σε προσκυνήσωμέν σου τὴν ἀγαθότητά σε, καὶ ἐρῶμέν σου ὁμοθυμαδὸν οἱ καταξιωθέντες ἰδεῖν τὸ ἀπόρρητόν σε κάλλος. Δόξα τῷ ποιήσαντι ἡμᾶς πρὸ, δόξα τῷ γεννήσαντι ἡμᾶς, δόξα τῷ ἁγίῳ πνεύματι τῷ ἀναγεννήσαντι ἡμᾶς, εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A ita immaculate, & impollute, effunde super me immaculatam benignitatem tuam, & largire mihi, ut & ego, & omnes qui te diligunt, regni tui hæredes simus, & videntes gloriam tuam, adoremus bonitatem tuam, dicamusque simul qui tuam insatiabilem pulchritudinem videre meruimus: Gloria Patri qui fecit nos: gloria Filio, qui salvavit nos: gloria Spiritui Sancto, qui renovavit nos, in infinita B seculorum secula. Amen.

Ex Cod. Vat. ms. 438. p. 15. paulo diverse ab iis, quæ supra sunt edita hoc To. 2. p. 192. 212. & 253.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΡΩΤΗΣΕΙΣ ΚΑΙ ΑΠΟΚΡΙΣΕΙΣ.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ.

ΠΑράκλησις φιλοχρίστων ἀκροατῶν πρὸς τὸν ἅγιον Ἐφραίμ. Προσκαλοῦμέν σε διδάσκαλε μαθεῖν καὶ τὰ τούτων ἀκόλουθα ὧν παρὰ σοῦ ἠκούσαμεν.

Τότε φιλόχριστοι πᾶσα ἡ ἀνθρωπότης ἱσταμένη μέσον τῆς βασιλείας, καὶ τῆς κρίσεως, μέσον ζωῆς, καὶ θανάτου, μέσον χαρᾶς, καὶ ἀνάγκης, καὶ πάντες τὸν φοβερὸν τῆς ἐπερωτήσεως ὥραν ἐκδεχόμενοι ὅτι οὐδεὶς δύναταί τινι βοηθῆσαι, καὶ πάντες φόβῳ κάτω νεύοντες βλέπουσι τοὺς ἔμπροσθεν τοῦ βήματος παρεστηκότας, καὶ ἐπερωτωμένους. καὶ μάλιστα τοὺς ἐν ἀμελείᾳ ζήσαντας, καὶ ταῦτα θεωροῦντες πάλιν κάτω νεύοντες· ἐνθυμοῦνται πάσας τὰς πράξεις αὐτῶν· εἶτα καὶ θεωρεῖ ἕκαστα τὰ ἴδια ἔργα ἔμπροσθεν αὐτοῦ, κἄντε ἀγαθὰ, κἄντε φαῦλα· καὶ οἱ μὲν καλὰ ἔργα ἔχοντες, μετὰ χαρᾶς προσεγγίζουσι τῷ βήματι ὡς μέλλοντες ἀπολαμβάνειν τὸν στέφανον· ἐὰν δέ τις χαλεπὰς ἔχων ἁμαρτίας ἀμετανόητος ἐξέλθῃ τοῦ βίου, τότε θεωρῶν αὐτὰς ἔμπροσθεν αὐτοῦ παρεστηκυίας καὶ κατηγορούσας, καὶ ἐλέγχουσας ὀδυνώμενος λέγει· ὢ πῶς οὐκ ἠγωνισάμην ὁ ἄθλιος, ἀλλὰ τὸν καιρόν μου ἀπώλεσα παίζων καὶ παιζόμενος, πῶς οὐ μετενόησα, ἀλλὰ οὐκ ἠλέησα, ἀλλὰ τί ἐφθόνησα τῷ ἀδελφῷ μου, ἐμίσησα, ἐλοιδόρησα, καὶ οὐ διηλλάγην· ναὶ ναὶ ἔπραξα ὡς ἄφρων. ἤκουον δὲ καὶ τὰς κολάσεις· ἤκουον δὲ περὶ ταύτης τῆς φοβερᾶς ἡμέρας. ἀλλὰ τί οὐ μετενόησα πρὸς τὸν κύριον τὰς ἁμαρτίας τοῦ κόσμου; ἀλλὰ παιζόμενος ἐτέλεσά μου τὰ ἔτη· τοὺς νηφύοντας καὶ προσευχομένους θεωρῶν ἐχλεύαζον, οἵτινες φαιδροὶ παείσαντας τῷ κειτῇ ἀπαντῶντες

C

D

E

F

EJUSDEM INTERROGATIONES ET RESPONSIONES.

INTERROGATIO.

INterrogarunt Christo dilecti auditores sanctum Ephræm: Discere cupimus magister & quæ consequentur ad ea quæ a te audivimus.

Tunc, Christo dilecti, omnis homo constitutus in medio regni, & judicii, inter vitam & mortem, inter gaudium & necessitatem, & cuncti terribilem interrogationis horam exspectantes, tunc, quum nemo alteri opem ferre poterit, cunctique præ timore humi obtutum defigentes, coram tribunali se constitutos adspiciunt interrogari, districteque examinari, præsertim autem eos qui suam negligenter vitam transegerunt. Dumque hæc intuentur, rursum vultu demisso, secum ipsi suas omnes reputant actiones. Deinde & quisque ante conspectum suum propria contuetur opera, sive bona sive mala. Et qui bonis operibus conspicui fuerint, cum gaudio appropinquabunt tribunali: ut qui sunt coronam recepturi. Quod si quis atrocibus peccatis obnoxius, impœnitens ex hac vita excesserit, tunc ea ante se videns repræsentari, seque ab iis condemnari atque convinci, dolore afflictus, dicet: O quomodo non decertavi miser; sed universum tempus meum deperdidi, illudens atque illusus. Quomodo pœnitentiam non egi? Quamobrem odio fratrem meum habui, invidusque ei fui, ac convitiis illum incessi, & non sum reconciliatus? Certe certe ut insipiens feci, & vere audiebam de hoc die formidando. Quomodo inquam pœnitentiam non egi apud illum, qui tollit peccata mundi: Verum ludibrio habitus, annos meos complevi; jejunio sese macerantes, & orationibus intentos adspiciens, subsannabam; qui quidem nunc illustres co-

ram Judice adsistunt, præmia repetentes. Sed quid agam? nam tempus pœnitentiæ præteriit. Dumque secum ista cogitant, vocem interim audiunt Judicis dicentis: Ostendite mihi opera vestra, & accipite mercedem. Et in illa hora commovebuntur universi Christianorum ordines, Pontifices, & Sacerdotes, & Levitæ: singuli resurgent in proprio ordine, sicut scriptum est. Concutientur tunc timore Reges, Principes ac Duces, potentes, & sapientes, & pauperes, servi, & liberi: quia instat hora, ut uniuscujusque opera legantur coram angelis, & hominibus, aperianturque consilia cordium, ut referat quisque in corpore, quæ gessit, sive bona, sive mala.

Rom. 2.

Dic nobis, magister, & quæ postea audituri, vel passuri sunt isti?

Hei mihi, fratres mei Christo dilecti, volo vobis & quæ consequutura sunt enarrare: sed timore perculsus impedior, & vox mea deficit, lacrymæque mihi excidunt, quoniam tremenda est hæc narratio.

Dic, per Dominum rogamus, propter nostram utilitatem.

Tunc, Christo dilecti, discutitur sigillum Christianismi, quod unusquisque accepit in sancta Ecclesia, confessionis, fidei, & baptismi pacta & conventiones: requireturque ab unoquoque fides incontaminata, nullique hæreseos notæ obnoxia. Et signaculum integrum, ac tunica impolluta, quemadmodum & in se-

Psalm. 75. ptuagesimo quinto scriptum reperitur psalmo: Quoniam omnes in circuitu ejus, afferent munera. Et iterum: Afferte Do-

Psalm. 28. mino gloriam & honorem.

Omnes ne interrogabuntur, parvi pariter ac magni?

Etiam, omnes qui nomen dederint Ecclesiæ, unusquisque secundum propriam

Sap. 6. virtutem: potentes enim potenter inquirentur, sicut scriptum est: quoniam cui

Luc. 12. multum datum est, multum exigetur ab

Matth. 7. eo. Et, qua quisque mensura mensus fuerit, eadem ipsi remetietur illic. Verumtamen sive magni, sive parvi, cuncti æqualiter professi sumus, & singuli pariter signaculum illud pretiosum accepimus, universique similiter diabolo recunciavimus, insufflando ei. Et unusquisque nostrum simili modo, conjunctus est Christo, adorando ipsum. Siquidem cognovistis vim sacræ piscinæ, & abrenunciationis inimici.

Obsecramus te, Magister, ut & abrenunciationis vim nos doceas?

Abre-

A τῦντες τὰς μισθάς· ἆρα τί ποιήσω ὅτε καιρὸς τῆς μετανοίας παρῆλθεν· ταῦτα δὲ αὐτῶν ἐνθυμουμένων, καὶ ὀδυρομένων ἀκούσι τῆς φωνῆς τοῦ δικαστοῦ, λέγοντος, δείξατε τὰ ἔργα καὶ λάβετε μισθόν· ὃν δὲ τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ σαλευθήσονται πάντα τὰ τάγματα τῶν χριστιανῶν, ἀρχιερεῖς, καὶ ἱερεῖς, καὶ λευίται· ἕκαστος ἐγείρεται ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι καθὼς γέγραπται· σαλευθήσονται φόβῳ βασιλεῖς, καὶ ἄρχοντες, καὶ δυνάσται, καὶ σοφοὶ, καὶ πένητες, δοῦλοι καὶ ἐλεύθεροι· ὅτι ἐπέστη ἡ ὥρα, ἵνα ἑκάστου τὸ ἔργον ἐπὶ ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων φανερωθῇ, καὶ ἀποκαλυφθῶσιν αἱ βουλαὶ τῶν καρδιῶν, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν ἤτε καλὸν, ἤτε φαῦλον.

Εἰπὲ ἡμῖν καὶ τὰ μετὰ ταῦτα διδάσκαλε ἃ μέλλουσιν ἀκούειν, ἢ μανθάνειν.

Οἴμοι ἀδελφοί μου φιλόχριστοι, θέλω εἰπεῖν τὰ μετὰ ταῦτα, καὶ ἀπὸ τοῦ φόβου συνεχόμενος ἀνακόπτομαι, καὶ ἡ φωνή μου ἐκλείπει καὶ τὰ δάκρυά μου βρέχουσι, διότι φοβερὸν τὸ δικήγημα.

Εἰπὲ, διὰ τὸν κύριον ὠφελῶμεν πρὸς ἡμετέραν ὠφέλειαν.

Τότε φιλόχριστοι ἐρευνᾶται ἐνὶ ἑκάστῳ ἡ σφραγὶς τοῦ χριστιανισμοῦ, ὡς ἔλαβεν ἕκαστος ἐν τῇ ἁγίᾳ Ἐκκλησίᾳ τῆς ὁμολογίας τῆς πίστεως, καὶ τοῦ βαπτίσματος τὰς συνθήκας, καὶ ἀπαιτεῖται ἕκαστος τὴν πίστιν ἀμίαντον, καὶ ἀνεπίμικτον πάσης αἱρέσεως· καὶ τὴν σφραγίδα ἄθραυστον, καὶ τὸν χιτῶνα ἀμόλυντον, καὶ τὸ γεγραμμένον τῷ ἑβδομηκοστῷ πέμπτῳ ψαλμῷ, ὅτι πάντες οἱ κύκλῳ αὐτοῦ οἴσουσι δῶρα τῷ φοβερῷ βασιλεῖ· καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ προστάσσοντα, ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ δόξαν καὶ τιμήν.

Πάντες ἐρωτῶντα μικροὶ καὶ μεγάλοι;

Ναὶ πάντες πολιτογραφηθέντες ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἕκαστος κατὰ τὴν ἰδίαν δύναμιν· δυνατοὶ γὰρ δυνατῶς ἐταθήσονται, καθὼς γέγραπται, ὅτι ᾧ ἐδόθη πολὺ, πολὺ ζητηθήσεται παρ' αὐτοῦ, καὶ ᾧ μέτρῳ μετρεῖ ἕκαστος, ἀντιμετρηθήσεται αὐτῷ ἐκεῖθεν· πλὴν καὶ μέγας καὶ μικρὸς ἐφ' ὅσῃς πάντες τὴν πίστιν ὡμολογήσαμεν καὶ τὴν τιμίαν σφραγίδα ἐλάβομεν, καὶ πάντες τῷ διαβόλῳ ἀπετάξαμεθα προσκυνήσαντες αὐτῷ· εἰ ἄρα ἐνοήσατε τὴν δύναμιν τοῦ μυστηρίου τῆς κολυμβήθρας, καὶ τῆς ἀποταγῆς τοῦ ἀλλοτρίου.

Παρακαλοῦμεν μαθεῖν τὴν δύναμιν τῆς ἀποταγῆς.

Ἡ ἀπο-

Ἡ ἀποταγὴ, ὦ ἕκαστος ἐπὶ τῷ ἁγίῳ A
βαπτίσματος ποιούμεθα, μικρὰ μὲν φαίνεται λεγομένη, νοουμένη δὲ καὶ πάνυ ἔστι μεγάλη, ὡς ὁ ἰσχύσας φυλάξαι βισμακαριστός ἐστιν· ἀφ' ἑνὸς γὰρ ὀλίγων ῥημάτων πᾶν κακὸν ὀνομαζόμενον ὃ μισεῖ ὁ Θεός, ἀποτασσόμεθα, οὐκ ὂν, ἢ δύο, ἢ δέκα, ἀλλὰ πᾶν κακὸν ὃ μισεῖ ὁ Θεὸς, οἵ-
όντι λέγω· ἀποτάσσομαι φησὶ τῷ σατανᾷ & πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. ποίοις ἔργοις; ἄκουσον, B
πορνείαν, μοιχείαν, ἀκαθαρσίαν, ψυδολογίαν, φθόνον, φαρμακείαν, μαντείαν, ἐπαοιδίαν, θυμὸν, ὀργὴν, βλασφημίαν, ἔχθραν, ἔριν, ζῆλον. Ἀποτάσσομαι μέθην, ἀργολογίαν, ὑπερηφανίαν, βλακείαν· ἀποτάσσομαι γελοιασμοῖς, κιθαρισμοῖς, ᾄσμασι δαιμονικοῖς, ἤγουν βαγῳδίαις, ἐπιφωνήσεσι, παιδοφθορίαις, ὀρνεοσκοπίαις, ἐπερωτήσεσι πνευμάτων, πετάλων C
γραφαῖς· ἀποτάσσομαι πλεονεξίας, μισαδελφίας, ἁρπαγῆς· ἀποτάσσομαι τῷ σχολάζειν κύβοις, ἤγουν τῷ ταυλίζειν καθὼς & οἱ ἅγιοι Ἀπόστολοι τοὺς ποιοῦντας τοῦτο ἀκαινωνήτους εἶναι προστάσσουσι εἰς τοὺς κανόνας αὐτῶν, ἐὰν λαϊκοὶ εἰσὶ, εἰ δὲ κληρικοὶ εἰσὶ ἵνα καθαίρωνται· ἀποτάσσομαι εἰδωλοθύτῳ, καὶ αἵματος καὶ πνικτοῦ καὶ σφαγίου. Καὶ τί πολλὰ λέγω; ὃ γὰρ D
ἐστι καιρὸς νῦν πάντα ἐξειπεῖν, ἀλλὰ διαδραμοῦμαι τὰ πολλὰ, καὶ ἁπλῶς εἴπωμεν· ἀποτασσόμεθα πᾶσι τοῖς ὂν ἡλίῳ καὶ σελήνῃ, καὶ ἄστροις γινομένοις, καὶ ὂν πηγαῖς, καὶ ὂν δένδροις, καὶ ὂν ῥιόδοις, ὂν βάμμασι καὶ ποτηρίοις καὶ ἑτέροις πολλοῖς ἀτόποις ἔργοις, ἅπερ αἰσχρὸν ἐστι καὶ λέγειν. Τούτοις πᾶσι καὶ τοῖς ὁμοίοις τούτων ἀποτασσόμεθα ὂν τῇ τοῦ ἁγίου βα- E
πτίσματος ἀποταγῇ, ἅπερ πάντες γινώσκομεν, ὅτι ἔργα καὶ διδασκαλίαι εἰσὶ τοῦ διαβόλου. Ταῦτα πάντα ὂν σκότει ὄντες τὸ πρὶν ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τοῦ διαβόλου ἐμάθομεν· πρὶν φθάσῃ εἰς ἡμᾶς τὸ φῶς, ὅτε ἦμεν πεπραμένοι ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας· ὅτε δὲ ἠβουλήθη ὁ φιλάνθρωπος καὶ ἐλεήμων Θεὸς λυτρώσασθαι ἡμᾶς ὂκ τῆς ταυτης πλάνης ἐπεσκέψατο ἡμᾶς ἀνατο- F
λὴ ἐξ ὕψους, καὶ ἐπέφανεν ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σωτήριος, καὶ ἔδωκεν ἑαυτὸν ἀντάλλαγμα ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ ἐξηγόρασεν ἡμᾶς τῆς πλάνης τῶν εἰδώλων, καὶ ηὐδόκησεν ἀναγεννῆσαι ἡμᾶς δι' ὕδατος καὶ πνεύματος. Ταῦτα οὖν πάντα ἀπηρνησάμεθα, καὶ ἀπεξεδυσάμεθα τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον σὺν ταῖς πράξεσιν αὐτοῦ· ἐνεδυσάμεθα δὲ τὸν νέον Ἀδάμ. Ταῦτα νῦν ὁ ποιῶν τὰ

Abrenunciatio, quam in ſancto baptiſmo facimus, nominata quidem apparet parva; ceterum intellecta, admodum magna: quam qui ſervare valuerit, beatiſſimus erit. Paucis namq; verbis cuncta quæ nominantur mala, quæque odit Deus, valere jubemus, & abrenunciamus: cujuſmodi ſunt, non unum dumtaxat, non duo, nec decem; ſed quodcunque appellatur malum. Puta: Abrenuncio Satanæ, & cunctis operibus ejus. Quibus inquam operibus? Audi: Fornicationi, adulterio, immunditiæ, mendacio, furto, invidiæ, veneficio, divinationi, incantationibus, excandeſcentiæ, iræ, blaſphemiæ, inimicitiæ, contentioni, æmulationi. Abrenuncio, inquam, ebrietati, ocioſiloquio, ſuperbiæ, laſciviæ, atque acediæ. Abrenuncio riſibus, citharārum luſibus, canticis diabolicis, tragicis ſcilicet, inclamationibus, puerorum corruptionibus, augurationibus, ſpirituum immundorum interrogationibus, laminarum inſcriptionibus. Abrenuncio avaritiæ, odio in fratrem, rapinis. Abrenuncio alearum otio, & tabularum luſui, ſicut etiam ſancti Apoſtoli hiſce operam dantes atque vacantes, excommunicatos eſſe ordinarunt in ſuis canonibus, ſi laici fuerint: at ſi clerici, ut deponantur. Abrenuncio idolothytis, ſuffocatis, & ſanguini, & morticiniis. Abrenuncio eſui ſanguinis jumentorum ac pecorum occiſorum, ſive in inteſtina ingredientis, ſive quomodocunque aliter. Et quorſum pluribus ago? non enim modo ſuppetit tempus enarrandi omnia. Verum percurramus multa, & ſimul ſemelque dicamus: Abrenunciamus cunctis, quæ fiunt in Sole, & Luna, & aſtris, & in fontibus, & in arboribus, & ſalſamentis ſive tincturis, atque amuletis, & calicibus, aliiſque pluribus abſurdiſſimis operibus: quæ & dicere foret turpe, atque audire. Quibus omnibus, & horum ſimilibus abrenunciat Chriſtianus quicunque, in abrenunciatione ſancti Baptiſmatis: quæ cuncti novimus opera atque doctrinas eſſe diabolorum. Atque hæc cuncta, dum in tenebris eſſemus ſub poteſtate diaboli, didicimus, priuſquam lux affulgeret nobis, eſſemuſq; adhuc ſub peccato venundati. Quando autem benigniſſimo, miſericordiſſimoq; Dño placuit, nos ex hujuſcemodi liberare errore, viſitavit nos oriens ex alto: apparuitq; gratia Dei Salvatoris, & dedit ſemetipsũ pro nobis commutationem, redemitq; nos ab errore idolorum, proprio ſanguine. Et dignatus eſt regenerare nos, per aquam & ſpiritũ: Hæc omnia abnegavimus, & veterem hominẽ una cum actionibus ſuis exuimus, novũ verò Adam induimus. Præfata igitur hæc opera

mala, qui poſt gratiam in ſacro baptiſmate acceptam, fecerit, gratia excidit, Chriſtuſque tali in peccatis permanenti, nihil proderit. Audiſtis, o Chriſti amatores, quantæ malorum multitudini abrenunciavimus paucis verbis. Atqui hæc ipſa abrenunciatio, & pulchra confeſſio, exigetur a quocunque Chriſtiano, in illa die. Scriptum eſt enim: Quoniam ex verbis tuis juſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Iterumque Dominus ait: De ore tuo te judico, ſerve nequam. Perſpicuum eſt igitur fratres, quia verba noſtra vel judicatura ſint nos, vel juſtificatura, in hora illa.

Matth. 12. Luc. 19.

At quo pacto interrogantur?

Interrogabuntur Paſtores, Epiſcopi ſcilicet, & Principes, de proprio ſtatu, & de grege ipſorum: requirenturque ab unoquoque oves rationales, quas a ſummo Paſtore Chriſto paſcendas ſuſceperint. Quod ſi ex negligentia ipſius Epiſcopi, vel Principis, ovem deperdi contigerit, de manu ipſorum requiretur ſanguis ejus. Similiter quoque Presbyteri, rationem reddent pro Eccleſiæ ſibi creditæ populo. Præterea Diaconi, & cuncti fideles pro animabus quæ in illorum ſunt familiis, pro uxore, & filiis, pro ſervis, & ancillis, daturi ſunt rationem: an in diſciplina & correptione Domini eos enutrierint, ſicut admonet Apoſtolus. Tunc quoque interrogabuntur Reges, & Principes, & divites, & pauperes, & parvi, & magni de operibus quæ geſſerint. Scriptum ſiquidem eſt: Quia omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, ut referat unuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſive bonum, ſive malum. Scriptumque habemus alibi: Quoniam non eſt, qui de manibus meis poſſit eruere.

2. Cor. 5. Rom. 14.

Deuter. 32.

Rogamus te, ut nobis aperias & ea, quæ poſtea futura ſunt.

Loquar in dolore, & dicam in ſuſpiriis; quia quæ poſt futura ſunt, audire non poteritis, quare ſuperſedeamus, Chriſto dilecti.

Numquid formidoloſiora ſunt ea ſupradictis, quæ abs te audivimus?

Et formidabiliora, & triſtiora, & miſerabiliora, multiſque lacrymis ac ſingultibus digna, quæ in medium ſi protulero, tremore corripientur cuncti illa audientes.

Expone nobis illa, o amice ſi fieri poteſt; ut iis auditis majorem agere pœnitentiam ſtudeamus.

Dicam cum lacrymis: non enim poſſibile eſt abſq; lacrymis illa effari, quandoquidem

A ωφθαρμένα πονηρὰ ἔργα μετὰ τὸ χάειν τὴν χάριτος ἐξέπεσεν, καὶ ὁ Χριστὸς αὐτὸν οὐδὲν ὠφελήσει ἐπιμένοντα τῇ ἁμαρτίᾳ· ἠκούσατε φιλόχριστοι πόσον πλῆθος κακῶν ἀπεπάξασθε διὰ ὀλίγων ῥημάτων, ταύτην οὖν τὸ ἀποταγὴν καὶ τὸ καλὴν ὁμολογίαν ἀπαιτεῖται ἐν τῇ ὥρᾳ, καὶ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἕκαστος ἡμῶν· γέγραπται γὰρ ὅτι ἐκ τῶν λόγων σου δικαιωθήσῃ· καὶ πάλιν ὁ κύριος λέγει· ἐκ τοῦ στόματός σου κρινῶ σὲ πονηρὲ δοῦλε· φανερόν ἐστιν ὅτι, οἱ λόγοι ἡμῶν, ἢ κατακρίνουσιν, ἢ δικαιοῦσιν ἡμᾶς ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ·

B

C

Ποίῳ δὲ τρόπῳ ἐρωτῶνται;

Ἐπερωτῶνται ποιμένες, ἤγουν Ἐπίσκοποι, καὶ περὶ τῆς ἰδίας πολιτείας καὶ ὑπὲρ τῆς ποίμνης αὐτῶν, καὶ ἀπαιτεῖται ἕκαστος τὰ λογικὰ πρόβατα, ἅπερ παρέλαβε παρὰ τοῦ Ἀρχιποιμένος Χριστοῦ; ἐὰν ἐξ ἀμελείας τοῦ Ἐπισκόπου ἀπολείψῃ πρόβατον, τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ ἀπαιτεῖται· ὁμοίως δὲ καὶ πρεσβύτεροι δώσουσι λόγον ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησίας αὐτῶν· ἅμα δὲ καὶ οἱ Διάκονοι, καὶ πᾶς δὲ πιστὸς ὑπὲρ τοῦ οἴκου αὐτοῦ ὑπὲρ τῆς γυναικὸς καὶ τέκνων, καὶ παιδίων, καὶ παιδίσκων δώσει λόγον, εἰ ἐξέλιπεν αὐτοὺς ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ κυρίου, καθὼς προαγγέλλει ὁ Ἀπόστολος. Τότε ἐπερωτῶνται βασιλεῖς, καὶ ἄρχοντες, πλούσιοι καὶ πένητες, καὶ μικροὶ καὶ μεγάλοι περὶ ὧν ἔπραξαν ἔργων· γέγραπται γὰρ ὅτι πάντες παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε πονηρόν· καὶ ἀλλαχοῦ γέγραπται· ὅτι οὐκ ἔστιν ὃς ἐξελεῖται ἐκ τῶν χειρῶν μου.

D

E

Λεόμεθά σου ἵνα ἡμῖν εἴπῃς τὰ ὕστερα τούτων γινόμενα·

Λαλήσω ἐν ὀδύνῃ τῆς καρδίας μου ὅτι οὐ δύνασθε ἀκοῦσαι τὰ τούτων ὕστερον γινόμενα, ἀλλὰ παυσόμεθα φιλόχριστοι.

Μὴ φοβερώτερα τῶν προειρημένων εἰσὶν ἃ μέλλω σοι λαλεῖν;

F

Καὶ φοβερώτερα, καὶ σκυθρωπότερα καὶ ἐλεινότερα, καὶ πολλῶν δακρύων, καὶ στεναγμῶν ἄξια, ἅπερ ἂν εἰς μέσον προφέρω· φόβος λείψεται τοὺς ἀκούοντας αὐτά.

Διήγησαι ἡμῖν ταῦτα φίλε, εἰ δυνατὸν, ἵνα ἀκούσαντες αὐτὰ, πλέον σπουδάσωμεν μετανοῆσαι.

Εἶπω μετὰ δακρύων· οὐ γὰρ ἔστιν χωρὶς δακρύων ἐκεῖνα διηγήσασθαι· διότι ἕκαστα

εἰσιν, ἀλλ' ἐπειδὴ ἐντολὴν ἔχομεν παρὰ τοῦ A
Ἀποστόλου ταῦτα πιστοῖς ἀνθρώποις παρατίθεσθαι· ὑμεῖς δὲ πιστοί ἐστε, ταῦτα παρατίθημι ὑμῖν. καὶ ὑμεῖς δ' ἑτέρους διδάξατε· εἰ γὰρ καὶ τὴν καρδίαν μου ἀλγῶ ἐπὶ τῇ διηγήσει ταύτῃ, ἀλλὰ συμπαθήσατέ μοι, ἀδελφοί μου εὐλογημένοι· τότε γὰρ φιλόχριστοι μετὰ τὸ εὐρεθῆναι, καὶ πάντων τὰ ἔργα δημοσιευθῆναι ἐπὶ ἀγγέλων, καὶ ἀνθρώπων, καὶ πάντες οἱ ἐχθροὶ B
τεθῶσιν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ καταργηθῇ πᾶσα ἐξουσία καὶ δύναμις, καὶ καμφθῇ τῷ Θεῷ πᾶν γόνυ, καθὼς γέγραπται, τότε ἀφορίσει αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων, ὥσπερ ὁ ποιμὴν τὰ πρόβατα ἀπὸ τῶν ἐρίφων· εἰ γὰρ ἔχοντες τὰ καλὰ ἔργα, καὶ τοὺς καλοὺς καρποὺς χωρίζονται ἀπὸ τῶν ἀκάρπων, καὶ ἁμαρτωλῶν, οἱ καὶ ἐκλάμψουσιν ὡς ὁ ἥλιος, ἔτοι εἰσὶν οἱ τὰς ἐντολὰς τοῦ C
κυρίου φυλάξαντες οἱ ἐλεήμονες, οἱ φιλόπτωχοι, καὶ φιλόξενοι, οἱ ξενοδοκήσαντες, οἱ τοὺς γυμνοὺς περιβάλλοντες, οἱ τοὺς ἐν φυλακῇ ἐπισκεπτόμενοι, οἱ τῶν καταπονουμένων ἀντιλήπτορες, οἱ τῶν χηρῶν προστάται, οἱ τῶν καταπεπονημένων ἐπισκέπται, οἱ πενθήσαντες νῦν, καθὼς εἶπεν ὁ κύριος, οἱ πτωχεύσαντες νῦν διὰ τὸν ἐν οὐρανοῖς D
ἐπικείμενον πλοῦτον, οἱ τὰ πταπτώματα τῶν ἀδελφῶν ἀφιέντες, οἱ τὴν σφραγῖδα τῆς πίστεως φυλάξαντες ἄθραυστον, καὶ ἀμόλυντον ἀπὸ πάσης αἱρέσεως, τούτους φήσει ἐν δεξιῶν· τὰ δὲ ἐρίφια ἐξ εὐωνύμων· ἔτοι εἰσὶν οἱ ἄκαρποι οἱ τὸν ποιμένα τὸν καλὸν παροξύναντες, οἱ μὴ προσέχοντες ταῖς φωναῖς τοῦ Ἀρχιποιμένος, οἱ σοβαροὶ, οἱ ἀπέδυτοι οἱ τὸν καιρὸν τοῦτον τῆς μετανοίας, ὥσπερ ἔριφοι παίζοντες, καὶ σκιρτῶντες, καὶ χυ- E
φῶντες, οἵτινες ἐδαπάνησαν ἐν κραιπάλῃ, καὶ μέθῃ, καὶ ἀσωλαγχνίᾳ τὸν πάντα χρόνον τῆς ζωῆς αὐτῶν. ὥσπερ ἐκεῖνος ὁ πλούσιος ὁ μηδέποτε ἐλεήσας τὸν πτωχὸν Λάζαρον· διὰ τοῦτο καὶ τῆς ἐξ εὐωνύμων παραστάσεως κατεκρίθησαν ὡς ἀνελεήμονες καὶ ἄσωλαγχνοι, καὶ μὴ ἔχοντες μετανοίας καρπούς· οὐδὲ γὰρ ἔλαιον ἐν ταῖς λαμπάσιν αὐτῶν· οἱ δὲ τὸ ἔλαιον ἐκ τῶν πενήτων F
ἀγοράσαντες καὶ πλήσαντες τὰ ἀγγεῖα ἑαυτῶν ἐκ δεξιῶν παρίστανται ἔνδοξοι καὶ ἱλαροὶ φαιδρὰς κατέχοντες τὰς λαμπάδας, καὶ ἀκούουσι τῆς μακαρίας ἐκείνης, καὶ εὐσωλάγχνου φωνῆς· δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου· οἱ δὲ ἐξ εὐωνύμων τῆς ὀδυνηρᾶς ἐκείνης καὶ σκυθρωπῆς ἀκούουσιν ἀποφάσεως· πορεύ-

doquidem hæc ſunt extrema. Quoniam autem mandatum ab Apoſtolo accepimus, hæc fidelibus hominibus proponendi, & quia vos fideles eſtis, iſta vobis commendare viſum eſt, vos autem & alios docete. Etſi enim dolore cordis præpedior, dum ejuſmodi narrationem aggredior, at compatimini mihi, fratres mei benedicti. Tunc enim, tunc inquam, Chriſto dilecti, quum diſcuſſi examinatique fuerint univerſi, univerſorumque opera coram Angelis & hominibus publicata, cunctique inimici ſubjecti ſub pedibus ejus, & omnis poteſtas ac vis terrena evacuata, omneque Deo curvatum fuerit genu, quemadmodum ſcriptum eſt. Tunc ſegregabit eos ab invicem, ſicut ſegregat paſtor oves ab hœdis. Nam qui bonis operibus, boniſque fructibus reperti fuerint conſpicui, ab infructuoſis & peccatoribus ſeparabuntur. Sicut Sol autem fulgebunt illi, qui mandata Dei cuſtodierint, miſericordes, pauperum & pupillorum amatores, peregrinorum ſuſceptores, qui nudos operuerint, viduarum defenſores exſtiterint, in carcere poſitos viſitaverint, labore ærumnaque confectos adjuverint, morbo decumbentes inviſerint: qui, ut ait Dominus, nunc lugent, qui nunc ſunt pauperes propter divitias in cœlo repoſitas, qui fratribus offenſas remittunt, qui ſignaculum fidei integrum, impollutumque ab omni hæreſis ſorde ſervarunt, hos inquam, a dextris ſuis ſtatuet; hœdos verò a ſiniſtris, qui ſunt infructuoſi illi, qui paſtorem bonum exacerbaverunt, qui ſummi paſtoris voci non attenderunt, tumidi, & arrogantes, indiſciplinati, qui tempus iſtud pœnitentiæ aptiſſimum perdiderunt, ac velut hœdi laſciviis, ſaltationibus, atque delitiis dediti ſunt, qui univerſum vitæ ſuæ tempus in crapula, ebrietate, & immiſericordia conſumſerunt, ſicut dives ille, qui nulla umquam ductus eſt miſericordia pauperis Lazari. Atque ideo inter adſtantes a ſiniſtris erunt condemnati, tamquam omnis miſericordiæ, pietatiſque viſcerum expertes, & pœnitentiæ fructibus, oleoque in lampadibus ſuis deſtituti. Ceterum qui oleum a pauperibus ſibi coëmerint, vaſaque ſua impleverint, a dextris adſtabunt, gloria illuſtres, & hilares, lucidas lampades in manibus habentes, audientque beatam illam & miſericordem vocem: Venite benedicti patris mei, poſſidete præparatum vobis regnum a conſtitutione mundi. Qui autem a ſiniſtris erunt, lugubrem & auſteram audituri ſunt ſententiam: Diſce- *Matth. 25.*

Matth. 25. Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis ejus. Sicut misericordiæ viscera aliis non expandistis, ita nec vos modò misericordiam obtinebitis. Sicut vocem meam audire noluistis, ita neque ego vestras lamentationes ac gemitus audiam. Mihi enim non ministrastis, nec me esurientem pavistis, neque sitientem potastis, neque me hospitem collegistis, neque nudum operuistis, infirmum me non visitastis, nec in carcere ad me venistis. Alterius Domini fuistis operarii, atque ministri, diaboli scilicet, quamobrem discedite a me, operarii iniquitatis. Et tunc abibunt hi in supplicium æternum: Justi autem in vitam æternam.

A πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ· ὡς ὑμεῖς οὐκ ἐλεήσατε, οὕτως οὐδὲ ὑμῖν ἐλεηθήσεσθε, ὡς οὐκ ἠκούσατέ μου τῆς φωνῆς, οὕτως οὐδὲ ἐγὼ νῦν εἰσακούσομαι τῶν ὑμετέρων ὀδυρμῶν· ἐμοὶ γὰρ οὐ διηκονήσατε, οὐδὲ πεινῶντά με ἐθρέψατε· οὐδὲ διψῶντα ἐποτίσατε, οὐδὲ ἐξενοδοχήσατε, οὐδὲ B ἐνεδύσατε γυμνιτεύοντα, οὐδὲ ἀσθενοῦντά με ἐπεσκέψασθε, οὐδὲ ἐν φυλακῇ ὄντος μου, ἤλθετε πρός με, ἀλλ' οὐκ ἐργάται κυρίου ἐγένεσθε, καὶ ὑπουργοί; τοιγαροῦν ἀπόσχεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ ἐργάται τῆς ἀνομίας, καὶ τότε ἀπελεύσονται οἵτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον, οἱ δὲ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰώνιον.

In unum ne omnes supplicium sunt abituri; an verò varia tormenta reperiuntur?

Εἰς μίαν δὲ κόλασιν ἀπέρχονται πάντες, C ἢ διάφοροί εἰσιν κολάσεις;

Varia tormentorum esse loca, ex Evanlio novimus: Sunt etenim tenebræ exteriores, unde liquet, & alias esse interiores. Gehenna ignis, locus alius. Stridor dentium, locus proprius. Vermis non dormiens, in alio loco est. Stagnum ignis, locus alius. Tartarus locus proprius. Ignis inextinguibilis in propria regione est. Infernus in quem detorquentur peccatores, & profundum inferni locus sævior. Hisce suppliciorum locis distribuuntur miseri, quisque pro peccatorum suorum modo, vehementius mitiusve, sicut scriptum est:

Matth. 8.

Διάφοροι κολάσεων τόποι εἰσίν, ὡς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ἠκούσαμεν. Ἔστιν οὖν σκότος ἐξώτερον. δῆλον ὅτι καὶ ἄλλο ἐσώτερον· γεέννα τοῦ πυρὸς τόπος ἄλλος, βρυγμὸς ὀδόντων τόπος ἴδιος· σκώληξ ἀκοίμητος ἐν ἑτέρῳ τόπῳ ἐστίν· ἡ λίμνη τοῦ πυρὸς τόπος ἕτερος· ὁ πάρπαρος τόπος ἴδιος· τὸ ἄσβεστον πῦρ ἰδία χώρα καταχθόνια, καὶ ἀπώλεια ἐν ἰδίοις τόποις κατώτατα γῆς ἄλλος τόπος· ᾅδης ἔνθα ἀποφέρονται οἱ ἁμαρτωλοί, καὶ πυθμὴν ᾅδου τόπος χαλεπώτερος· ἐν ταύταις ταῖς κολάσεσι καταμερίζονται οἱ ἐλεεινοί· ἕκαστος πρὸς ἀναλογίαν τῶν πλημμάτων αὐτοῦ, εἴτε σφοδρότερον, εἴτε μαλακώτερον κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὅτι σειρᾶς τῶν ἑαυτοῦ ἁμαρτιῶν ἕκαστος σφίγγεται. τοιοῦτο δέ ἐστι καὶ τὸ διαρήσεται πολλὰς καὶ ὀλίγας· ὥσπερ δὲ ὧδε εἰσὶ διαφοραὶ κολάσεως, οὕτως καὶ ἐν τῷ μέλλοντι ἀγῶνι· οἱ δὲ ἔχοντες κατ' ἀλλήλων ἔχθραν, ἐὰν τύχωσιν ἐνδημοῦντες τῷ σώματος ἀπαράπτωτον κεῖμα εὑρήσουσιν ἐν ὥρᾳ κρίσεως· καὶ ὡς μεμισημένοι, εἰς τὸ ἐξώτερον πῦρ ἀποπέμπονται, καὶ σκότος ἀτελεύτητον ὡς καταφρονήσαντες τοῖς ὑπὸ τοῦ κυρίου ἐντολῆς τῆς λεγούσης, ἀγαπᾶτε ἀλλήλους καὶ συγχωρεῖτε ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτά· πᾶς δὲ ὁ ἁμαρτήσας, οὐκ ὀφείλει ἀμέριμνος διαγειν, οὐδὲ πάλιν ἀπογινώσκειν· διόπερ παράκλητον ἔχομεν πρὸς τὸν πατέρα Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Θεὸν δίκαιον, καὶ αὐτὸς ἱλασμός ἐστι περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν· οὐχὶ τῶν ἀμεριμνούντων, οὐδὲ τῶν ἀνακειμένων ῥεγχόντων, οὐδὲ τῶν ζυφόντων, οὐδὲ γελώντων, ἀλλὰ τῶν πενθούντων, καὶ μετανοούντων, καὶ

Prov. 5.

Luc. 12.

Matth. 5. 18

1. *Joan.* 2.

quia funibus peccatorum suorum constringitur unusquisque. Atque hoc est quod dicitur: vapulabit multis, & paucis. Quemadmodum autem peccatorum sunt differentiæ, ita & tormentorum varietates. Qui verò inter se inimicitias fovent, si sic eos ex hac vita excedere contigerit, inexorabilem judicii sententiam in hora judicii subibunt; & tamquam Deo exosi, in tenebras transmittentur exteriores, ut qui leve & facile illud Domini mandatum sprezerint, quod sic habet: Diligite invicem, & remittite mutuò, usque septuagies septies. Omnis autem peccans meminerit se vitam hic securam, & absque solicitudine non posse degere, ut neque rursus desperare. Quoniam advocatum habemus apud patrem, Jesum Christum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non quidem omnis curæ ac solicitudinis expertium, desidum, atque stertentium, in deliciis viventium, risuique indulgentium, cauponas frequentantium, atque potorum: Sed lugentium, ac pœnitentiam agentium, ad eumque diu noctuque claman-

καὶ βοώντων πρὸς αὐτὸν νυκτὸς καὶ ἡμέρας. οἱ καὶ παρακληθήσονται ὑπὸ τοῦ παρακλήτου· ὁ δὲ ἁμαρτήσας, καὶ ἐπιλαθώμενος τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ, καὶ ὅτως ἀποδημῶν τοῦ σώματος ἐπὶ τούτων ἡ ὀργὴ Θεοῦ ἐπιπεσεῖται σκληρά, ἣν Μανασσῆς ἐμήνυσεν εἰπών· Ὅτι ἀνυπόστατος ἡ ὀργὴ τῆς ἐπὶ ἁμαρτωλοὺς ἀπειλῆς σου. Οὐαὶ τῷ φιλοπόρνῳ· οὐαὶ τῷ μεθύσῳ καὶ σὺν αὐτῷ τῷ λοιδόρῳ· οὐαὶ τοῖς μετὰ τυμπάνων, καὶ κιθαρῶν, καὶ αὐλῶν τὸν οἶνον πίνουσι· τὰ δὲ ἔργα Κυρίου οὐκ ἐμβλέπουσι· οὐδὲ τῶν λόγων αὐτοῦ μνημονεύουσιν· οὐαὶ τοῖς ἐνυβρίζουσι τὰς θείας καὶ ἱερὰς γραφάς· οὐαὶ τοῖς ἀπολλύουσι τὸν καιρὸν τοῦτον τῆς μετανοίας καὶ ἐπιστροφῆς εἰς μετεωρισμοὺς καὶ γελοῖα· ζητήσουσι γὰρ τὸν καιρὸν, ὃν κακῶς ἐδαπάνησαν, καὶ οὐ μὴ εὕρωσιν· οὐαὶ τοῖς ἐν πνεύμασιν ἐπερεταῖς πλάνοις, καὶ προσμένουσιν ἀπερχομένοις, καὶ προσέχουσι διδασκαλίαις δαιμόνων· οἳ σὺν αὐτοῖς καταπειθήσονται ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι· οὐαὶ τοῖς γράφουσιν ἀδικίαν· οὐαὶ τοῖς τὰ περίεργα ποιοῦσιν, γοητείας καὶ μαντείας, καὶ παιδοφθορείας καὶ περίαπτα, βάμματα καὶ πέπαλα ἅπερ ὀνομάζουσι φυλακτά· τῇ δὲ ἀληθείᾳ ὄντα φθορὰ καὶ ἀπώλεια ψυχῆς καὶ σώματος. οὐαὶ τοῖς ἀποστεροῦσι μισθὸν μισθωτοῦ, οἳ ὁ ἀποστερῶν μισθὸν, ὡς σχέον αἷμα· οὐαὶ τοῖς ἀδίκως δικάζουσι τοῖς δικαίοις τὴν ἀσεβῆ καὶ τὸ δίκαιον ἐκ τοῦ δικαίου αἴρουσιν· οὐαὶ τοῖς μιαίνουσι τὴν ἁγίαν πίστιν ἐν αἱρέσεσιν, ἢ τοῖς αἱρετικοῖς συγκαταβαίνουσιν· οὐαὶ τοῖς τὸ ἀνίατον πάθος νοσοῦσι, τουτέστι τὸν φθόνον, καὶ τὴν βασκανίαν. Καὶ τί πολλὰ λέγω, καὶ οὐ κόπτω παχέως τὸν λόγον; Οὐαὶ πᾶσι τοῖς ἐξ ἀριστερῶν λαχοῦσιν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τῇ φοβερᾷ, ὅτι σκοτισθήσονται, καὶ πικρῶς δακρύσουσιν, οἳ ἀκούσουσι τὴν ὀδυνηρᾶς ἐκείνης ἀποφάσεως, τὸ πορεύεσθαι ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι· ἄλλοι δὲ πάλιν καὶ ἀκούσουσι τῆς ὀδυνηρᾶς καὶ λυπηρᾶς ἐκείνης ἀποφάσεως, τὸ ἀπογραφήσονται οἱ ἁμαρτωλοὶ εἰς τὸν ᾅδην· ἄλλοι ἀκούσουσι τὸ, ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐκ οἶδα ὑμᾶς. ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ ἐργάται τῆς ἀδικίας. ἄλλοι ἀκούσουσι, δηλονότι οἱ φθονεροὶ, τὸ ἆρον τὸ σὸν, καὶ ὕπαγε· καὶ πῦ ἄρα, δηλονότι, ὅπου οἱ ἀκούσαντες, τὸ πορεύεσθαι ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ. ἕτεροι ἀκούσουσι τὸ δήσαντες αὐτοῦ χεῖρας καὶ πόδας ἐξενέγκατε εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον. ἄλλοι, ὡς τὰ ζιζάνια δεσμηθήσονται εἰς τὸ κατακαῦναι ἐν τῷ καμίνῳ τοῦ πυρός. Ὥσπερ δὲ πολλοὶ

A clamantium : qui quidem a paracleto solatium accipient. At peccator, qui suorum delictorum immemor, sic e corpore migraverit ; super hunc decidet ira illa, quam Manasses comminatus est, dicens : 2.Paral.36.
Quia insustentabilis est Domine ira comminationis tuæ, super peccatores. Væ fornicatori. Væ ebrioso simul & maledico. Væ iis, qui cum tympanis, & choris, citharis, ac tibiis vinum bibunt : opera verò Domini non considerant, neque sermonum ejus sunt memores. Væ iis, qui contumeliis sacras afficiunt scripturas : Væ alearum lusoribus : quandoquidem se a corpore & sanguine Domini nostri Jesu Christi alienos reddunt, sicut Spiritus sanctus per sanctos admonuit Apostolos. Væ iis, qui tempus pœnitentiæ perdunt in jocis, & in risibus. Quærent namque hoc ipsum pœnitentiæ tempus, quod perperam consumserunt, & non invenient. Væ iis, qui ad veneficos accedunt, & in spiritu erroris sciscitantur, dæmonum intendentes doctrinæ ; quoniam cum ipsis in futuro condemnabuntur seculo. Væ iis, qui scribunt injustitiam. Væ iis, qui sectantur curiosa, incantationes, divinationes, infantium cœdes, amuleta, tincturas, & folia quæ vocant conservatoria, revera autem interitus, atque perditio sunt animæ, ac corporis, & his similia. Væ iis, qui mercenarium sua mercede defraudant : quoniam qui mercede operarium privat, est veluti qui sanguinem effundit. Væ iis, qui injustè judicant. Væ, inquam, illis, qui pro muneribus justificant impium, & jus justi tollunt. Væ iis, qui sanctam fidem hæresibus polluunt, aut hæreticis condescendunt. Væ iis, qui incurabili morbo invidiæ scilicet, atque livoris laborant. Et quid multa commemoro, & non paucis potius cuncta perstringo? Væ iis omnibus, qui a sinistris statuentur in hora illa terribili: quia obtenebrabuntur; & contremiscent, flebuntque amare, quando lugubrē illā audierint sententiam: Discedite a me maledicti. Alii quidem, rursus mœstissimam illā audient sententiam: Convertantur peccatores in infernum. Alii illam audient : Amen dico vobis, non novi vos. Discedite a me operarii iniquitatis. Alii, invidi scilicet, audient: Tolle quod tuum est, & vade. Et auditu sanè grave, quod dicit, vade. Et quonam? eo scilicet quò abituri sunt illi, qui audient: Ite a me maledicti, in ignem æternum. Alii verò rursus audient: Ligatis manibus, & pedibus ejus, projicite in tenebras exteriores. Alii, sicut zizania colligentur, ad comburendum in camino ignis. Quemadmodum autem multi sunt modi salutis : ita & mul-

& multæ in regno cœlorum manſiones. Et ſicut varia peccatorum exiſtunt genera: ita & varii tormentorum modi.

Quicunq; lacrymas atq; compunctionem habetis, plorate mecum. Etenim recordatus ſum fratres mei benedicti, ſeparationis illius miſerandæ, & ſufferre nequeo. Hora ſiquidem illa tremenda, ſeparabuntur ab invicem ſeparatione ultima, eaque triſtiſſima; ingredienturque iter omni reverſionis ſpe deſtitutum. Quis ita lapideo eſt corde, qui vel hinc non deplangat horam illam? Quando Epiſcopi ſeparabuntur a Coepiſcopis, Duces a ducibus, Principes a principibus, Presbyteri ab aliis presbyteris, Diaconi ab aliis diaconis. Hypodiaconi atque Lectores a ſuis ſociis. Tunc ſeparabuntur, qui aliquando Reges exſtiterunt, & plorabunt velut infantes, abigenturque ut mancipia. Tunc ingemiſcent Principes, & divites immiſericordes; & huc illucque reſpicient undique anguſtiis preſſi: & nullus ibi reperietur adjutor. Tunc ſeparabuntur, dolenter abituri ad ſupplicia, velut captivi. Ubi neque divitiæ apparebunt, neque aſſentatores adſiſtent. Neque miſericordiæ tunc iis erit locus, quod aliorum ipſi miſereri noluerint, neque miſericordiam illuc præmiſerint, ut invenirent. Quemadmodum & Propheta de ſimilibus ait: Quia dormierunt ſomnum ſuum, & nihil invenerunt. Tunc ſeparabuntur a parentibus filii, & ab amicis amici. Tunc cum dolore conjux ſeparabitur a conjuge, ob connubii ſui thorum non ſervatum immaculatum. Tunc ſeparabuntur & ii, qui corpore quidem virgines, at moribus immiſericordes, crudeleſque fuerunt. Quoniam judicium abſque miſericordia erit his, qui non fecerunt miſericordiam. Verum multa hic dicere omittam, quia timore atque tremore, ab eorumdem narratione præpedior. Et ut breviter dicam: tunc demum propellentur a tribunali, abducenturque a truculentis angelis profligati, ac cæſi, dentibus ſtridentes, crebriuſque poſt tergum reſpicientes, ſi quo modo juſtos, & gaudium illud, unde ſegregati ſunt, videre poſſint. Adſpiciuntque lucem illam ineffabilem. Vident pulchritudinem Paradiſi. Contuentur ibi ſibi notos, atque familiares in gaudio illo. Cernunt magna & præſtantia illa munera, quæ accipiunt a Rege gloriæ hi, qui legitimè decertarunt. Deinde paullatim abducuntur, ſequeſtranturque ab omnibus juſtis, ac notis quin & a conſpectu ipſius Dei abſconduntur, ne amplius valeant gaudium & lucem illam veram contemplari. Jam verò appropinquantes

Pſal. 75.

A πολλοὶ χόποι τ σωτηρίας εἰσὶν, ὅτως ⁊ πολλαὶ μοναὶ ἐν τῇ βασιλείᾳ τ οὐρανῶν· ⁊ ὥσπερ εἰσὶ πολλοὶ χόποι τῶν ἁμαρτιῶν ⁊ τῶν παραπτωμάτων, ὅτως ⁊ πολλοὶ χόποι τῶν κολάσεων.

Ὅσοι ἔχετε δάκρυα, ⁊ κατάνυξιν, κλαύσατε μετ' ἐμοῦ· ἐγὼ γὰρ ἀδελφοί μου εὐλογημένοι ἐμνήσθην τ ἐλεεινῆ χωρισμοῦ ἐκείνης, ⁊ ὐ δύναμαι φέρειν· ἐν τῇ ὥρᾳ γὰρ ἐκείνῃ φοβερᾷ B ἀφχωρίζονται ἀπ' ἀλλήλων τ ἐλεεινὸν ⁊ ὀδυνηρὸν χωρισμὸν ⁊ ἀποδημοῦσιν ἀποδημίαν, ἐπιστροφὴν μὴ ἔχουσαν· τίς οὕτω λιθοκάρδιος, ὃς ὐ μὴ κλαύσῃ ἀπεντεῦθεν τὴν ὥραν ἐκείνην, ὅτε ἀφχωρίζονται Ἐπίσκοποι ἀπὸ συνεπισκόπων, πρεσβύτεροι ἀπὸ συμπρεσβυτέρων, ἀφκονοι ἀπὸ συνἀφκόνων, ⁊ ὑποἀφκόνοι, ἀπὸ ὑποδιακόνων, ⁊ ἀναγνῶσται ἀπὸ τῶν ἑταίρων C αὐτῶν· τότε χωρίζονται οἵποτε βασιλεῖς, ⁊ κλαύσουσι, ⁊ ἐλαυθήσον) ὡς ἀνδράποδα· τότε στενάξουσιν ἄρχοντες ⁊ πλούσιοι, ἄσπλαγχνοι, ⁊ ἀποβλέψουσι πανταχόθεν στεναχωρούμενοι, ⁊ ὐδεὶς ὁ βοηθῆσαι δυνάμενος, ὅτε ὁ πλοῦτος φάνεται, ὅτε οἱ κόλακες παρίστανται, ὅτε εὑρήσουσιν ἔλεος, ὐδὲ γὰρ ἠλέησαν, ὅτε προέπεμψαν, ἵνα εὕρωσι καθὼς ⁊ ὁ Προφήτης λέγει περὶ τῶν τοιούτων· ὅτι ὕπνωσαν ὕπνον αὐτῶν, D ⁊ ὐχ' εὗρον ὐδέν. τότε διαχωρίζονται γονεῖς ἀπὸ τέκνων, ⁊ φίλοι ἀπὸ φίλων· τότε ἀποχωρίζονται ὀδυνηρῶς συζυγίαι ἃς ὐκ ἐφύλαξαν τὴν κήτην αὐτῶν ἀμίαντον· τότε διαχωρίζονται ⁊ οἱ τῷ σώματι μὲ παρθένοι, τῷ δὲ χόπῳ ἄσπλαγχνοι ⁊ ἀπηνεῖς· ⁊ γὰρ κρίσις ἀνίλεως τῷ μὴ ποιήσαντι ἔλεος· ἀλλὰ παρεάσω τὰ πολλὰ εἰπεῖν, ὅτι συνέχει με φόβος ⁊ χόμος E ἐν τῇ διηγήσει ταύτῃ, ⁊ ἵνα συντόμως εἴπω, τότε λοιπὸν ἀπελαύνονται ἐκ τοῦ βήματος, ⁊ ἀπάγονται ὑπὸ ἀγγέλων ὠχρῶν, ἀθυμένοι ⁊ τὸς ὀδόντας χίζοντες ⁊ πυκνότερον ἐπιστρεφόμενοι ἰδεῖν τὸς δικαίους, ⁊ τὴν χώραν, ὅθεν ἐχωρίσθησαν, ⁊ βλέπουσι τὸ φῶς ἐκεῖνο τὸ ἀνεκλάλητον βλέπουσι τὰ κάλλη τοῦ παραδείσου, F βλέπουσι τὸς γνωρίμους ἐν τῇ χαρᾷ ἐκείνῃ· βλέπουσι τὰς μεγάλας ἐκείνας δωρεὰς, ἃς λαμβάνουσι παρὰ τοῦ βασιλέως τῆς δόξης οἱ καλῶς ἀγωνισάμενοι. εἶτα κατὰ μικρὸν ἀποχοινιζόμενοι, ⁊ ἀπορφανιζόμενοι πάντων τῶν δικαίων, ⁊ γνωρίμων λοιπὸν ⁊ αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ, ἀποκρύπτονται, μηκέτι δυνάμενοι θεωρεῖν τὴν χαρὰν, ⁊ τὸ φῶς ἐκεῖνο τὸ ἀληθινὸν, ⁊ λοιπὸν προσεγγίζουσι ἐπὶ τὰς προειρημένας κολά-

κολάσεις τῦ ἀφανερῆναι, καὶ ἀφοσιοπισθῆναι ἐν αὐταῖς· τότε ὁρῶντες τὸν παντελῆ αὐτῶν ἐγκατάλειψιν, καὶ ὅτι πᾶσα ἡ ἐλπὶς αὐτῶν ἀπώλετο, καὶ ὐδεὶς ὁ βοηθῆσαι δυνάμενος, ἢ συναλέσαι ὑπὲρ αὐτῶν, δικαία γὰρ κείσις τῦ Θεῦ· τότε λοιπὸν ἐν πικροπάτοις δάκρυσιν ὀλολύζοντες λέγουσιν, ὦ πόσον καιρὸν ἀπωλέσαμεν, ὦ πῶς τῶν γραφῶν ἀκούοντες ἐχλευάσαμεν αὐτάς· ἐκεῖ ὁ Θεὸς ἐλάλει ἀφ' τῶν γραφῶν, καὶ ὐ προσείχομεν· ὧδε ἡμεῖς βοῶμεν καὶ αὐτὸς τὸ πρόσωπον αὐτῦ ἀποστρέφει ἀφ' ἡμῶν· τί ὠφέλησαν ἡμᾶς τὰ πέρατα τῦ κόσμυ· πῦ ὁ πατὴρ ὁ γεννήσας· πῦ ἡ μήτηρ ἡ τεκῦσα· πῦ ἀδελφοὶ· πῦ τέκνα· πῦ οἱ φίλοι· πῦ ὁ πλῦτος· πῦ τὰ ὑπάρχοντα· πῦ οἱ θόρυβοι· πῦ τὰ ἄειστα· πῦ ὁ πολὺς καὶ ἄκαιρος δρόμος· πῦ οἱ βασιλεῖς, καὶ οἱ δυνάσται· πῶς ἐκ πάντων τύτων οὐδεὶς ἡμᾶς σῶσαι δύναται· ὅτε δὲ ἑαυτοῖς δυνάμεθα βοηθῆσαι, ἀλλὰ παντελῶς ἐγκατελείφθημεν, καὶ ἀπὸ τῦ Θεῦ, καὶ ἀπὸ τῶν ἁγίων, καὶ ἀπὸ τῶν ἰδίων χωριζόμεθα· τί ποιήσομεν, ὅλι ὐκ ἔλι καιρὸς μετανοίας, ὐκ ἔτι ἰσχύει παράκλησις. ὐκ ἔτι τῶν δακρύων ὄφελος, ὐκ ἔτι φάνονται οἱ τὸ ἔλαιον πωλῦντες πτωχοὶ καὶ πένητες· ἐλύθη γὰρ ἡ πανήγυρις· ὅτε εἴχομεν καιρὸν καὶ δύναμιν, καὶ οἱ πωλῦντες μετὰ δακρύων ἔκραζον, ἀγοράσατε· ὧπα ἡμῶν κλείσαντες ὐκ ἠκύσαμεν, ὅτε ἠγοράσαμεν· νῦν ὃν ἡμεῖς ζητῦμεν, καὶ ὐχ ὑρίσκομεν· ὐκ ἔτι ἀνάῤῥησις ἡμῶν τῶν ἐλεεινῶν· ὐκ ἔτι ἐλέους τυγχάνομεν· ὐδὲ γὰρ ἐσμεν ἄξιοι· δικαία ἡ κείσις τῦ Θεῦ· ὐκ ἔτι ὀψόμεθα τὰ τάγματα τῶν ἀγγέλων· ὐκ ἔτι θεασόμεθα τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν· ἀπορφανίσθημεν ἀπὸ πάντων, καὶ λοιπὸν τί ἐροῦμεν; Σώζεσθαι πάντες οἱ δίκαιοι, σώζεσθαι Ἀπόστολοι, καὶ προφῆται, καὶ μάρτυρες. Σώζυ ὁ χορὸς πατριαρχῶν, σώζυ τὸ τάγμα τῶν μοναζόντων, σώζυ τίμιε καὶ ζωοποιὲ σταυρὲ, σώζυ ἡ Βασιλεία τῶν ὐρανῶν· σώζυ ἡ ἄνω Ἱερουσαλὴμ, ἡ μήτηρ τῶν πρωτοτόκων, σώζυ ὁ παράδεισος τῆς τρυφῆς· σώζυ καὶ σὺ δέσποινα Θεοτόκε ἡ μήτηρ τῦ φιλανθρώπυ Θεῦ· σώζεσθε πατέρες καὶ μητέρες, υἱοὶ καὶ θυγατέρες· ὐκ ἔτι ὀψόμεθά τινα ἐξ ὑμῶν· καὶ λοιπὸν ἀπέρχονται ἕκαστος εἰς ὃν ἡτοίμασεν ἑαυτῷ τόπον διὰ τῶν πονηρῶν αὐτῦ ἔργων τῆς βασάνυ, ὅπυ ὁ σκώληξ αὐτῶν ὐ τελευτᾷ, καὶ τὸ πῦρ ὐ σβέννυται. Ἴδε ὐκούσαμεν ἀδελφοί μυ φιλόχριστοι. ἰδὲ τὴν παράκλησιν ὑμῶν ἐποίησα, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν ὑμῶν ἐπλή-

A pinquantes ad proposita supplicia, in iis ab invicem variè disseminandi, atque dispergendi: cernentesque tunc se undequaque derelictos, omnique spe atque auxilio, & intercessione aliorum pro ipsis, prorsus destitutos. Judicia enim Dei justa sunt. Tunc amarissimè illacrymantes, ejulantesque dicent: O quo pacto in negligentia atque torpore tempus nostrum transegimus? O quomodo illusi sumus? O quomodo divinam scripturam audientes, irridentesque, nos ipsos irrisimus? Ibi Deus loquebatur nobis per scripturas, & non attendebamus. Hic nos jam clamamus, & ipse suam a nobis faciem avertit. Quid nobis proderunt fines mundi? Ubinam qui nos genuit pater? Ubi quæ nos peperit mater? Ubi fratres? Ubi filii? Ubi amici? Ubi divitiæ? Ubi substantiæ atque possessiones? Ubi turbæ? Ubi convivia? Ubi varii & intempestivi cursus? Ubi Reges atque potentes? Quomodo a nullo eorum salvari modò possumus; neque verò nobis ipsi opem ferre? At penitus derelicti sumus & a Deo, & a sanctis ejus. Quid faciemus? Non enim est amplius pœnitentiæ locus. Non valet amplius deprecatio atque intercessio. Nulla amplius lacrymarum utilitas. Non amplius qui oleum nobis vendant, apparent pauperes atque mendici: soluta enim jam est omnis celebritas. Dum nobis esset tempus, suppeterentque facultates, ipsique venditores olei clamitarent (Emite) obturatis nostris auribus, nec audire, nec emere oleum voluimus: modò autem quærimus, & non invenimus. Nulla amplius nobis miserabilibus reliqua est redemptio. Nulla amplius misericordia: neque enim sumus digni. Justum est Dei judicium. Non jam amplius sanctorum adspiciemus ordines. Non amplius lucem illam veram contuebimur: orbati sequestratique sumus ab omnibus. Dicendum quid restabit? Valete justi universi. Valete Apostoli, Prophetæ, & Martyres. Vale cœtus Patrischarum. Vale Monachorum agmen. Vale Crux pretiosa, atque vivifica. Vale cœlorum regnum omni fine carens. Vale superna Hierusalem, primitivorum mater. Vale paradise voluptatis. Vale etiam tu domina Dei genitrix, mater amatoris hominum Dei. Valete patres ac matres, filii atque filiæ: nullum siquidem vestrum visuri sumus ultrà. Postea verò abiturus est unusquisque in præparatum sibi ob prava sua opera, tormentorum locum; ubi vermis eorum non moritur, neque ignis exstinguitur. Ecce, audistis fratres mei benedicti. Ecce, postulationi vestræ jam satisfeci, & desiderium vestrum

complevi. Ecce, intellexistis quæ nobis ipsi paramus. Ecce audistis, quid sibi lucrifaciant negligentes atque socordes, pœnitentiamque agere nolentes. Ecce audistis, quo pacto habeantur risui, qui domini mandata hic irriserunt. Intellexistis, quomodo multos decipiat, seducatque seculum istud nequam, atque læthiferum. Intellexistis, quomodo illudantur divinarum Scripturarum illusores. Nullus in errorem impellatur, carissimi. Nullus se patiatur decipi, fratres mei benedicti. Caveatque quis dicere, aut credere, verba hæc tantum esse simplicia, quæ de judicio dicuntur. Quin potius omnes accuratè firmiterque Christo credamus prædicanti resurrectionem mortuorum, judicium & retributionem bonorum atque malorum, juxta divinas scripturas. Et spretis, contemtisque temporalibus hisce omnibus, sedulo cogitemus de reddenda isthic ratione, nobisque statuendis ad formidandum illud tribunal. In diemque ac horam illam horrendam atque expaveſcendam, simus parati. Hæc etenim est hora valde ingemiscenda, doloribus atque angustiis plena, quæ universum discutit mundum. De hac die, ac hora formidabili, sancti locuti sunt Prophetæ atque Apostoli. De hac die, divina Scriptura a finibus usque ad fines terrarum, per Ecclesias, omnique in loco clamat, cunctisque testatur, & admonet, dicens: Considerate, vigilate, orate, sobrii estote, attendite, misericordiam exhibete. Estote
Matth. 24. parati, quia nescitis diem, neque horam, in qua Dominus venturus est. Omnes igitur, ut antedixi, Deo pleni, cum dolore ac lacrymis clamant, diei illius necessitatem prænunciantes. De hac ipsa die locutus
Isai 13. 40. 62. est propheta Esaias: Ecce Dominus veniet dispердere universam terram, & peccatores perdere ex ea. Et idem rursus propheta ait: Ecce Dominus veniet, & merces ejus cum ipso, & opus uniuscujusque coram illo. Ali-
Malach. 3. usque propheta clamat, dicens: Ecce Dominus veniet, & quis sustinebit diem adventus ejus? aut quis stabit ad videndum eum? Item
Habac. 3. alius propheta exclamat, & dicit: Domine audivi auditionem tuam, & timui, & ingressus est tremor in ossa mea. Alius quoque
Deuter. 32. propheta, ex persona Domini clamat, dicens: In die ultionis retribuam. Rursusque ait: Et reddam ultionem hostibus meis: & iis qui oderunt me, retribuam: Et non est, qui de manu mea possit eruere. De hac etiam die, propheta David elocutus
Psalm. 49. est: Deus manifestè veniet: Deus noster, & non silebit. Ignis in conspectu ejus exardescet: & in circuitu ejus tempestas valida.

A ἐπλήρωσα· ἰδὺ ἔγνωτε· τὶ ἑαυτοῖς βλάπτομεν· ἰδὺ ἠκούσατε τί κερδαίνουσιν οἱ ἀμελοῦντες καὶ ῥαθυμοῦντες, καὶ μὴ μετανοοῦντες· ἠκούσατε ὡς χλευάζονται οἱ χλευάζοντες τὰς τοῦ κυρίου ἐντολάς· ἠκούσατε ὡς ἀπατᾷ καὶ πλανᾷ τοὺς πολλοὺς ὁ ψυχοφθόρος βίος οὗτος· ἔγνωτε ὡς ἐμπαίζονται οἱ ἐμπέκται τῶν θείων γραφῶν· μηδεὶς πλανηθῇ ἀδελφοί μου εὐλογημένοι, μήτις εἴπῃ, ἢ πιστεύσῃ ὅτι λόγοι εἰσὶ μόνον φιB λοὶ περὶ τῆς κρίσεως λεγόμενοι, ἀλλὰ ἀκριβῶς, καὶ ἀσφαλῶς πάντες πιστεύσωμεν τῷ κυρίῳ, οὗ ἐστὶν ἀνάστασις νεκρῶν καὶ κρίσις καὶ ἀνταπόδοσις τῶντε καλῶν καὶ τῶν φαύλων, κατὰ τὰς θείας γραφὰς, καὶ πάντα παιδεύοντες τὰ περήσκαρα, καὶ περιφρονήσαντες αὐτῶν φροντήσωμεν τὰ τῆς ἀπολογίας, καὶ παραστάσεως τοῦ φοC βεροῦ βήματος, καὶ τῆς φρικτῆς ἐκείνης ἡμέρας καὶ φοβερᾶς ὥρας. Αὕτη γὰρ ἡ ὥρα ἐστὶν ἡ πολυστένακτος, ἡ πολυκίνδυνος, καὶ πολύδυνος, ἡ πολύθλυπτος, ἡ δοκιμάζουσα ὅλον τὸν βίον. καὶ περὶ ταύτης τῆς φρικτῆς ἡμέρας καὶ ὥρας οἱ ἅγιοι προφῆται καὶ ἀπόστολοι προεῖπον. περὶ ταύτης ἡμέρας καὶ ὥρας ἡ θεία γραφὴ ἀπὸ περάτων ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης ἐν τῇ ἐκD κλησίᾳ καὶ παντὶ τόπῳ βοᾷ, καὶ διαμαρτύρεται πᾶσι, καὶ παρακαλεῖ λέγουσα. βλέπετε, γρηγορεῖτε, προσέχετε, νήφετε, προσεύχεσθε, ἐλεεῖτε, γίνεσθε ἕτοιμοι, ὅτι οὐκ οἴδατε τὴν ἡμέραν, οὐδὲ τὴν ὥραν, ἐν ᾗ ὁ κύριος ἔρχεται· πάντες οὖν, ὡς εἶπον, οἱ θεοφόροι μετὰ πόνου, καὶ δακρύων κράζουσι προμηνύοντες τῆς ἡμέρας ἐκείνης τὴν ἀνάγκην· περὶ ταύτης τῆς ἡμέρας E ἔλεγεν Ἡσαΐας ὁ προφήτης· ἰδὺ κύριος ἔρχεται καταφθείραι πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἀπολέσαι ἐξ αὐτῆς· καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς προφήτης λέγει. ἰδὺ ὁ κύριος ἔρχεται καὶ ὁ μισθὸς αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ, καὶ τὸ ἔργον ἑκάστου ἐνώπιον αὐτοῦ. Ἄλλος προφήτης βοᾷ λέγων, ἰδοὺ κύριος ἔρχεται, καὶ τίς ὑπομενεῖ ἡμέραν εἰσόδου αὐτοῦ, ἢ τίς στήσεται ἐν τῇ ὁράσει αὐτοῦ; F ἕτερος δὲ προφήτης ἀναβοᾷ λέγων, κύριε εἰσακήκοα τὴν ἀκοήν σου, καὶ ἐφοβήθην, καὶ εἰσῆλθε φόβος εἰς τὰ ὀστᾶ μου. ἕτερος βοᾷ ἐν προσώπου κυρίου, λέγων. ἐν ἡμέρᾳ ἐκδικήσεως ἀνταποδώσω, καὶ ἰδὺ ἐστὶν ὃς ἐξελεῖται ἐκ τῶν χειρῶν μου. περὶ ταύτης τῆς ἡμέρας, ὁ θεοπάτωρ Δαυὶδ ἔλεγεν· ὁ Θεὸς ἐμφανὴς ἥξει, ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ σιωπήσεται, πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ καυθήσεται, καὶ κύκλῳ αὐτοῦ καταγὶς

De

ταγὶς σφόδρα. Περὶ ταύτης τῆς ἡμέρας βοᾷ καὶ Παῦλος ὁ Ἀπόστολος ἐν ἡμέρᾳ ᾗ κρινεῖ ὁ Θεὸς τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων κατὰ τὸ Εὐαγγέλιόν μου· καὶ πάλιν λέγει, βλέπετε πῶς περιπατεῖτε, φοβερὸν τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος· βοᾷ δὲ καὶ ὁ μακάριος Πέτρος ὁ κορυφαῖος τῶν Ἀποστόλων περὶ τῆς ἡμέρας ἐκείνης λέγων, ἡ ἡμέρα κυρίου ὡς κλέπτης ἐν νυκτὶ οὕτως ἔρχεται, ἐν ᾗ οὐρανοὶ πυρούμενοι λυθήσονται καὶ στοιχεῖα καυσούμενα τήκεται· Καὶ τί λέγω περὶ Προφητῶν, καὶ Ἀποστόλων; αὐτὸς ὁ δεσπότης ἡμῶν καὶ κύριος περὶ τῆς ἡμέρας ἐκείνης προεμαρτύρατο λέγων· βλέπετε μὴ βαρυνθῶσι αἱ καρδίαι ὑμῶν ἐν κραιπάλῃ καὶ μέθῃ καὶ μερίμναις βιωτικαῖς· καὶ αἰφνιδίως ἐπιστῇ ἐφ' ὑμᾶς ἡ ἡμέρα ἐκείνη· ὡς παγὶς γὰρ ἐπελεύσεται ἐπὶ τοὺς καθημένους ἐπὶ προσώπου πάσης τῆς γῆς· γρηγορεῖτε οὖν, ἵνα ἐν ᾗ ὥρᾳ οὐ δοκεῖτε, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται, καὶ ἀγωνίσασθε εἰσελθεῖν διὰ τῆς στενῆς πύλης τῆς ἀπαγούσης εἰς τὴν ζωήν· δι' αὐτῆς ἀδελφοὶ βαδίσωμεν τὴν ὁδὸν, ἵνα ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσωμεν· ὁ γὰρ αὐτὴν βαδίζων δῆλον, ὅτι τὴν ζωὴν κληρονομήσει τὸν αἰώνιον· αὐτὴ γάρ ἡ ὁδός ἐστιν ἡ ζωή· εἰ γὰρ καὶ ὀλίγοι εἰσὶ οἱ εὑρίσκοντες αὐτὴν, ἀλλ' ἡμεῖς ἀγαπητοὶ μὴ ἀποτύχωμεν αὐτῆς, μηδεὶς ἡμῶν ἔξω αὐτῆς βαδίσῃ, ἵνα μὴ εἰς ἀπώλειαν ἀπέλθῃ καθὼς καὶ ὁ προφήτης λέγει, μήποτε ὀργισθῇ κύριος καὶ ἀπολεῖσθε ἐξ ὁδοῦ δικαίας· ἀκούσωμεν τοῦ δεσπότου λέγοντος· ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου, ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ἐγώ εἰμι ἡ ζωὴ, ἐγώ εἰμι ἡ θύρα, δι' ἐμοῦ ἐάν τις εἰσέλθῃ σωθήσεται· ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς· ὁ ἐμοὶ ἀκολουθῶν οὐ μὴ περιπατήσῃ, ἀλλ' ἕξει τὸ φῶς τῆς ζωῆς· ταύτην οὖν τὴν μακαρίαν ὁδὸν βαδίσωμεν ἵνα εὐαρεστήσαντες τῷ Χριστῷ. ταύτης τὰ βαδίσματα θλιβερὰ, ἀλλ' ἡ ἀνάπαυσις μακαρία· ταύτης τὰ βαδίσματα σκυθρωπὰ, ἀλλ' ἡ ἀνταπόδοσις χαρά· ταύτης τὰ βαδίσματα στενὰ, ἀλλὰ τὸ κατάλυμα εὐρύχωρον· ταύτης τὰ βαδίσματα μετάνοια, νηστεία, προσευχὴ, ἀγρυπνία, ταπεινοφροσύνη, πτωχεία πνεύματικὴ, πενιφρόνησις σαρκὸς, ἀπιμέλεια ψυχῆς, χαμευνία, ἀλγηδία, ξηροφαγία, πεῖνα, δίψα, γυμνότης, ἐλεημοσύνη, δάκρυα, πάθος, στεναγμὸς, γονυκλισία, ἀτιμία, διωγμοὶ, ἁρπαγαὶ, κολαφισμοὶ, κόποι διὰ τῶν χειρῶν, κίνδυνοι, ἐπιβουλαὶ, τὸ λοιδωρεῖσθαι, καὶ ὑπομένειν, τὸ μισεῖσθαι, καὶ μὴ μισεῖν, τὸ καταπάσχειν

A De hac eadem die, clamat Apoſtolus Paulus: In die, qua judicabit Deus occulta hominum, ſecundum Euangelium meum. Aitque denuò; Videte quomodo ambuletis. Horrendum eſt incidere in manus Dei viventis. Clamat & Petrus Apoſtolorum vertex, ac caput, de illa die, dicens: Dies Domini, ſicut fur de nocte, ita veniet: in qua cœli ſolventur igne, & elementa calore liqueſcent. Et quid de Prophetis, atque Apoſtolis commemoro? Ipſe etiam dominator Dominus, de illa die pluribus antea teſtatus eſt, dicens: Videte ne graventur corda veſtra, in crapula & ebrietate, & curis ſecularibus: & ſuperveniat in vos repentina dies illa. Sicut enim laqueus, ſuperveniet in omnes, qui ſedent ſuper faciem omnis terræ. Vigilate igitur, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. Et contendite intrare per anguſtam portam, quæ ducit ad vitam. Per hanc fratres, ambulemus viam; ut vitam æternam hereditate poſſideamus Qui enim hanc ingreditur, procul dubio æternæ vitæ poſſeſſor evadet. Quum hæc ipſa via, ſit vita. Et licet pauci ſint, qui inveniant illam, nos tamen cariſſimi, non fruſtremur ea. Nullus noſtrum extra hanc ambulet, ne ad perditionem abſcedat. Sicut & à Propheta dictum eſt: Ne quando iraſcatur Dominus, & pereatis de via juſta. Audiamus Dominum dicentem: Ego ſum lux. Ego ſum Paſtor bonus. Ego ſum vita. Ego ſum oſtium. Per me, ſi quis introierit, ſalvabitur. Ego ſum via: qui ſequitur me, non offendit: ſed habebit lumen vitæ. Hanc igitur beatam inſequamur viam, quam cuncti ambularunt, quicunque deſiderarunt Chriſtum. Hujus quidem ingreſſus cum tribulatione atque preſſura juncti ſunt, ſed requies beata. Hujus ingreſſus auſteri, ac tetrici; at retributio, gaudium. Hujus ingreſſus anguſti ſunt, verùm diverſorium latum atque amplum. Hujus viæ inceſſus, jejunium, oratio, compunctio, vigilia, humilitas animi, paupertas ſpiritalis, contemtio carnis, cura animæ, humicubatio, aridorum ciborum comeſtio, illuvies, fames, & ſitis, ac nuditas; miſericordia, lacrymæ, luctus, anguſtia, gemitus, genuflexiones, ignominiæ, perſecutiones, direptiones, alapæ, labores manuum, pericula, inſidiæ; maledicta atque convicia ab aliis ſufferre; odio haberi, & non odiſſe; mala perpeti,

Rom. 2. *Epheſ.* 5. *Hebr.* 10.
2. *Petr.* 3.
Luc. 21.
Matth. 24. 25. *Luc.* 13.
Pſalm. 2.
Joan. 1. 8. 9. 10. 12. 14.

ti, & bona pro malis reddere; remittere debitoribus debita; animam suam pro amicis ponere. Denique ipsum sanguinem pro Christo fundere, quando occasio ferret. Hi angustæ portæ & strictæ viæ sunt gressus atque incessus, qui felicissimam sibi vendicant retributionem, ipsum regnum cælorum, cujus non erit finis umquam. Lata autem est porta, & spatiosa via quæ deducit ad perditionem: cujus gressus sunt, pro præsenti quidem læti ac hilares, sed illic tristes; hic dulces, at ibi felle amariores: hic leves, isthic graves, & dolore pleni: hic apparent velut nihili, quum & nihil sint, illic autem, sicut feræ silvestres circumdant obeuntes, & non pœnitentes,
Psal. 48. juxta dictum Prophetæ, qui ait: In die mala, in iniquitate calcanei mei, circumdabit me: hoc est, malitia vitæ hujus, latæ scilicet viæ gressus atque incessus, quos & Apostolus sigillatim expressit atque enumeravit, cu-
Gal. 5. *Eph.* 5. *Coloss.* 3. *1. Thess.* 4. jusmodi sunt: fornicatio, adulterium, lascivia, idololatria, contentio, æmulatio, ira, dissidia, invidia, homicidium, & id genus alia, quæ sunt latæ viæ gressus. Similiter verò & nimii risus, vociferationes, voluptates, citharæ, tibiæ, choreæ, balnea, mollia indumenta, sumtuosa prandia, manuum applausus, & tumultus, somni absque sollicitudine, lecti molles, & mensarum diversitas, inexplebilis edendi voracitas, fraternum odium, quodque cunctis pejus est, impœnitentia, & numquam meminisse sui ex hac vita excessus. Hi difficilis illius viæ sunt gressus, per quam ambulant multi. Verùm & diversorium invenient accommodatum, pro deliciis famem, pro ebrietate sitim, pro requie dolorem, pro risu luctum, pro cithara planctum, pro corpulentia vermem, pro otio atque torpore, mentis dolorem, pro tripudiis commercium cum dæmonibus, pro tabularum lusu, ut & hi ipsi dæmonibus adsocientur, abominationis hujusmodi auctoribus. Pro curiositatibus & incantationibus, reliquisque exercitiis pravis, tenebras exteriores, gehennam ignis, & his similia, quæ sunt stipendia mortis, ubi suas ipsa depascit oves, suos discipulos, amicosque suos, qui latam & spatiosam ingressi sunt viam. Secundum illud Prophetæ dictum: Sicut oves in inferno positi sunt,
Psal. 48. mors depascet eos. Nos autem fratres carissimi, à difficili & periculosa illa declinantes via,

A πάσχειν καὶ καλὰ ἀποδιδόναι, τὸ ἀφιέναι τοῖς ὀφειλέταις τὰ ὀφειλήματα, τὸ τιθέναι τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν φίλων, τέλος δὲ τὸ ἐκχέαι τὸ αἷμα ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ, ὅταν ὁ καιρὸς ἀπαιτῇ. ταύτης δ' στενῆς πύλης καὶ τετριμμένης ὁδοῦ τὰ βαδίσματα, εἴ τις ἔχει μακαρίαν λῆψεταν ἢ ἀνταπόδοσιν τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν ἧς οὐκ ἔστι
B τέλος ποτέ. πλατεῖα δὲ πύλη, καὶ εὐρύχωρος ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν. ταύτης τὰ βαδίσματά εἰσι τοῖς μὲν γὰρ τὸ παρὸν χαροποιά, ἀλλ' ἐκεῖθεν λυπηρά· ἔνθεν γλυκέα, ἐκεῖθεν δὲ πικρότερα χολῆς. ἐνθεν ἐλαφρὰ, ἐκεῖθεν δὲ βαρέα, καὶ ἐπόδυνα· ὧδε φαίνεται ὡς μηδαμινὰ, καὶ οὐδὲν ὄντα. ἐκεῖ δὲ ὥσπερ θῆρες ἄγριοι κυκλοῦσι τοὺς ἐπιτελοῦντας, καὶ
C μὴ μετανοοῦντας κτλ. λόγον τοῦ προφήτου. φησὶ γὰρ· ἐν ἡμέρᾳ πονηρᾷ ἡ ἀνομία τοῖς πτέρνοις μου κυκλώσει με· τοιαύτη ἡ πορεία τοῦ βίου τούτου, ἤγουν τῆς πλατείας ὁδοῦ τὰ βαδίσματα, ἅπερ καὶ ὁ Ἀπόστολος ἐν μέρει ἀπηρίθμησε λέγων· ἅτινά ἐστι πορνεία, μοιχεία, ἀσέλγεια, εἰδωλολατρεία, ἔχθρα, ζῆλος, θυμοὶ,
D ἐριθεῖαι, φθόνοι, φόνοι, καὶ τὰ ὅμοια τούτοις. τῆς πλατείας ὁδοῦ εἰσι τὰ βαδίσματα, ὡσαύτως δὲ καὶ γελοῖα, κραυγαὶ, ζυφαὶ, κιθάραι, αὐλὴ, χορεύματα, λουτρὰ, μαλακὰ ἐνδύματα, ἄριστα πολυτελῆ, κρότοι χειρῶν, καὶ θόρυβοι, ὕπνοι ἀμέριμνοι, στρωμναὶ ἁπαλαὶ, καὶ κλίναι ἀφόρητοι, ἀδηφαγία, μισαδελφία, τὸ δὲ πάντων χεῖρον ἀμεταμέλεια, καὶ τὸ μηδέποτε μνημονεύειν τῆς ἐξόδου ἐκ τοῦ βίου· ταῦτά εἰσι τὰ
E βαδίσματα τῆς χαλεπῆς ἐκείνης ὁδοῦ, ἣν πολλοί εἰσιν οἱ ὁδεύοντες, δι' ὃ καὶ τὸ κατάλυμα εὑρήσουσι ἀντὶ τῆς ζυφῆς τὴν πεῖναν, ἀντὶ τῆς μέθης τὴν δίψαν, ἀντὶ τῆς ἀναπαύσεως τὴν ὀδύνην, ἀντὶ τοῦ γέλωτος τὸν ὀδυρμὸν, ἀντὶ τῆς κιθάρας τὸν κλαυθμὸν, ἀντὶ τῆς πολυσαρκίας τὸ σκώληκα, ἀντὶ τῆς ἀμεριμνίας τὴν δι-
F χόνοιαν, ἀντὶ τῶν χορευμάτων τὸ εἶναι μετὰ τῶν δαιμόνων, ἀντὶ τῶν περιεργιῶν καὶ γοητιῶν, καὶ λοιπὸν ἐπιτηδευμάτων πονηρῶν τὸ ἐξώτερον σκότος τὴν γέενναν τοῦ πυρὸς, καὶ τὰ ἰδίων ὅμοια, ἅπερ εἰσὶ αἱ νομαὶ τοῦ θανάτου, ἔνθα ποιμαίνει τὰ ἴδια πρόβατα, καὶ τοὺς ἰδίους μαθητὰς καὶ φίλους τοὺς βαδίζοντας τὴν πλατεῖαν καὶ εὐρύχωρον ὁδὸν κτλ. λόγον τοῦ προφήτου· φησὶ γὰρ, ὡς πρόβατα ἐν ᾅδῃ ἔθετο, θάνατος ποιμανεῖ αὐτούς· ἡμεῖς δὲ ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ ἐκκλίνοντες ἐκ τῆς χαλεπῆς ἐκείνης ὁδοῦ

ἀκούσωμεν

ἀκούσωμεν τῦ κυρίυ λέγοντος, ἀγωνίζεσθε εἰσελθεῖν διὰ τ στενῆς πύλης· λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι πολλοὶ ζητήσουσιν εἰσελθεῖν, κὴ ὐχ εὑρήσουσι. κὴ πολλὰ ἕτερα ὁ κύριος, κὴ πάντες οἱ θεοφόροι ὅμοια τούτοις βοῶσι. ταύτην τὴν ἡμέραν κατὰ νοῦν λαβόντες οἱ ἅγιοι μάρτυρες ὐκ ἠλέησαν τὰ ἑαυτῶν σώματα, ἀλλὰ πᾶν εἶδος κολασηρίων ὑπέμειναν χαίροντες τῇ ἐλπίδι τῶν στεφάνων· ἄλλοι ἐν ἐρημίαις, καὶ ἐν ὄρεσιν, ἐν νηστείᾳ κὴ παρθενίᾳ ἠγωνίσαντο, καὶ νῦν ἀγωνίζονται ὐ μόνον ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες τὸ ἀσθενέστερον μέρος, καὶ τὴν στενὴν πύλην, καὶ τετριμμένην ὁδὸν βαδίσασαι ἥρπασαν τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Τίς οὖν ὑπομενεῖ τὴν αἰσχύνην ἐκείνην, ὅτε γυναῖκες στεφανοῦνται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καὶ πολλοὶ ἄνδρες καταισχύνονται, ὐκ ἔστιν γὰρ ἐκεῖ ἄρσεν κὴ θῆλυ, ἀλλ' ἕκαστος τ ἴδιον μισθὸν λήψεται κατ' τ ἴδιον κόπον, ὐ μόνον δὲ ἐν τ ἐρήμοις κὴ ἐν τοῖς ὄρεσι τοῦτο γέγονεν, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἐν τ πόλεσι, καὶ ἐν τ κώμαις, κὴ ἐν τ νήσοις, κὴ ἐν τ ἐκκλησίαις τὰ πλήθη τῶν σωζομένων ἀγαθῶν ἐξέλαμψαν ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ πάγματι τὰς ἐντολὰς τοῦ δεσπότου φυλάξαντες ἐπίσκοποι, πρεσβύτεροι, διάκονοι κὴ τὰ λοιπὰ τάγματα τ ἐκκλησίας· βασιλεῖς κὴ ἄρχοντες, ἀρχάτε κὴ ἐξουσίαι. ὐ γὰρ εἶπεν ὁ δεσπότης Θεὸς διαφορὰς ἐποίησεν ἢ προσετίμησεν τόπον τοῦ τόπου, ἀλλ' ὅτως ἔφη ὅπου ἐὰν ὦσιν εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα συνηγμένοι τούτοις κὴ ἐν ἐρημίαις κὴ ἐν ὄρεσιν, ἢ ἐν ἀπλαήτοις, ἢ ἐν πόλεσιν, ἢ ἐν κώμαις, ἢ ἐν νήσοις, ἢ ἐν παντὶ τόπῳ τ δεσποτείας μου. ἐκεῖ εἰμὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν, καὶ μετ' αὐτῶν ἔσομαι ἕως τ συντελείας τοῦ αἰῶνος, κὴ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι· ἐγὼ ποιμανῶ αὐτοὺς εἰς ἀπεράντους αἰῶνας. ἐκεῖνο τὸ φοβερὸν δικαστήριον, καὶ τὸν ἀκολάκευτον δικαστὴν ἐννοῶν ὁ μακάριος Δαυίδ. καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην τοῖς δάκρυσιν ἔβρεχεν, καὶ παρεκάλει τὸν Θεὸν λέγων, κύριε μὴ εἰσέλθῃς εἰς κρίσιν μετὰ τοῦ δούλου σου· μηδὲ συνάρῃς λόγον μετ' ἐμοῦ, μήτε λήψῃ εἰπεῖν δίκην μετ' ἐμοῦ φιλάνθρωπε· πάσης γὰρ ἀπολογίας ἀπαρῶν, διὰ τοῦτο δυσωπῶ τὴν σὴν ἀγαθότητα μὴ εἰσέλθῃς εἰς κρίσιν μετὰ τοῦ δούλου σου· ἐὰν γὰρ τοῦτο θελήσῃς ποιῆσαι, ὐ δικαιωθήσεται ἐνώπιόν σου πᾶς ζῶν. ὁρᾶτε ἀδελφοὶ τ μακάριον κὴ ἅγιον Δαυίδ φοβούμενον τὴν ἡμέραν ἐκείνην, καὶ ὥραν, καὶ πῶς ἀπολογίαν διϊσχυριζόμενον. Δεῦτε οὖν καὶ ὑμεῖς ἀδελφοὶ φιλόχριστοι πρὶν ἢ ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν ἐκείνην, πρὶν

A via, audiamus quid Christus dicat: Contendite intrare per angustam portam. Dico enim vobis: quod multi quærent ingredi, & non invenient. Plurima verò & alia Dominus, atque omnes Deiferi his similia clamitant. Hanc quoque diem mente volventes sancti Dei martyres, non sunt miserati sua corpora, sed omne tormenti genus subierunt, spe coronarum gaudentes: Alii in solitudinibus, & B montibus, atque speluncis, in jejunio, & virginitate decertarunt, ac jam quidem contendunt, non tantum viri, sed & mulieres, pars debilior, ac per angustam portam, arctamque viam, incedentes, regnum cœleste rapiunt. Quis ergo patiatur se illo rubore suffundi, ut quum mulieres illa hora coronentur, multi viri condemnentur. Non enim est ibi masculus, & femina. Sed unusquisque C propriam mercedem recipiet, secundum proprium laborem. Neque verò hoc solum accidit in solitudinibus, & montibus: at multò magis in civitatibus, & villis, & in insulis, atque Ecclesiis, salvandorum bonorum multitudo elucet. Singuli in suo ordine, qui mandata Domini Dei servant: Episcopi, Presbyteri, Diaconi, ceterique Ecclesiæ ordines: Reges, & prin- D cipes, principatus & potestates, ac quotquot in palatiis & castris sunt ordines. Non enim differentias dixit Dominus Deus, locumve loco prætulit, verùm ita dixit: Ubicumque fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, hoc est, & in solitudinibus, & montibus, atque speluncis, aut in civitatibus, villis, ac insulis, aut in omni loco dominationis meæ, ibi sum in medio ipsorum, & cum ipsis usque ad E consummationem seculi, & in futuro seculo, ego pascam ipsos in secula sempiterna. Tremendum illud judicium, incorruptumque judicem perpendens secum magnus & beatus David, per singulas noctes lectum suum lacrymis rigabat, invocabatque Deum dicens: Domine non intres in judicium cum servo tuo. Non ineas rationem mecum. Ne statuas judicium F mecum benignissime Domine; omni enim defensione destituor. Et ideo exoro bonitatem tuam Domine, non intres in judicium cum servo tuo. Si enim hoc agere volueris, non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Videtis fratres, beatum ac sanctum prophetam David, trementem diem illam & horam, obsecrantem, seque ad defensionem parantem. Huc agite ergo & vos, fratres Christo dilecti, antequam adveniat dies illa, & hora,

Matth. 7. *Luc.* 13.

Matth. 18.

Psal. 6.

ante-

antequam ſolvatur hæc celebritas, antequam Deus manifeſte venerit, & nos imparatos offendat. Præoccupemus faciem ejus in confeſſione, in pœnitentia, in orationibus. Præoccupemus in jejuniis, lacrymis, & hoſpitalitatibus. Præoccupemus inquam, priuſquam manifeſtè ipſe venerit, & nos imparatos reperiat. Non ceſſemus orare inceſſanter, pœnitentiam agentes, atque parati in occurſum Domini, omnes pariter viri ac mulieres, divites & pauperes, ſervi & liberi, ſenes juveneſque. Videte ne quis dicat: in multis peccavi, iccirco veniæ non eſt mihi locus. Hoc qui dixerit, ignorat Deum pœnitentium Deum eſſe; quique propter malè habentes advenit, & dixit: quoniam gaudium in cœlis erit ſuper uno peccatore pœnitentiam. Qui dixit: quia non veni vocare juſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. Hæc autem vera eſt pœnitentia, à peccato deſiſtere, & illud odiſſe, ſecundum eum qui ait: Iniquitatem odio habui, & abominatus ſum. Et illud: Juravi & ſtatui, cuſtodire juſtificationes tuas. Tuncque Deus cum gaudio ſuſcipit ad ſe accedentem. Cavete quoque dicere, quia non peccavi. Nam iſtud qui dixerit, cœcus eſt, manu palpans, & ſeipſum ſeducit, neſcitque quomodo eum fallat Sathanas, in verbis atque operibus, per auditum & tactum, viſum & cogitationem. Quis etenim gloriari potuerit, ſe cor mundum, ſenſuſque omnes ſuos poſſidere mundos à labe? Quapropter nullus abſque peccato eſt, nullus mundus à ſorde, neque cujus una dies eſt vita ipſius. Nullus abſque crimine omnino inter homines, niſi ſolus is, qui propter nos pauper eſt factus, quum eſſet dives. Ipſe ſolus peccati omnis eſt expers, qui tollit peccata mundi, qui vult omnes homines ſalvos fieri: qui non vult mortem noſtram peccatorum: qui benignus eſt, & multum miſericors, clemens, bonus, animarum amator, omnipotens, Salvator cunctorum hominum, pater orphanorum, & judex viduarum, qui pœnitentium Deus exiſtit, medicus animarum & corporum, ſpes deſperatorum, fluctuantium liberator, omni ſubſidio deſtitutorum auxiliator, via vitæ: qui cunctos ad pœnitentiam invitat, nullumque pœnitentiam agentem rejicit. Ad hunc & nos confugiamus fratres: quotquot enim ad ipſum peccatores confugerunt, ſua ipſi ſalute potiti ſunt. Quare & nos fratre cariſſimi, non deſperemus ſalutem noſtram. Peccavimus, agamus

Luc. 5. 15.

Pſal. 118.

Job. 25. 26.

A πρὶν ὁ Θεὸς ἐμφανὼς ἥξῃ, καὶ εὕρῃ ἡμᾶς ἀνετοίμους προφθάσωμεν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐν ἐξομολογήσει, ἐν μετανοίᾳ, ἐν προσευχαῖς· προφθάσωμεν ἐν νηστείαις, ἐν δάκρυσιν, ἐν ξενοδοχίαις· προφθάσωμεν πρὶν αὐτὸν ἐμφανῶς ἥξειν καὶ εὑρεῖν ἡμᾶς ἀνετοίμους μὴ παυσώμεθα μετανοεῖν καὶ προσκαλεῖν ἐμπόνως καὶ ἑτοιμάζεσθε εἰς τὴν τοῦ κυρίου ἀπάντησιν πάντες ὁμοῦ
B ἄνδρες καὶ γυναῖκες, πλούσιοι καὶ πένητες, δοῦλοι καὶ ἐλεύθεροι, πρεσβύτεροι καὶ νέοι, ὁρᾶτε μή τις εἴπῃ, ὅτι πολλὰ ἥμαρτον καὶ οὐκ ἔχω ἄφεσιν· ὁ λέγων τοῦτο, οὐκ οἶδεν, ὅτι ὁ Θεός ἐστιν τῶν μετανοούντων· ὁ γὰρ τοὺς κακῶς ἔχοντας προσγενόμενος, ὁ εἰπὼν ὅτι χαρὰ γίνεται ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι· ὁ εἰπὼν,
C ὅτι οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν. αὕτη ἔστιν ἡ ἀληθὴς μετάνοια τὸ ἀποσῆναι τῆς ἁμαρτίας, καὶ μισῆσαι αὐτὴν κατ' ἐκεῖνα, ἀδικίαν ἐμίσησα, καὶ ἐβδελυξάμην καὶ τὸ ὤμωσα, καὶ ἔσπευσα τοῦ φυλάξασθαι τὰ κρίματά σου, καὶ τότε ὁ Θεὸς μετὰ χαρᾶς δέχεται τὸν προσερχόμενον αὐτῷ. βλέπετε οὖν μήτις τολμήσῃ εἰπεῖν, ὅτι οὐχ
D ἥμαρτον· ὁ λέγων τοῦτο τυφλός ἐστι μὴ ὁρῶν καὶ ἑαυτὸν φρενατατῶν, καὶ οὐκ οἶδεν πῶς πλέπτει αὐτὸν ὁ Σατανᾶς, καὶ ἐν λόγοις, καὶ ἐν ἔργοις, καὶ διὰ τῆς ἀκοῆς, καὶ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ διὰ τῆς ἁφῆς, καὶ διὰ τῶν λογισμῶν. τίς γὰρ καυχήσεται ἁγνὴν ἔχειν τὴν καρδίαν, καὶ πάσας τὰς αἰσθήσεις αὐτοῦ καθαρᾶς; διότι οὐδεὶς ἀναμάρτητος. οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ
E ῥύπου, οὐδ' ἂν μία ἡμέρα ἡ ζωὴ αὐτοῦ. οὐδεὶς ἀνυπαΐτιος παντελῶς ἐν ἀνθρώποις, εἰμὴ μόνος ὁ δι' ἡμᾶς πτωχεύσας πλούσιος ὤν. αὐτὸς μόνος ἀναμάρτητος ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ὁ θέλων πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, ὁ μὴ βουλόμενος τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ ὁ φιλάνθρωπος, ὁ πολυέλεος, ὁ ἐλεήμων, ὁ ἀγαθός, ὁ φιλόψυχος, ὁ παντοδύναμος,
F ὁ σωτὴρ πάντων ἀνθρώπων, ὁ πατὴρ τῶν ὀρφανῶν καὶ κριτὴς τῶν χηρῶν, ὁ τῶν μετανοούντων Θεός, ὁ ἰατρὸς τῶν ψυχῶν, καὶ τῶν σωμάτων, ἡ ἐλπὶς τῶν ἀπελπισμένων· ὁ τῶν χειμαζομένων σωτήρ· ἡ βοήθεια τῶν ἀβοηθήτων· ἡ ὁδηγὸς τῆς ζωῆς· ὁ πάντας πρὸς μετάνοιαν καλῶν, καὶ μηδένα τῶν μετανοούντων ἀποστρεφόμενος· πρὸς τοῦτον καταφύγωμεν καὶ ἡμεῖς· πάντες γὰρ ὅσοι κατέφυγον ἁμαρτωλοὶ πρὸς αὐτὸν, σωτηρίας ἔτυχον· καὶ ἡμεῖς οὖν ἀδελφοί

ἀδελφοί μου, μὴ ἀπογνῶμεν τ̃ ἑαυτῶν σωτηρίας· ἁμάρτομεν, μετανοήσωμεν. μυριάκις ἡμάρτομεν, μυριάκις μετανοήσωμεν. ὅτι πάνυ ἔργῳ ἀγαθῷ χαίρει ὁ Θεὸς, ἐξαιρέτως δὲ ὅτι μετανοούσῃ ψυχῇ· ὅτι ταύτης γὲ ὅλως ὅπως ἅπτεται, καὶ ὑπλίαις χερσὶν ὑποδέχεται, καὶ προσκαλεῖται λέγων· δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες, ὦ τὸν ἐρχόμενον πρός με οὐ μὴ ἐκβάλω ἔξω· δεῦτε πάντες οἱ κοπιῶντες, καὶ πεφορτισμένοι κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς εἰς τὴν ἄνω πόλιν, ἔνθα πάντες οἱ ἅγιοί μου ἐν μεγάλῃ χαρᾷ ἀναπαύονται. δεῦτε εἰς ἐκείνην τὴν χαρὰν τὴν ἀνεκλάλητον, τὴν ἀνείκαστον, τὴν ἀνεκδιήγητον εἰς ἐκεῖνα τὰ ἀγαθὰ τὰ ἀνεκδιήγητα. εἰς ἃ ἐπιθυμοῦσιν οἱ ἄγγελοι παρακύψαι· ὅπου οἱ χοροὶ καὶ τὰ τάγματα τῶν δικαίων· ἐκεῖ ὁ κόλπος τοῦ Ἀβραὰμ ὑποδέχεται τοὺς ὑπομένοντας τὰς θλίψεις, καθὼς καὶ τὸν ποτε πτωχὸν Λάζαρον· ἐκεῖ ἀνοίγονται οἱ θησαυροὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν. ἔνθα ἡ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἡ μήτηρ τῶν πρωτοτόκων. ἐκεῖ ἐν τῇ μακαρίᾳ γῇ τῶν πραέων· δεῦτε πρός με πάντες, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς, ἐκεῖ ὅπου πάντα ἤρεμα, καὶ ἀσαπίαστα, ὅπου τὰ φωτεινὰ καὶ θεάρεστα, ὅπου οὐδεὶς ὁ ἀδικῶν οὐδὲ τυραννούμενος ὅπου οὐκ ἔνι ἁμαρτία, οὐδὲ μελάνωσις· ἔνθα φῶς τὸ ἀπρόσιτον, καὶ χαρὰ ἀνεκλάλητος· μακάριοι οἱ πενθοῦντες· πενθήσατε, μετανοήσατε, ἐπιστρέψατε πρός με, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς· ἔνθα οὐκ ἔνι πόνος, οὐδὲ φροντὶς οὐδὲ μερίμνα, οὐδὲ ὀδυρμός· ἐπιστρέψατε υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς, ὅπου οὐκ ἔνι ἄρσεν καὶ θῆλυ, ὅπου οὐκ ἔνι διάβολος, οὐδὲ θάνατος, οὔτε νηστεία, οὔτε λύπη, οὔτε ἔνδεια, οὔτε ζῆλος, ἀλλὰ χαρὰ, καὶ εἰρήνη, καὶ εὐφροσύνη, καὶ ἀνάπαυσις, καὶ ἀγαλλίασις. ἐπιστράφητε πρός με, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς, ὅπου τὸ ὕδωρ τῆς ἀναπαύσεως καὶ τῆς χλόης τόπος, καὶ ἡ παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων γεωργουμένη ἄμπελος· ἐκεῖ ἡ μακαρία γῆ τῶν πραέων, ἐφ' ἧς ἐγὼ ἡ ἀληθινὴ ἄμπελος βλαστάνω ἧς γεωργὸν τὸν πατέρα ἀκούετε· δεῦτε πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς, ὅπου ἡ ἀκήρατος ζωὴ καὶ ἡ πάσης ἀγαθότητος εὐφροσύνη· δεῦτε πάντες οἱ κοπιῶντες κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς ἔνθα τὸ μόνον ἐράσμιον, τὸ διηνεκὲς ἀγαλλίαμα, ἡ ἀΐδιος εὐφροσύνη, τὸ ἀνέσπερον φῶς, ὁ ἄδυτος ἥλιος· ἄρατε τὸ ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς, καὶ μάθετε, ὅτι πρᾳός εἰμι, καὶ

A mus pœnitentiam : millies peccavimus, millies quoque pœnitentiam faciamus. De omni opere bono gaudet Deus, præsertim verò super anima pœnitentiam faciente. Super hac etenim totus flectitur, obviisque eam ulnis ac manibus excipit, invitatque dicens : Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego vos reficiam, in superna civitate, ubi & omnes angeli mei magno gaudio reficiuntur. Venite ad me omnes in gaudium illud ineffabile atque inexplicabile, ad illa bona, in quæ prospicere desiderant Angeli ; ubi chori sunt, & agmina justorum. Ibi, sinu Abrahæ excipientur, qui tribulationes sustinuerunt : sicut aliquando & Lazarus mendicus exceptus est. Ibi aperientur perpetuorum meorum bonorum thesauri. Ibi quæ sursum est Hierusalem, primogenitorum mater. Ibi in beata terra mansuetorum. Venite ad me omnes, & ego reficiam vos. Ibi, ubi cuncta sunc sedata, & seditionis expertia. Ubi cuncta patent & manifesta sunt. Ubi nullus injuriæ illator, aut tyrannus, ubi non adest peccatum, aut macula, ubi lux inaccessibilis, & gaudum ineffabile. Beati qui lugent. Lugete, pœnitentiam agite, convertimini, ac venite ad me ; & ego vos reficiam. Ubi non est labor, nec lacrymæ, non cura, neque sollicitudo, neque dolor, aut fletus. Convertimini filii hominum, & ego reficiam vos. Ubi neque masculus, aut femina. Ubi non est Diabolus, neque mors, neque jejunium, neque tristitia, neque contentio, neque æmulatio : sed omnia in omnibus, gaudium, & pax, & lætitia, & requies, & gloriatio. Convertimini ad me, & ego vos reficiam. Ubi refrigerii est aqua, & herbæ virentis locus, vineaque ab universorum exculta Deo, usque ad beatam illam mansuetorum terram, in qua ego vitis vera germino, cujus agriculam patrem meum nostis. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Ubi vita immortalis, & fons omnis benignitatis. Venite ad me omnes, & ego reficiam vos. Ubi solus amor, perenne gaudium, & sempiterna lætitia. Lux non adversperascens, sol non occidens. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Ubi vita perfecta, & fons totius bonitatis. Tollite jugum meum super vos, & discite quia mitis sum, & humilis corde, & invenietis requiem animæ- *Matth.* 11. *Matth.* 11.

animabus veſtris. Ubi ſonus feſtum diem celebrantium. Ubi ſapientiæ theſauri, & ſcientiæ occulta revelantur. Venite ad me omnes, & ego reficiam vos. Ubi præſtantia dona, & gaudium incomparabile, requies immutabilis, lætitia abique fine, hymnodia inceſſabilis, glorificatio perpetua, indefeſſa gratiarum actio, aſſidua de divinis rebus pertractatio, divitiæ infinitæ, regnum abſque fine, ſecula ſempiterna, miſerationum abyſſi, miſericordiæ & benignitatis pelagus: quæ humano ore explicari nequeunt, ſed per ænigmata dumtaxat declarari. Ibi angelorum myriades, primogenitorum celebritates, Apoſtolorum throni, prophetarum præſidentiæ, patriarcharum ſceptra, coronæ martyrum, laudes juſtorum. Ibi omnis poteſtatis, ac principatus, & ordinis repoſita eſt merces, & locus paratus. Venite ad me omnes, qui eſuritis atque ſititis juſtitiam: & ego replebo vos bonis optatis, quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcenderunt. Hæc etenim præparavi diligentibus me. Hæc enim præparavi pœnitentiam facientibus à via ſua perverſa. Hæc enim præparavi miſericordibus, & pauperibus ſpiritu. Hæc præparavi lugentibus per pœnitentiam. Hæc præparavi pacificis. Hæc præparavi his, qui propter me perſecutiones, odia, & improperia patiuntur. Venite ad me omnes qui onerati eſtis, & excutite ac projicite à vobis onus peccatorum. Nemo enim ad me confugiens, permanet oneratus: ſed malam vitæ conſuetudinem abjicit, & dediſcit artem quam malè à diabolo didicerat: diſcitque à me artem bonam. Magi ad me accedentes, arte magica abjecta, Theologiam & notitiam de Deo adepti ſunt. Publicani relictis teloniis ſuis, eccleſias conſtruxerunt. Perſecutores, alios deſiſtentes perſequi, perſecutiones ab aliis ſibi illatas ſuſceperunt. Meretrices fornicationem deteſtantes, continentiæ atque pudicitiæ amatrices evaſerunt. Latro omiſſis homicidiis, latrocinandique arte depoſita, veram ac ſinceram fidem adſumſit, & paradiſi inhabitator factus eſt. Venite ergo & vos ad me: quoniam venientem ad me, nequaquam ejiciam foras. Audiſtis fratres cariſſimi, ſpem optimam, promiſſioneſque perdulces, ac voces Salvatoris animarum noſtrarum. Quis tam pium erga liberos vidit patem? Quis tam bonum vidit

Joan. 6.

καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν, ἔνθα ἦχος τῶν ἑορταζόντων, ἔνθα οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας, καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι ἀναλύπτου· δεῦτε πρός με πάντες, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς, ἔνθα μεγάλη δωρεὰ, ἀνείκαστος χαρὰ, ἀμετάβεπτος ἀνάπαυσις, ἀπέραντος εὐφροσύνη, ἄληκτος ὑμνωδία, ἀσήγητος δοξολογία, ἀπαπάυστος εὐχαριστία, ἀδιάλειπτος θεολογία, ἀτελεύτητος βασιλεία, ἄπειρος πλοῦτος, ἀπέραντοι ἀγῶνες, ἄβυσσος οἰκτιρμῶν, ἐλέους πέλαγος καὶ φιλανθρωπίας, ἀνθρωπίνοις στόμασι λαληθῆναι μὴ δυνάμενα, ἀλλὰ μόνον δι' αἰνιγμάτων θεσπιλούμενα· ἐκεῖ μυριάδες ἀγγέλων, πρωτοτόκων πανηγύρεις, ἀποστόλων θρόνοι, προφητῶν προεδρεία, σκῆπτρα πατριαρχῶν, μαρτύρων στέφανοι, δικαίων ἔπαινοι. ἐκεῖ πάσης ἀρχῆς, καὶ ἐξουσίας, καὶ τάξεως ὁ μισθὸς ἀπόκειται, καὶ ὁ τόπος ἡτοίμασται· δεῦτε πρός με πάντες οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, κἀγὼ ἐμπλήσω ὑμᾶς ἀγαθῶν ἃ ἐποίησε, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη. Ταῦτα γὰρ ἡτοίμασα τοῖς μετανοοῦσιν ἐκ τῆς ὁδοῦ αὐτῶν τῆς πονηρᾶς· ταῦτα ἡτοίμασα τοῖς ἐλεοῦσιν καὶ τοῖς πτωχοῖς τῷ πνεύματι. ταῦτα ἡτοίμασα τοῖς πενθοῦσιν ἐπὶ μετανοίᾳ· ταῦτα ἡτοίμασα τοῖς εἰρηνοποιοῖς· ταῦτα ἡτοίμασα τοῖς διὰ ἐμὲ διωκομένοις καὶ μισουμένοις, καὶ συκοφαντουμένοις, καὶ ὀνειδιζομένοις· δεῦτε πρός με πάντες οἱ πεφορτισμένοι καὶ ἀποναάξατε, καὶ ἀπορρίψατε ἀφ' ὑμῶν τὸ φορτίον τῶν ἁμαρτιῶν· οὐδεὶς γὰρ πρός με καταφεύγων ἔμεινε πεφορτισμένος, ἀλλὰ ἀπέρριψε τὴν πονηρὰν συνήθειαν, καὶ ἀπέμαθεν τὴν κακῶς ἔμαθε παρὰ τοῦ διαβόλου τέχνην· μανθάνει δὲ παρ' ἐμοῦ τέχνην ἀγαθήν. οἱ μάγοι προσελθόντες μοι ἀπέρριψαν τὴν μαγείαν, καὶ ἔμαθον θεογνωσίαν· οἱ τελῶναι κατέλιπον τὰ τελώνια καὶ συνεστήσαντο τὰς Ἐκκλησίας· οἱ διῶκται ἐπαύσαντο τοῦ διώκειν καὶ ἐβόησαν τοῦ διώκεσθαι· αἱ πόρναι ἐμίσησαν τὴν πορνείαν, καὶ ἠγάπησαν τὴν σωφροσύνην· ὁ λῃστὴς ἀπέθετο τὰς φόνους ἀπεμάθετο τὴν λῃστρικὴν τέχνην, καὶ ἀνέλαβε τὴν εἰλικρινῆ πίστιν· καὶ γέγονε τοῦ παραδείσου οἰκήτωρ· δεῦτε οὖν καὶ ὑμεῖς πρός με, οὐδὲ τὸν ἐρχόμενον πρός με οὐ μὴ ἐκβάλω ἔξω· ἠκούσατε ἀγαπητοὶ τὰς χρηστὰς ἐπαγγελίας, καὶ τὰς γλυκείας φωνὰς τοῦ σωτῆρος τῶν ψυχῶν ἡμῶν. Τίς οἶδεν τοιοῦτον φιλόστοργον πατέρα;

vidit

πατέρα ; Ἰὶς οἶδεν ἰοιοῦ̃τον χρηςὸν Ἰαζὸν · δεῦτε οὖν ϖροσκυνήσωμεν κ) ϖροσπεσωμεν αὐτῷ, ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν· δόξα τῇ αὐτοῦ φιλανθρωπίᾳ, δόξα τῇ αὐτοῦ ἀγαθότητι, καὶ τῇ αὐτοῦ συγκαταβάσει, δόξα τοῖς αὐτοῦ οἰκτιρμοῖς, δόξα τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ, δόξα τιμὴ καὶ προσκύνησις τῷ ὀνόματι αὐτοῦ εἰς τοὺς αἰῶνας ἀμήν. Πάλιν λέγω, καὶ λέγων οὐ παύσομαι· μὴ ῥαθυμήσωμεν οἱ ἁμαρτωλοὶ· μὴ διαλιάσωμεν, μὴ ὀκνήσωμεν, μὴ παυσώμεθα βοῶντες ϖρὸς αὐτὸν νυκτὸς καὶ ἡμέρας μετὰ δακρύων· ἐλεήμων γὰρ ἐςι, καὶ ἀψευδὴς καὶ ποιήσει πάντως τὴν ἐκδίκησιν τῶν βοώντων ϖρὸς αὐτὸν νυκτὸς καὶ ἡμέρας· αὐτὸς γὰρ ἔςιν ὁ τῶν μετανοούντων Θεὸς, ὁ πατὴρ, καὶ ὁ υἱὸς, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· ὅτι αὐτῷ πρέπει δόξα, κράτος, τιμὴ, καὶ προσκύνησις εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A vidit medicum ? Venite igitur, adoremus & procidamus ante ipsum, confitentes nostra peccata. Gloria ipsius nobiscum dignationi atque indulgentiæ. Gloria commiserationibus ejus. Gloria ejus regno. Gloria, honor, & adoratio sit sancto ejus nomini, in secula seculorum. Iterum dico, & dicere non cessabo : Ne pigrescamus peccatores. Ne cunctemur : neque cessemus clamare cum lachrymis ad Dominum, noctes atque dies. Quoniam misericors est, & mentiri nescit, vindicatque per omnia clamantes ad se noctes ac dies. Ipse enim est pœnitentium Deus : Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Ipsi gloria, & potentia in secula seculorum. Amen.

B

C

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΥΡΑΣ ΣΑΛΗΣ

DE DOMINA SALA.

Edition. Oxoniensis p. 419.

ΕΝ τούτῳ τῷ μοναςηρίῳ, τῷ τῶν γυναικῶν, γέγονε παρθένος ὑποκρινομένη μωρίαν καὶ δαίμονα. Καὶ ὅπερ τοσοῦτο αὐτῷ ἐδιδελύξαντο, ὡς μηδὲ σωθῆναι * αὐτῷ. Ἀλλαχοῦ οὖν ὢν τῷ μαγειρείῳ, πᾶσαν ἐποίει ὑπηρεσίαν· καὶ ὡς τὸ δὴ λεγόμενον, ἔργῳ πληροῦσα τὸ γεγραμμένον· εἴ τις θέλει σοφὸς εἶναι ἐν ὑμῖν ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, μωρὸς γενέσθω, ἵνα γένηται σοφός. Αὕτη ῥάκος ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς δήσασα (αἱ γὰρ ἄλλαι πᾶσαι κεκαλυμμέναι εἰσὶ κυκλίοις ὕττως ὑπηρέτει. Ταύτῃ κακωμένῃ οὐκ εἶδέ ποτε ὑδεμία ἐν τεσσαρακοσίων. Τὸν ὃν χρόνον τῆς ζωῆς αὐτῆς ἐπὶ τραπέζης οὐκ ἐσθίσεν, ὑ κλάσματος ἄρτου μετέλαβεν, ἀλλὰ τὰς ψίχας συναγίζουσα τῶν τραπεζῶν, καὶ τὰς χύτρας ἀποπλύνουσα, τούτοις ἠρκεῖτο, μὴ ὑβρίσασά ποτέ τινα, μὴ λαλήσασα μικρὸν ἢ μέγα, μὴ γογγύσασα * καὶ ἀποκονδυλιζομένη, καὶ μυσαττομένη. Τῷ ἁγίῳ τούνυν Πιτυρώμ πρέσβυ ἄγγελος ἐν τῷ Πορφυρίτῃ καθεζομένῳ, ἀναχωρητῇ ἀνδρὶ δοκιμωτάτῳ· καὶ λέγει αὐτῷ· Τί μεγαφρονεῖς ἐπὶ σεαυτῷ, ὡς εὐλαβὴς, καὶ ἐν τοιούτῳ καθεζόμενος τόπῳ; θέλεις ἰδεῖν σου εὐλαβεστέραν γυναῖκα; Ἄπελθε εἰς τὸ μοναςήριον τῶν γυναικῶν τῶν Ταβεννησιωτῶν, καὶ εὑρήσεις ἐκεῖ μίαν ἀγάλημα ἔχουσαν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς· σου ἀμείνων ἐςί. τοσούτῳ γὰρ ὄχλῳ πυκτεύουσα, τὴν καρδίαν αὐτῆς οὐδέποτε ἀπέσπασε τοῦ Θεοῦ. σὺ δὲ ἐνταῦθα καθεζόμενος

* ἴσως, αὐτῇ.

* ἴσως καὶ περικοκυλιζομένη.

IN hoc feminarum monasterio fuit quædam Virgo, quæ stultitiam simulabat, seque emotæ mentis esse præseferebat. Hanc usque adeo reliquæ aspernabantur, ut nec cum ea quidem vescerentur. Discurrens itaque in culinam, exhibebat aliis omne genus ministerium, revera implens id quod scriptum est : *Si quis videtur esse inter vos sapiens in hoc sæculo, sit stultus, ut fiat sapiens*. Atque aliarum quidem omnium erat ejusmodi habitus, ut essent tonsæ, & haberent cucullos in capite : ipsa verò panno caput obvoluta, obibat ministerium. Eam nulla ex trecentis vidit mandentem. Omnibus enim diebus vitæ suæ in mensa nunquam sedit, neque unquam fragmentum panis comedit, sed mensarum micas spongia colligens, & ollas lavans, his erat contenta : neque verò aliquem affecit contumelia, non parvum vel magnum quid est eloquuta, non murmuravit, etsi contumelia afficeretur, & pugnis tunderetur. Sancto igitur Pityrumo anachoretæ, qui sedebat in Porphyrete, probatissimo viro adstitit Angelus, qui ei dixit: cur de te magnifice sentis, ut qui sis pius & religiosus, & sedeas in hoc loco ? Vis videre mulierem te magis piam ac religiosam ? Abi in monasterium feminarum Tabennesiotarum, & invenies illic unam, quæ habet diadema in capite : Ea est te melior, quæ cum tanta turba decertans, cor nunquam abduxit a Deo : tu autem etiamsi

De Virgine quæ simulabat Stultitiam. Ex Palladii Lausiacis cap. 41. & 42. apud Rosweidum pag. 737.

1. Cor. 3.

hic ſedeas, per urbes tamen vagaris cogitatione, perinde ac ſi hinc non abſcedas. Surgens igitur beatus ſenex, venit uſque ad monaſterium: & rogat magiſtros, ut liceat ei ingredi monaſterium feminarum: illi vero, ut qui eſſet inter patres magnæ exiſtimationis & conſenuiſſet in exercitatione, bono ac fidenti animo eum introduxerunt. Quum autem petiiſſet, ut omnes Virgines coram ex facie videret, nec illa inter alias apparuiſſet, tandem dicit eis. Cunctas ad me adducite: deeſt enim una. Eæ vero dicunt: unam habemus Salam, quæ eſt in culina: ſic enim vocant illic eas, quæ non ſunt ſanæ mentis. Dicit eis ſenex: Illam quoque adducite, ſinite ut eam videam. Iverunt itaque ad eam vocandam: illa vero nequaquam obediit, ut quæ rem ſentiret: nam forte ipſi quoque fuerat revelatum. Eam ergo vi trahunt, ipſi dicentes: Sanctus Pithyrum vult te videre: erat enim is magni nominis. Ea ergo adducta, vidit pannum in capite & fronte ejus, & cadens ad pedes ejus, dicit ei elata voce: Benedic Amma mea. Procidens autem ad pedes ſenis ipſa quoque dicebat: Tu mihi benedic, domine Abba. Quum hoc cunctæ vidiſſent, obſtupuerunt, & ei dixerunt: ne tibi fiat probrum & vituperium, Abba: eſt enim Sala. Quibus Senex: vos eſtis, inquit, Salæ: hæc enim & mea & veſtra eſt Amma: ſic enim vocant matres ſpirituales: & quæſo ut ea dignus inveniar in hora judicii. Eæ autem quum audiiſſent, ceciderunt ad pedes ejus, confitentes omnes, quod beatam diverſis modis contumelia affeciſſent: alia quidem dicens, ego ſcutellæ eluviem in eam effudi: alia, ego ei pugnos incuſſi: alia rurſus, ego ſinapio ejus nares aſperſi. Et ut ſemel dicam, ſignificabant omnes, ſe eam variis affeciſſe contumeliis. Quum igitur pro eis oraſſet, paucis poſt diebus exiit. At illa non ferens gloriam & honorem, quo afficiebatur ab omnibus ſororibus, & excuſationes onus eſſe arbitrans, clam exiit e monaſterio: Et quonam iverit, aut quem locum ſubierit, aut ubi obierit, nemo cognovit. Hæc eſt ſecundum Deum ſtultitia, & inanis gloriæ contemtus. Illa enim humanam gloriam deſpiciens, fugit, gloriam Dei potius deſiderans qui diligentes ſe glorificat: quoniam ipſi gloria in ſecula. Amen.

A θεζόμθμος, ἀνὰ τὰς πόλεις πλανᾶσαι τῇ ἀφροσύνῃ, ὡς μηδέποτε ἐντεῦθεν ἀπελθών. Ὁ δὲ ἀναστὰς, παρεμύθετο ἕως τοῦ τόπου, ἔνθα ἦν μοναστήριον ἐκεῖ· καὶ παρεκάλει τοὺς διδασκάλους εἰσελθεῖν εἰς τὸ μοναστήριον τῶν γυναικῶν. Ἐκεῖνοι δὲ ὡς ἐπίδοξον αὐτὸν ὄντα καὶ γέροντα, ἐθαῤῥήσαν εἰσενεγκεῖν. Εἰσελθὼν οὖν, ἐπεζήτησε πάσας ἰδεῖν. Καὶκείνη δὲ παρεφαίνετο. Τέλος, λέγει
B αὐταῖς, φέρετέ μοι πάσας. λείπει γάρ τις ἄλλη. Καὶ λέγουσιν αὐτῷ, μίαν ἔχομεν σαλὴν ἔνδον, ἐν τῷ μαγειρείῳ, ὅτι γὰρ καλοῦσι τὰς παραφρόνας. Λέγει αὐταῖς ὁ γέρων· ἀγάγετε κἀκείνην· ἄφες, αὐτὴν ἴδω· Αἱ δὲ ἀπελθοῦσαι ἐφώνουν αὐτήν. ἡ δὲ οὐκ ὑπήκουσεν, ἀγθομένη ἴσως τῷ πράγματος, ἢ καὶ ἀποκαλυφθέντος αὐτῇ. Αἱ δὲ σύρουσιν αὐτὴν
C βίᾳ, λέγοντες· ὁ ἅγιος Πιτυρὼμ ἰδεῖν σε θέλει· ἦν γὰρ ὀνομαστὸς ὁ ἀνήρ. Ἐλθούσης οὖν αὐτῆς, ἐθεάσατο τὸ ῥάκος ἐπὶ τοῦ μετώπου, καὶ πεσὼν ἐπὶ τοὺς πόδας αὐτῆς, ἔλεγε μετὰ φωνῆς μεγάλης· εὐλόγησόν με, * ἀμμά μου. Ἡ δὲ ἔπεσε κἀκείνη ὁμοίως εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ, λέγουσα· σύ με εὐλόγησον, κύριε ἀββᾶ. Ἐξέστησε δὲ πᾶσαι, καὶ λέγουσιν αὐτῷ· μὴ φέρε ὕβριν, ἀββᾶ· σαλὴ γάρ ἐστιν. Λέγει αὐταῖς ὁ γέρων· ὑμεῖς ἐστε σα-
D λαί· αὕτη γὰρ καὶ ὑμῶν καὶ ἐμοῦ ἀμμᾶς ἐστιν ὅτι γὰρ καλοῦσι τὰς πνευματικάς. καὶ οὐχ ὁμοίας ἄξιος αὐτῆς εὑρηθῆναι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως· Ἀκούσασαι δὲ ταῦτα ἅπασαι ἔπεσαν εἰς τοὺς πόδας αὐτῆς, ἐξομολογούμεναί τε ἀμαφόρως· ἡ μὲν εἰς τὸ ἀποπλυμα τοῦ πίνακος ἐπιχεάσαι * αὐτοῦ· ἡ δὲ, ὡς κονδύλοις αὐτὴν ἐγκεφαλήσαι· ἄλλη ὡς τὸ ῥῖνα αὐτῆς σιναπίσασα· καὶ ἁπλῶς πᾶσαι ἀμαφόρους ὕβρεις
E ἀπήγγελον προσάξασαι αὐτῇ. Εὐξάμενος οὖν ὑπὲρ αὐτῶν, ἐξῆλθεν καὶ μεθ' ἡμέρας ὀλίγας. Μὴ * ἐνέγκασα ἐκείνη τοῦ δόξαν καὶ τὸ τιμοῦ, τοῦ τῶν ἀδελφῶν, καὶ τὰς ἀπολογίας, βαρηθεῖσα ἐξῆλθε τοῦ μοναστηρίου. Καὶ πᾶ ἀπῆλθεν, ἢ πᾶ κατέδυ, ἢ πᾶ ἐτελεύτησεν, οὐδεὶς ἔγνω. Αὕτη ἐστὶν ἡ τοῦ Θεοῦ μωρία, καὶ μισοδοξία. Ἀποσφαλὴς γὰρ τῶν ἀν-
F θρώπων δόξαν ᾤχετο, τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν μᾶλλον ποθήσασα, τοῦ δοξάζοντος τοὺς ἀγαπῶντας αὐτόν. Ὅ᾽ᾧ αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

* ἴ. ἀμμά. τοτέ, μονάστρια ἢ, ἀσκήτρια.

* ἴσ. αὐτῇ.

* ἴσ. ἐνεγκοῦσα.

SERMO

SERMO SANCTI EPHRÆM DE FINE VITÆ SUÆ,

Ex Cod. Ms. Syriaco Vaticano Nitrienſi V.

Quem habuit, dum extremum Spiritum ageret.

ܡܐܡܪܐ ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܥܠ ܣܘܦ ܝܘܡܘܗܝ ܕܥܠܡܐ

1 A EGO EPHRÆM morior, & Teſtamentum ſcribo, ut unicuique monumentum relinquam ex iis, quæ poſſideo.

Ut ſaltem propter verba mea, mei memoriam faciant qui me cognoſcunt. Hei mihi, quoniam dies mei conſummati ſunt, & ſpatium annorum meorum evanuit.

Abbreviatum eſt ſtamen, & licio jugum textorium appropinquavit. Defecit oleum in lucerna: dieſque mei & horæ præterierunt.

Mercenarius ſuos implevit annos, & incola tempus ſuum perfecit. Circumdederunt me ſatellites, hinc & inde exactores.

Plorabo? at non eſt qui me exaudiat. clamabo? at non eſt qui ſalvum faciat. Væ tibi, Ephræm, à judicio, quum ante Filii tribunal adſtabis,

Teque a dextris & a ſiniſtris noti tui circumdabunt. Hei mihi, quæ tunc erit confuſio. Væ ei, qui ibi confundetur.

Jeſu, tu judica Ephræm, & ne des alteri judicium ejus. Nam quem Deus judicabit, miſericordiam in judicio conſequetur.

Audivi enim a ſapientibus, & ab intelligentibus didici, quod ſcilicet quicumque vultum Regis adſpexerit, quamvis peccator fuerit, hic non morietur.

Hoſee vehementer me terret, dum objurgans & exprobrans inclamat. *Cani efflo-ruerunt Ephræm, & ipſe non eſt reveritus.*

Et iterum. *Ephræm inſtar vitulæ, quæ jugum ab humeris excuſſit.* Quod ſi quis dicat, de Ephræm qui fuit filius Joſeph, hæc Hoſee prophetam dicere.

Ego certe sic sentio, ipsum non distinxisse Ephræm ab Ephræm, neque alterum ab altero. Sed David aliquantulum me consolatur dicens:

Ephræm fortitudo capitis mei. Non arrogantia aliqua elatus, ista dico: testis est enim mihi Deus: sed vos volo, fratres mei commonefacere, docere, atque adhortari, ut memoriam mei in vestris orationibus & precibus faciatis; ut saltem propter sermones meos, mei meminerint qui me noverunt.

Accedite igitur & oculos mihi claudite: statutum est enim, me jamjam morituram, & definitum est, me hinc abiturum, & non amplius vobiscum mansurum.

Per vestram vitam, discipuli mei, & per vitam ipsius Ephræm: ex lectulo, ad quem Ephræm ascendit, non amplius descendet.

Nam dolore & labore conficior, & fere nequeo. Signum porro vobis propono ac speculum exhibeo, ut semper in illud inspicientes, omne studium adhibeatis, ad ipsum imitandum.

Noctibus & diebus in tota vita mea neminem conviciatus sum, neque cum ullo contendi, ex quo vitam hausi.

At vero cum infidelibus continuas in Synagogis disputationes habui: nostis enim, quod, si canis viderit lupum in ovium septa irruentem, nec egressus in ipsum adlatraverit, omnino hunc dominus ovium fustibus cædit.

Vir sapiens odio neminem persequitur: & si quem odio habuerit, insipientem certe odit. Similiter insipiens neminem diligit: & siquem diligit, insipientem diligit.

Per eum, qui in monte Sina descendit: per eum, qui de petra durissima loquutus est: per os illud, quod dixit, *Eloi*, & orbis terrarum renes contremuerunt.

Per eum, qui per Judam venditus est, & flagellatus in Hierusalem: per virtutem ejus qui alapis cæsus est, & per majestatem ejus, qui se consputari permisit.

Per tria ignis nomina, per unum numen & voluntatem: neque ab Ecclesia me segregavi, neque unquam de Dei virtute dubitavi.

Si porro in mente mea Patrem amplius quam Filium ejus magnificavi, miserationem pietatis ne mihi exhibeat. Et, si Spiritum sanctum imminui, oculi mei tenebris offundantur.

Nisi quemadmodum dixi, ita & confessus sum, in tenebras exteriores ejiciar. Et, si ficte ac simulate hæc loquor, in igne cum impiis ardeam.

Sin vero assentatorie ista enarro, non me in

me in judicio Dominus exaudiat.

Per vitam vestram, discipuli mei, & per vitam ipsius Ephræm: nulla Ephræm possessio fuit, non baculus, non pera. Dominum siquidem nostrum dicentem audivi: *nihil super terram possideatis*.

Accedentes igitur, fratres mei, pacem præbete mihi, & dimittite me, quoniam deficiens abeo. Adjuro vos, carissimi, reminiscamini mei in precibus & orationibus: nam dies meos & horas meas complevi.

Adjuro vos discipuli mei, sancta & inviolabili adjuratione: ne irritos reddatis sermones meos, neque præcepta mea solvatis.

Siquis me sub altari collocaverit, altare Dei mei ne adspiciat: non enim decet putredinem in sancto loco reponi.

Qui me in templo ponit, templum lucis non videat: neque enim ei prodest vana gloria, cui non congruit.

Nudus quippe unusquisque adstabit ante tribunal, rationem redditurus. Quorsum autem honore afficitur, qui seipsum non honorat? nam qui seipsum honore non affecerit, hunc neque mundus honore dignum judicabit.

Omnia fluxa sunt & transitoria, quemadmodum a Domino nostro audistis. Propterea & hæc flens dico: quoniam templum quidem lapideum, sicut audistis & legistis, dissolvitur & corrumpitur; templum vero carneum, ad retributionem & ad interrogationem resurget. Neque enim lapides Dominus judicabit; sed homines ad judicium vocabit.

Cavete, fratres dilecti, & filii mei, filii Sanctæ Ecclesiæ, ne quid ex me, monumenti gratia, tollatis: habetis enim memoriam, quam à Domino nostro omnium Servatore audistis.

Quod si Ephræmo magis intendatis, in inquisitionis judicium veniet Ephræm: ipse enim Dominus ad me dicet: plus in te, quam in me crediderunt: nam si in me majorem fiduciam haberent, monumentum ex te non requirerent.

Ne me inter Martyres ponatis: nam peccator ego sum & minimus: & propter defectus meos ipsorum ossibus appropinquare metuo.

Si enim stipula igni admoveatur, tota combusta ab ipso consumetur. Non autem ista dico, quod conjunctionem illorũ respuam; sed quia delicta mea inspiciens, exhorresco.

Prophetam enim audivi dicentem: Noe Job, & Daniel nequaquam affines suos liberabunt: fratrem frater non redimet, neque propinquus proximum suum.

Qui

Qui me digitis ſuis tulerit, lepra manus ejus percutiantur, ſicut Giezi. Humeris me tollite, & curſim comitantes, funus curate, meque tamquam abjectum ſepelite, quoniam in contritione dies meos tranſegi.

Quare præconiis me celebratis, qui coram Domino plane confuſus ſum? cur beatum me prædicatis, qui meis nudus ſum operibus?

Si quis verò mea vobis opera oſtenderit, in faciem utique mihi omnes conſpueretis? ſi enim peccatoris fœtor vicinos afficit; omnes profecto fugam capietis, non ferentes fœtorem Ephræm.

Qui ſericum veſtimentum mecum depoſuerit, in tenebras exteriores projiciatur. Siquis autem tunica me coopertum tumulaverit, in gehennam ignis detrudatur.

In mea me tunica, & in meo me cucullo ſepelite: ſiquidem abominabili cultus minime convenit, neque mortuo prodeſt gloria, qui in ſepulcro detentus jacet.

Peccator enim ſum, ſicut dixi. Nequis ergo beatum me prædicet.

Nam Deo cunctæ actiones meæ notæ ſunt, omneſque pravitates quas geſſi. Iniquitate & debitis inquinatus ſum, & peccatis pollutus.

Quod enim in me non reſidet peccatum? aut quæ in me non reperitur iniquitas? quoniam omnia prava ac deteſtanda delicta in me ſunt, ſicut dixi.

Surgite, fratres mei Edeſſeni, domini, filii, & patres, afferte quæcumque ſtatuiſtis vota cum fratre veſtro ponere:

Afferte, inquam, & coram me apponite quod voviſtis, fratres: ut quandiu memoria uti mihi licet, pretium ego ipſe conſtituam.

Ac pretioſo ex iis vaſe aliquo comparato, digni operarii conducantur; ut nimirum inter pauperes, & labore ærumnaque confectos diſtribuatur:

Et vobis quidem in memoriam continget & retributionem, quia dediſtis: mihi autem per gratiam Dei in ſalutem & mercedem, quia conſilium dedi.

Alia quippe eſt merces, quæ operibus, & alia, quæ verbis tribuitur. Major autem eſt, cariſſimi, qui dat, quàm qui accipit, ſicut audiſtis. *Act. 20.*

Gratias vobis ago, fratres, quoniam omnibus me modis honoraſtis, & vota veſtra obtuliſtis, quamvis ego indignus ſim, quia dies meos in peccatis tranſegi.

Nam qui honorat Prophetam, mercedem Prophetæ accipiet, quemadmodum ore ſuo Præceptor noſter affirmavit: utcumque ego peccator ſim. *Matth. 10.* Chri-

A Christus mercedem vobis retribuat, quoniam propter ipsum, & sperantes in eum, honore me hujusmodi affeciſtis. Ipse igitur, cujus causa, fratres, mihi honorem exhibuistis, mercedem pro votis vestris rependat, oblationesque vestras suscipiat. Et quamvis ego Propheta non sim, mercedem tamen Prophetæ vos recipiatis.

Benedicta civitas, quam incolitis, Edessa sapientum mater: quæ ex vivo Filii ore per Discipulum suum benedicta est. B Illa igitur benedictio in ipsa inhabitet, donec Sanctus apparebit.

Qui aliquid afferre decreverit, & illud fraudaverit; Ananiæ mortem patiatur: qui nimirum Apostolos fallere voluit, sed deprehensus, ante pedes eorum cecidit. *Act. 5.*

Qui cereum coram me portaverit, latus ejus absumat ignis. Quid enim proderit ignis ei, quem proprius ignis accendit? nam quando manifestus ignis appa- C ret, tunc latens ignis deficiat oportet.

Satis ergo sit mei ipsius dolor, neque alia a vobis mihi pœna superinducatur. Pro me, fratres, pro sociis meis, & pro iis qui me imitantur, lacrymas effundite:

Quoniam in peccatis dies mei defecerunt, & in vanitate, quæ nihil prodest: & quo non putabam momento venit fur, D meque apprehendit: quaque non cogitabam hora, irruit in me latelles, trahitque me hinc in regionem quam non novi.

Adjuro te, Abductor, ne me affligas, neque contristes: si enim secundum debita mea mecum egeris, stupor & gemitus me circumdabit. Quid enim mihi misero accidit?

Nam quando opera mea commemoro, contremiscunt genua mea, denteſque E stridore pulsantur: quumque ea quæ gessi in memoriam revoco, horrore conficior.

Nullum enim opus bonum toto vitæ meæ tempore unquam feci, neque præclarum quid gessi, ex quo mei me genitores procrearunt.

Ne cum aromatibus me sepeliatis; non enim hic mihi honor prodest: neque mecum suaves odores ponatis; non enim F decet me gloria.

Sed thura date in sanctuario; me autem orationibus vestris comitamini. Aromata offerte Deo, & psalmis me prosequimini.

Pro odoribus & aromatibus, mei memoriam in deprecationibus vestris peragite. Quid enim mortuo proderit suavis odor, jam sensu carenti?

Incensa adolete in domo Dei, ut qui illud ingrediuntur, suavi odore perfundantur. Ne fœtidum stercus veste serica involvol-

volvas, quæ ipsum non juvat: sed in sterquilinio potius eum relinque, qui honorem non sentit.

Virum quidem divitem decent divitiæ: at pauperi convenit sterquilinium. Regio ortos genere regnum decet, at advenas & peregrinos abjectio & humilitas.

Ne in vestris me monumentis deposueritis: non enim vestra mihi prosunt ornamenta. Pactum enim inii cum Deo meo, ut inter peregrinos sepeliar:

Quandoquidem & ego advena sum & peregrinus, sicut & illi. Cum iis ergo, fratres, me deponite: omnis enim avis ei adhæret, cujus generis est particeps; & quilibet homo suo gaudet simili.

In cœmeterio, ubi contriti corde jacent, ibi me deponite: ut quando Filius Dei venerit, stillet super me, & cum eis me resurgere faciat.

Respice, Domine, quemadmodum adjuro, & miserationes tuæ super me effundantur. Rogo te, Fili misericordis, ne pro delictis meis retribuas mihi.

Nam si iniquitates observaveris, quis sustinebit coram te? & si in judicio rationem exegeris, nemo in judicio innocens deprehendetur. *Psal.* 129.

Omne enim os, sicut inquit scriptura, obturabitur, & totus mundus condemnabitur. Non autem hæc adfero, tamquam spem abjiciens, sed quæ scripta sunt, enarro. *Rom.* 3.

Quid autem dicam, Fili clementissimi, si in ignem missus fuero? Age igitur mecum secundum consuetudinem miserationum tuarum: & in eo gratia tua cognoscetur.

At si judicium feceris, sicut justitia tua dixit; non unus de millibus, neque duo ex decem millibus, justi apparebunt.

Siccine tibi blandiris, o Ephræm, mortalium judicium à me non fieri? aut æquandos esse justos, rectos & bonos injustis & impiis?

Nulla profecto est lucis cum tenebris participatio. Quomodo enim fieri potest, ut Abel & Cain homicida simul dejiciantur? aut qua ratione in eodem Martyres & Persecutores loco commorentur? ii scilicet, qui adversus eos, à quibus vexati sunt, clamabunt & conquerentur. Hæc propterea loquor: non rogans te, ut justos impiis adæques, ò clementissime; sed ut mei, meorumque sociorum atque similium miserearis.

Quod igitur prius à me dictum est, iterum dicam, & ab eo non recedam: quoniam nisi misericordiam exhibueris, nemo regnum adspiciet.

Unus

Unus enim dumtaxat inter mortales eſt ab omni culpa alienus. Non autem quia ego peccator ſum, hæc dico: ſed quia vere & ſine fuco ea refero, fratres, quæ ſcripta ſunt.

Quieſce, ac deſine, o Ephræm, iſta proferre, dicit mihi Angelus mortis; non enim ars tua tibi proderit, neque Abductores tui morem tibi gerent.

Et duriter ad me loquens: os tuum obſtrue deinceps, inquit: non enim, inſtar tui, mortales omnes peribunt: nam qui peccator eſt, cunctos ſibi ſimiles arbitratur: & qui cæcus eſt, ſimiles ſibi ipſi reliquos exiſtimat.

Accedite, fratres, & extendentes componite me: ſtatutum eſt enim, me non amplius permanſurum. Viaticum ſuppeditate mihi in orationibus, in pſalmis, & in oblationibus:

Et quando diem trigeſimum complevero, mei memoriam, fratres, facite. Mortui enim oblatione juvantur, quam viventes faciunt.

Nonne vidiſtis vinum in dolio teſtaceo, & racemum maturum in vinea? quando enim racemus vivus in vinea maturuerit, tunc etiam mortuus in lagena agitatur.

Quod ſi male olens etiam cepa ſenſum ſimiliter habet, cariſſimi: (eodem enim tempore, quo quæ in agro ſata eſt, etiam illa quæ domi ſervatur, germinat:) quanto magis mortui, dum commemoratio ipſorum peragitur, ſenſu afficiuntur?

Quod ſi mihi ſcite reſpondeas, hæc naturam rerum creatarum ſequi: me vero fidem naturæ non adhibere, niſi teſtimonium adduxeris:

Audi patienter: & ego tibi de ſcriptura, ſi volueris, proferam. Ad tertiam generationem Moyſes in benedictionibus Rubenum vivificavit. *Deuter.* 33.

Si ergo mortui non adjuvantur, qua de cauſa Amramides illum benedixit? &, ſi defuncti ſenſu carent, audi quid dicat Apoſtolus.

Si omnino mortui non reſurgunt, cur pro iis baptizantur? Quod ſi viri Mathathiæ, qui in myſterio res ordine geſtas, quemadmodum legiſtis, detinebant, debita eorum, qui in bello ceciderant, quum eſſent operibus ſuis gentilium labe inquinati, in oblationibus mundarunt: 1. *Cor.* 15. 2. *Machab.* 12.

Quanto magis ſacerdotes Filii Dei, in ſanctis oblationibus ſuis, & in deprecationibus linguarum ſuarum, mortuorum debita delere poterunt?

Quum vero ad memoriam mei faciendam accesseritis : videte , ne quis delinquat, aut peccet : sed pure, & caste , & sancte , fratres, vigilate:

Non quod omnium delictorum gravissimum sit peccatum fornicationis : sunt enim alia peccata fornicatione longe graviora atque deteriora:

Sed ne ego pro vobis rationem reddere debeam : sic enim Dominus dicet mihi : o Ephræm , tu eos congregasti : *Hebr.* 13. 4. Fornicatores autem , & adulteros , sicut scriptum est, Deus judicabit in judicio novissimo.

Et quid dicam ad hoc, dilectissimi ? Quod ante dixi, timore correptus, etiam nunc dicam:

Quem Deus judicabit, misericordiam is in judicio consequetur.

Nam sicut fermentum in farina ; ita carnis concupiscentia in corpore : & sicut ignis in ferro , sic illa ex homine gignitur : quumque ex ipso producta fuerit , ipsum absumit & corrumpit.

Huc agite, discipuli mei , sitis benedicti in potestate Pastoris optimi. Et quamvis non sim ego sicut Noë ; Vos tamen ut Sem & Japheth estote.

Et licet non sim ut Melchisedech , vos tamen efficiamini ut Abraham. Etsi non sim ego veluti Isaac, vos tamen benedicti sitis ut Jacob.

Et tametsi non sim sicut Moyses, vos sitis ut Josue filius Nave. Et si non sim ego ut Elias , suscipite vos spiritum meum, sicut Elisæus.

Abba vir admirabilis : Christus magnificet memoriam tuam : splendeat vultus tuus , sicut Angelorum : similis esto in splendore Moysi : ut omnes adspicientes te , intelligant , te servum esse Dei.

Abraham , qui venisti post me. Exaudiat te Deus Abraham : Statim ac os tuum aperueris , sapientia illud à Domino tuo repleatur. Prophetam enim dicentem audivi : Aperi os tuum , & ego implebo illud. *Psalm.* 80.

Simeon , exaudiat te Deus ; quando in oratione invocaveris eum : quodcumque oppidum ingressus fueris, ipsius ecclesiam , tamquam calicem , repleas. Ad videndum te confluant sponsæ & virgines inclusæ : & audient ex te vitam suam , & recipient à te beneficia , & discent à te vitam suam. Haurient ex te scientias , & lucra spiritualia. Tamquam medicus in castris,

ܡܫܠܘܢܐ ܘܦܘܡܐ ܕܝܠܗ ܚܝܐ ܗܘ ܓܒܪܐ ܦܫܝܛܐ ܘܟܝܢܐ ܘܟܫܝܪܐ ܦܫܝܛܐ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܐ ܒܟܝܢܘܬܐ ܐܠܐ ܒܨܒܝܢܘܬܐ ܗܘ ܠܟ ܥܡ ܙܕܝܩܐ ܦܘܪܥܢܟ ܗܘ ܕܒܗ ܒܫܒܝܠ ܣܒܪܬ ܒܥܝܢܝ ܐܬ ܒܟ

tissima illa superorum regione seminassent.

Et horum quidem fratres contenderunt olim ausique sunt in cælum ascendere ; sed à justitia Dei condemnati, confusi sunt atque erubuerunt impii. *Gen.* 11.

Si igitur in illos, qui in supernam Vigilum regionem ascendere conati sunt, hujusmodi perlatum est judicium, & hæc in ipsorum capita recidit retributio ; quomodo non magis condemnabuntur, fratres, & majore punientur supplicio, qui separationem disseminare volunt inter Patrem, & Filium & Spiritum ?

In mea igitur permanete doctrina, discipuli mei, & à mea ne desciscatis fide. Si quis vero contra Deum secessionem fecerit, tremens ac vacillans sit in terra, sicut Cain.

Si quis Patre Filium minorem fecerit, vivus in terram absorbeatur. Si quis adversus Spiritum sanctum dissenserit, talis propitiationem non obtineat.

Si quis adversus Ecclesiam dissidebit, leprosum ejus corpus fiat, veluti Giezi, & quisquis à mea fide defecerit, funiculo Judæ constringatur.

Summa iniquitas est blasphemia. Fugite ergo illam, o carissimi. Siquidem in Deum vivum ille peccat, qui conviciatur & blasphemat. Satis superque nobis sint peccata carnis : ne ergo peccatis impietatem superaddamus.

In hoc uno spem habeo & consolationem coram Deo ; quod nullatenus Dominum meum maledictis incesserim, & blasphemia ex ore meo non prodierit. *Psal.* 138. Eos enim, qui te Domine oderunt, odio habui, & inimicos tuos abominatus sum.

Verba mea vestris insculpite cordibus, meique memores estote. Futurum est enim, ut perversi homines post me ad vos veniant, ovium quidem indumentis vestiti, sed qui sunt intrinsecus lupi rapaces.

Dulcia in ore verba habent ; cor autem eorum plenum est felle & amaritudine. Bonorum vestem gerunt, sed ex diabolo sunt. Fugite ergo illos, illorumque doctrinam, & cavete, ne ad eos appropinquetis.

Nostis enim, quod si quis in loco inveniatur, ubi Rex contumeliis afficitur, etiam ipse in judicium adductus, examinabitur secundum leges, & quamvis constet à contumeliis ipsum abstinuisse, nihilominus judicium subibit eo quod zelum pro rege non exseruerit. Ne igitur simul sedeas inter seductores, neque cum incredulis te immiscеas.

Satius tibi est, ut cum dæmone habites,

A bites, quàm cum homine infideli. Si enim dæmonem adjuras, ſtatim aufugit, quum permanere coram Jeſu nequeat: at verò ſi millies virum infidelem & hæreticum adjuraveris, a malitia ſua non recedet, neque quidquam de ſua inſania remittet.

Satius eſt, ut dæmones doceas, quàm ut hæreticis reſpondeas. Siquidem dæmones confeſſi ſunt dicentes: Tu es, Domine, Filius Dei. At infideles ac perfidi quotidie pertinaciter contendunt, ipſum non eſſe Filium Dei. *Marc. 3.*

B Et Satanas quidem, qui in ipſis eſt, confitetur: at ipſi aſſidue negant. Si platanus in rupe germinabit, fieri poterit, ut perfidus & infidelis doctrinam ſuſcipiat. Fortaſſe mons humiliabitur, ſicut ſcriptum eſt, & in vallem evadet, & platanus juxta propheticum ſermonem in rupe germinabit, potius quàm vir infidelis ad diſcendam veritatem accedat. Si fieri poteſt, ut corvus albus fiat, ſic malus efficietur bonus.

C Continget verò interdum, ut hiberno tempore nix decidat ſuper alas corvi, & corvus ſaltem ad tempus albus videatur: ita contingere poteſt, ut mali de judicio aliquando differentem audientes, pœnaſque formidantes, ad breve tempus compungantur, & à pravis operibus ſuis convertantur.

D Audite præcepta mea, diſcipuli mei, & verborum meorum memores eſtote. Ne à fide mea declinetis, neque à ſermonibus meis excidatis.

Quum autem ſeditiones ac tumultus in civitate audieritis, veritatem veſtram, & fidem firmiter conſtanterque

E retinete.

Futurum eſt enim, ut cuncta fiant, quæ ſcripta ſunt: cælum & terra pertranſibunt, jota autem unum non præteribit, quemadmodum magiſter noſter juravit & dixit: noſtis autem, ipſum veracem eſſe, & nunquam mentiri. *Matth. 5. & 24.*

* Temporibus Moyſis, in Amramidem Magi inſurrexerunt: illos autem digitus Dei ſuperavit, quemadmodum & ipſi con-

F feſſi ſunt. Juſtitia Dei ulcere peſſimo iniquos homines percuſſit, ut vel inviti, veritatem prædicarent; conſuevit enim Veritas patienter ferre, donec mendaces reſipiſcant: Quum verò hi in ſuperbiam elati, ſeſe in tuto poſitos arbitrantur, tunc in foveam dejiciuntur.

Quum enim miſſus eſſet Moyſes, ut populum ex Ægypto educeret, mandante Pharaonis Domino Pharaonem acceſſit, eique præceptum Dei expoſuit. Hæc audiens Pharao,

Quæ hìc de Moyſe & Magis dicuntur, ex alio S. Ephræmi Sermone in Teſtamentum ab Amanuẽſi oſcitanter translata videntur.

Pharao, in rabiem & furorem actus, ad blaſphemias ſeſe convertit: quæ res quum per totum oppidum pervulgata eſſet, & ad aures optimatum regionis deveniſſet, alii quidem ſic ajebant: Præceptum Dei eſt, illudque omnino impleri oportet: at verò Rex conſpecto Moyſe conterritus, imminentem ſibi pœnam perſentiſcere cœpit.

Ecquis eſt, qui viſo Domino non exhorreſcat? aut quis conſpecto Deo non contremiſcat? Ita Moyſen formidavit Pharao, quia Pharaonis Deus erat.

Tota Magorum Ægypti turba convolavit, ut novum prodigium viderent. In Moyſis enim facie Angelus ignis & ſpiritus inerat, qui ſolis ſplendorem & fulguris claritatem ſuperabat, adeo ut qui oculos in ipſum defigebant, pro numine illum haberent; qui verò vocem ejus audiebant, eo quod blæſus eſſet ac balbutiret, hominem deſpicerent atque contemnerent. Et alius quidem eum cælo delapſum affirmabat; alius verò flocci ac nihili pendebat: ſi quid enim magnum eſſet, ajebat, ſibi ipſe utique opem tuliſſet.

Et Moyſes quidem, quemadmodum audiſtis, linguam ejus regionis optime norat: in domo enim Pharaonis educatus, omnem Ægyptiorum ſapientiam hauſerat, ſicut de ipſo Apoſtolus teſtatum nobis facit. Et quamvis nec ipſe adverteret, Spiritum tamen ſanctum in ſe inhabitantem habebat, à quo res geſtas quaſcumque ab Adamo ad ſua uſque tempora edoctus, ea quoque non ignorabat, quæ Magi adverſus ipſum moliebantur.

Convocatis itaque Magis eorumque diſcipulis, hæc ad illos verba Pharao de Moyſe inſtituit. Nunc tempus eſt, ut quantum viribus valetis, id totum in publicum proferatis. Ubi inſtat bellum, ibi athletis opus eſt: & medicorum virtus tunc apparet, quum morbi ingruunt. Enimvero per totum terrarum orbem ſummo cum nominis noſtri dedecore nos vulgus deridebit, ſi ab homine blæſo balbutiente ſuperabimur. Eſtote igitur fortes in bello, dum victoriam referamus: viriliter decertate, donec triumphemus. Nemo unus eſt qui nomen noſtrum ignorat, aut qui nos tamquam prodigiorum patratores non prædicat: quin & Regibus ipſis, quum inſtat bellum, adjutores eſſe conſuevimus. Si igitur balbutienti viro nos ludibrium fieri viderint, multo magis cæteris omnibus contemtui erimus. Eja itaque virilem animum induite, ad certamen tamquam inclyti heroes procedite, ut ſempiternam nobis

nobis famam comparemus : quo fiet, ut qui hæc audierit, timore correptus, genti noſtræ obluctari non audeat. Et quamvis ego regia dignitate præfulgeam, communem tamen vobiſcum cauſam ſuſtineo. Unum quippe nobis omnibus decus erit, & par idemque probrum.

Quibus verbis incitati Magi, perinde ac ſi vino inebriati eſſent, maria monteſque Pharaoni Ægyptiorum regi polliciti ſunt. Non ante, ajebant, exoriens ſol Ægyptum colluſtrabit, quàm Amramides in vivis eſſe deſinet. Quum placidum in lectulo ſoporem Rex hauries, tunc audies, Moyſen turpi morte diſperiiſſe. Et hoc quidem pro nihilo reputamus : ludicrum eſt enim ac puerile. Age igitur, cubiculum ingredere, lectulum aſcende, & ſomnum cape : adeſt enim præ foribus Moyſis interitus, nec aliam, crede, lucem præter hodiernam videbit.

Ita Magi Pharaonem dimittunt. Ille vero quum dictis fidem adhiberet, nec ſomnum capere poterat, quod illuceſcentem diem impatiens exſpectaret ; nec, ſi cepiſſet, ita quieſcere licebat, ut eadem ſpectra dormienti non occurrerent.

At illi artibus ſuis uſi, evocatos dæmones in Moyſen immittunt. Irruunt catervatim in ſanctum virum maligni ſpiritus ; ſed virtus Dei, & deprecatio hominis juſti ſic eos repellunt, ſicut tempeſtas ignem, & fumum ventus diſſipat. Ita dæmones a conſpectu Moyſis diffugiunt, quemadmodum victi in bello coram victoribus, & fures, quum adventantium cuſtodum vocem audiunt, terga vertere conſueverunt. Sicut tenebras lux, ita impios Moyſes fugavit. Ad Magos itaque, à quibus mercede conducti fuerant, præcipiti curſu revertuntur : &, operam quidem noſtram, inquiunt, in hoc homine perdimus:fortior eſt enim nobis, nec vel ad oram loci, ubi conſiſtit, accedere poſſumus.

Interea dies illuxit, & anxius Pharao quæ ſibi Magi de Moſis nece promiſerant, opere impleta eſſe præſtolabatur. Quum vero præſtitutum tempus fluxiſſet, nec adeſſet qui optata nunciaret, vocatos ad ſe Magos his verbis Rex compellat : cur, inquit, res aliter ac promiſiſtis accidit ? dixiſtis enim : non aliam Moyſes lucem præter hodiernam videbit.

Cui Magi : ſuſtine paulum, inquiunt : inſtat quidem hominis interitus : verumtamen nihil feſtinato, o Rex, facere poſſumus, neque hoc ſinit hodierna dies: novilunium enim eſt : quum autem luna decreſcere cœperit, tum vero Moyſis vita deficiet.

Hanc

Hanc illi cauſam obtendebant, dum ſcilicet definitum Moyſis tempus adveniret: Rex vero eorum verba libenter excepit, ut qui iiſdem, ac illi, erroribus teneretur. Operi igitur incumbunt Magi: de capillis, & veſtibus Moyſis tollunt, figuram ejus formant, ad ſepulcrum reponunt, inque eum malos dæmones incitant. Nec mora: dæmones adſunt, ac principes dæmoniorum; præſto eſt ſatanas cum copiis ſuis, alii aliis formis induti, ut Moyſen perdant.

Conferto agmine in eum irruunt. Verùm ubi in ſanctum prophetam oculos ſuſtulere, Angelorum caterva, non ſecus atque olim Eliſæo contigit, ſtipatum conſpicientes, tantum abfuit, ut ipſum adorirentur, ut ne conſpectum quidem ejus ſuſtinentes, clamore & ululatu edito, ſimul confuſi diſſipatique diffugerint.

Quæ res ad conſternationem Magos adduxit. Ad alias igitur artes ſe convertunt, ut famæ ſuæ conſulant, neve mendacii falſitatiſque apud Regem arguantur. Scyphum itaque vino plenum accipiunt, & viperas draconeſque incantationibus ſuis impellunt, ut venenum in illum evomant: ita præparatum poculum Moyſi offerunt, quo ille epoto diſrumperetur. Accipe, inquiunt, bibe hoc vinum, quod tibi Rex Ægypti mittit. Ad hoc quippe honoris faſtigium evectum te cupit, ſicut dudum optaverat. Vota Regis, vinum ipſum ſignificat: vetuſtum eſt enim, & præ temporis diuturnitate, turbulentum & obſcurum.

Ad hæc ſubridens Moyſes, acceptum calicem in Dei nomine ſignavit, vinumque bibit, quin ex eo læderetur. Ut autem ſcirent, fraudes ipſorum non eſſe ſibi ignotas, converſus ad eos, dixit: Agite, nunciate regi, qui vinum veneno ſerpentum commiſtum mihi bibendum dedit, hæc omnia Dei ſervis nihil obeſſe.*

* *Hucuſque de Moyſe & Magis.*

En adeſt ultima dies, præſto eſt Abductor. Quieſce Ephræm, ſermonibus tuis finem impone. Adjuro te, Domine Jeſu, non ſecus atque ſuum quiſque ſolet adjurare amicum, ne in die manifeſtationis tuæ ad ſiniſtram me conſtituas.

Per vitam veſtram, in iis quæ dicturus ſum, non mentior. Quum parvulus eſſem, meque adhuc in ulnis mater geſtaret, oblata mihi fuit ſpecies quaſi per ſomnium: falſam tamen non fuiſſe, ſequutus poſtmodum eventus oſtendit. Vitis ex ore meo repente progerminavit, quæ mox ſuboleſcens, mirabili incremento palmites ad cælum uſque produxit.

Race-

ܐܝܟ ܕܐܬܝܠ ܒܝܬ ܐܒܐ ܘܐܦ ܒܝܬ ܐܒܐ

nomen tuum reddat : at verò quantum me quæ poſtulas conturbent, & quàm acerba ad aures talia accedant, dicere nequeo. Etſi enim iſte te planctus non dedecet, numquam tamen, ut poſtulata concedam, perſuadebit. Multa enim, ſi noſti, morantur : vulgi in primis inde ſequuturæ obtrectationes : ne ſcilicet ab hoc facto poſt obitum meum, Ephræmi amica apud quoſpiam audias. Vade igitur, & fac, quemadmodum propoſuiſti : verùm alias facere volentes, ne impedias. Ex marmore tamen cave urnam mihi feceris : nec enim honor iſte me decet nec juvat. Unum eſt, quod tibi, tuiſque ſodalibus mando, ne bigam conſcendatis, neve jugo veſtro viros vectores ſubmittatis. Apoſtolum ſiquidem audivi dicentem : Viri caput Chriſtus eſt. Tu vero vide, ne futuri judicii memoria unquam tibi excidat, unde à conſpectu judicis rubore ſuffuſa recedas. Audivi enim ſic ſcriptum eſſe : unuſquiſque ſecundum opera ſua recipiet.

I. *Cor.* II.

Tunc juravit puella coram circumſtante populo, dicens : Per Deum, cui à juventute tua uſque ad ſenectutem inſerviſti, in poſterum bigam non aſcendam, & viri amplius me non geſtabunt. Quod ſi mentita fuero, in mea diſpeream juventute : & ſi mandatum tuum trangreſſa fuero, coram omnibus hominibus exemplum proponar.

Cui beatus ſenex : Antequam moriar : inquit, volo tibi benedictionem impertiri. Non deficiat ex te principatus uſque in ſeculum, donec venerit Deus, & terram cælumque diſſoluerit.

A

B

C

D

TOY EJUSDEM

A

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΑΓΙΟΥ
ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΕΦΡΑΙΜ
ΤΟΥ ΣΥΡΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΕΛΕΙΟΝ ΕΙΝΑΙ
ΤΟΝ ΜΟΝΑΧΟΝ.

EJUSDEM
SANCTI PATRIS NOSTRI
EPHRAEM SYRI
De Perfectione Monachi.

ΠΕρυσί μοι προσῆλθόν τινες αἰτοῦντες μοναστηρίοις ποιῆσαι λυσιτελῆ τινά, ἀλλ' B ἐμοὶ ὁ λόγος οὐκ ἦν ἐν σχολῇ, ὅτι συνειχόμην ἀσθενείᾳ σώματος· σιωπῶντι οὖν μοι γέγονε τὸ ἄλογος ἀπολογία· ὁρῶντες γὰρ τὴν ἔμπασιν τῶν πόνων, ἐπέγνωσαν τῆς σιωπῆς τὴν αἰτίαν· ὑπεμνήσθην ὧν ἀρτίως· ὅθι καὶ ἀπὸ ἑτέρων μοναστηρίων ἅμα τοῦτο αὐτὸ προσεγεγόνασι· τί οὖν χρὴ ποιῆσαι; ἰδίως πρὸς τούτους, ἑτέρωθι δὲ πρὸς ἐκείνους εἶπω, ἢ ἑνὶ λόγῳ ποιήσω τὸ C ἱκανὸν ἀμφοτέροις· ἀλλ' αἰδοῦμαι διελθεῖν περὶ τῶν ἤδη κατωρθωμένων παρ' αὐτοῖς, ἵνα μὴ γένωμαι αὐτοκατάκριτος· ἄτοπόν ἐστι ἰδιώτην παιδεύειν σοφούς· καθὼς καὶ πένητα πλούσιον εἰς ἑστίασιν προσκέπτεσθαι· νηπιάζω γὰρ αὐτὸς τῇ φρονήσει· αὐτοὶ δὲ ταῖς προκοπαῖς θαυμάσιοι γεγόνασιν· οὐχ' οἱ λόγοι τὴν ἀλήθειαν συνιστῶσιν· ἡ ἀλήθεια δὲ τοὺς λόγους βεβαιοῖ ἔνθεν· D οἶδα συνθεῖναι λόγους οὐ ψευδομένους, τρόπους δὲ ποικίλης ἀρετῆς δεῖξαί μοι ἐν πάρεστι· τὸ ἔργον εἰκὼν ἀρετῆς γίνεται· ὁ δὲ λόγος σκιὰ τῆς εἰκόνος ἐστίν· ἐν τῇ σκιᾷ οὐδεὶς χαρακτήρ· μόνη ἡ φαντασία χαρακτῆρος ἐστί. Τί οὖν ἀπιθέντες παραιτησόμεθα; ἢ μὴ προσέχωμεν προσκληθέντες; καὶ τὶς ἡμῖν καρπὸς ὑπάρξειεν; πολλοὶ καὶ τὴν ὑπακοὴν εἰς ἀρετῆς E ποίησιν παρειλήφασιν· εἰ δὲ καὶ εἰς τὰ πράγματα ἀπίδωμεν, εὑρήσομεν δούλους δεσπότας ἰδίοις δανείζοντας, καὶ νέους πρεσβύτας συμβουλεύοντας· καὶ ἀναξίους μεγίστοις ἀνδράσι συνεργοῦντας εἴς τινα· ὁ δῆμος ἐκ ποικίλων ἐστί· καὶ ἡ δόξα μία γίνεται· μείζων τῶν δοξαζόντων ὁ δοξαζόμενος· καὶ ἡ γενομένη μείζους ἐν ἀμφοτέροις φαιδρύνεται· ποιήσωμεν γυμνάσιον λόγων, ὡς ὁ F στρατὸς μελέτην ἐπὶ ἄρχοντος· μάθωσιν ὅτι λέγειν δυνάμεθα, τὸ ἔργον δὲ οὐκ ἔχοντες· ἐν τοῦτο ἐπίγνωτε ἐν ἡμῖν χρήσιμον ὅτι ἀλήθειαν ἐποιησάμεθα κατηγορεῖν ἑαυτῶν· λυπεῖμαι μὴ ποιήσας τὸ ἔργον, ὃ παρεκλήθην καὶ δέδοικα ποιῶν, μὴ ὡς ἀνάξιον ἀποβληθῶ· ἀλλὰ διὰ τοῦτο παραιτήσομαι, ἵ δύναται ὁ ὑποκείμενος ἀντιστῆναι τοῖς διακρίνουσι· πλείονα οἴδατε ἀδελ-

Hujus Sermonis fragmentum prodiit ex editione Oxoniensi supra pag. 322. Integrum hic edimus ex Codd. Vat. 441. & 442 & ex Codd. Alexandr. 16. & 42.

ANno præterito ad me accessere quidam, postulantes utilia nonnulla suis Monasteriis: sed tunc mihi cum iis loqui non vacabat, quòd infirmitate corporis detinerer. Unde me tacentem, dolor excusavit: conspicientes enim vehementiam dolorum, silentii caussam agnoverunt. Admonitus sum ergo paullo ante, quòd & ab aliis monasteriis missi ob id ipsi adveniissent. Quid igitur agendum? privatim cum his, & ex alia parte cum illis sermonem instituam? aut uno eodemque colloquio, utrisque satisfaciam. Cæterum vereor pertransire, quæ egregie apud eos paullo ante gesta sunt: ne meipsum condemnem. Absurdum quippe est, hominem rudem instituere sapientes: sicut etiam pauperem, opulentos ad convivium invitare. Sensu enim ego puer sum: at illi, profectu admirabiles evaserunt. Neque vero verba veritatem constituunt: sed ipsa veritas verbis fidem addere solet. Novi componere verba, non inficior: at variæ virtutis exhibere modos, non est datum mihi. Opus, est imago virtutis: Sermo autem imaginis adumbratio est: in adumbratione vero nullus character, sed solum est characteris & figuræ commentum. Quid ergo? rogati recusabimus? postulati non præbeamus? Quis porro nobis obedientiæ foret fructus? quum & multi obedientiam, ad virtutem parandam assumpserint. Si porro res ipsas intueamur: inveniemus servos propriis dominis mutuum dantes, & juvenes senibus consilia impertientes, indignosque maximis viris in aliquibus rebus adjutores & socios. Ex variis populus constat, unaque gloria resultat: at major est cui gloria defertur, quàm qui glorificat, ac gloriã defert: & quæ est mediatrix & conciliatrix, inter ambos quos conciliavit, cohonestatur. Exerceamus nos in verbis atque colloquiis, sicut miles sub duce suo. Intelligant fratres, nos verba facere posse, quum opera non habeamus: unũ hoc agnoscite in nobis utile, quod veritatem adamantes, nos ipsos accusamus. Doleo me non agere opus, de quo ut loquar, obsecratus sum: & vereor, ne qui reipsa agit quod ego doceo, me ut indignum repudiet. At iccirco ne imperium detrectabo? non potest subditus dijudicantibus adversari. Plu-

ra vos noſtis fratres, qui factis ipſis docetis: brevibuſque addiſcere deſideratis, qui ex oratione voluptatem capitis. Dicam etiam vobis, fructum eſſe verum cibum, non autem folia adumbrantia. Verba ſe in modum habent foliorum: opus autem inſtar fructus. Vultis noſſe virtutem operis? ex fructu ac eſu cognoſcetis illam: nam folia, per ſimilitudinem fallunt. Satisfaciam vobis, conſcius humilitatis veſtræ. Novi parvitatem meam, & modeſtiam veſtram ſuſpicio. Dicam veſtrum eſſe inventum, quod apud vos eniteſcit. Pauperes ii ſunt, qui purpuram Regis geſtant; tametſi ipſi habitu vili utantur ac humili. Qui regale diadema faciunt, indigniores ſunt qui illo utantur: ſed tamen faciunt quod jubentur. Novi quo pacto agricolæ terram aratris ac bobus proſcindunt: ſed ad opus ego ineptiſſimus ſum. Multi ſunt qui ex conſuetudine, quæ ad artem aliquam pertinent penitus norunt: ſed de illis rationem reddere nequeunt. Alii, uſu ac conſuetudine proficientes, excogitarunt artes, aut ab aliis inventas concinniores reddiderunt atque ornarunt. Sic & ego vobis, de veſtri temporis moribus verba faciam: alia quidem ex more dicendi ſciens, alia etiam ex iis præbens quæ uſu & laborum experientia didici. Vita Monachorum Angelis ſimilis, eorumque inſtitutum divino miniſterio plenum eſt. Continet enim vitam, quæ in præſenti, Deo inſervit; & ante, hanc fœnori dat, ut pro uſura vitam æternam accipiat. Præbet ipſi benevolentiam, & particeps gloriæ cæleſtis efficitur. Loco præſentium laborum, ſperat fruitionem æternorum bonorum. Mutuo dat terrena, & recipit cæleſtia. Soli monachi, ſuper terram divini certaminis conditionem atque conſtitutionem norunt. Nautæ in mari navigantes, moleſtias perferunt: at ipſi inquiete vitam agentes, pericula experiuntur. Sicut illis mare: ita his aerea efficacitas & poteſtas. Sicut illos venti prohibent ulterius procedere: ita hi in aere contra adverſarios ſpiritus pugnant. Dixit Apoſtolus de hac concertatione: & ſpiritalia nequitiæ nominavit. Circummunivit locum optimis unguentis: & aggredientes accurate inſtituit, ut inſidias latentes non ignorarent. Monachis cum hoſtibus certamen eſt, quos non vident: quales ergo eos eſſe oporteat, non recuſabo dicere quod ſentio. Nam & Prophetæ ſunt, qui artem ſpiritalem tractant, cujus expers eſt caro: opus faciunt incognitum, quod neque ipſi qui faciunt, cernunt: negotiantur non in iis ex quibus fructum capiunt, ſed in ea quæ ſperant, laborem inten-

Epheſ. 6.

A φοὶ τὸ ἔργον διδάσκοντες· βραχέα ποθεῖτε μαθεῖν τῷ λόγῳ τερπόμενοι. εἴπω καὶ ὡς ὑμᾶς, ὅτι ὁ καρπὸς βρωτός ἐστιν· ὁ δὲ φύλλα τὰ σκιάζοντα· οἱ λόγοι ὡς φύλλα εἰσί, καὶ τὸ ἔργον ὡς ὁ καρπός. βέλεσθε γνῶναι τοῦ ἔργου τὴν δύναμιν; ἐκ τῆς βρώσεως· τὸ γὰρ φύλλον πλανᾷ διὰ ὁμοιότητος. ποιῶ τὸ ἱκανὸν ὑμῖν εἰδὼς τὴν ταπεινοφροσύνην ὑμῶν. γινώσκω τὴν ἐμὴν βραχύτητα, B καὶ θαυμάζω ὑμῶν τὴν ἐπιείκειαν. εἴπω ὅτι ὑμέτερόν ἐστι τὸ εὕρεμα, ὅτι παρ' ὑμῖν φαιδρύνεται· πένητές εἰσιν, οἱ τὴν ἀλουργίδα τοῦ βασιλέως βαστάζοντες, καὶ ὅμως χρῄζει τῶν δύτελῶν· οἱ ποιοῦντες τὸ βασιλικὸν ἀφόδημα, πολλῷ δὲ χρήσεως εἰσὶν ἀνάξιοι, καὶ πλὴν ποιοῦσιν ὃ προστάσσονται. οἶδα πῶς οἱ γεωργοὶ τὴν γῆν ἀνατέμνουσιν ἀρότροις καὶ βουσὶν, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἔργον πολὺ εἰμὶ ἀφυέστερος. πολλοί εἰσι τῷ ἔθει τὰ C δὲ τέχνης εἰδότες ἀκριβῶς, καὶ τὸν περὶ αὐτῶν λόγον ἀποδοῦναι μὴ δυνάμενοι. ἄλλοι ἀφ' συνηθείας προκόψαντες ἐξεῦρον τέχνας, ἢ τὰς ὕστερον κατεκόσμησαν, ὅτως ὑμῖν κἀγὼ περὶ τοῦ καθ' ὑμᾶς βίου λόγον ποιήσομαι, τὰ μὲν ἐξ ἔθους ἐν τῷ λέγειν εἰδὼς, τὰ δὲ καὶ ἐπιβάλλων τοῖς πόνοις χαριζόμενος. Ὁ τῶν μοναχῶν βίος ἀγγέλοις ἔοικε, καὶ ἡ τάξις αὐτῶν θείας λει- D τουργίας πεπλήρωται· ἔχει δὲ ζωὴν ἀντὶ θανάτου παρόντος Θεῷ ἀφωσιωμένον, καὶ προικὰ ταύτην, ἵνα τὸν τόκον ζωὴν αἰώνιον ἀπολάβῃ. δίδωσιν αὐτῷ θέλησιν καὶ κοινωνὸς γίνεται ἀντὶ τῶν παρόντων πόνων, ἐλπίζει ἀπόλαυσιν ἀγαθῶν ἀϊδίων. δανείζει τῇ πίστει τὰ ἐπίγεια, καὶ ἀπολαμβάνει τὰ οὐράνια· μόνοι οἱ μοναχοὶ ἴσασιν ὅτι ἡ γῆς ἀγῶνος θείου παράσαν· οἱ ναῦται ἐπὶ θαλάσσης πλέοντες ἀηδίας E ὑφίστανται· αὐτοὶ ἐν ἡσυχίᾳ ἀφόβοντες κινδυνεύουσι ὡς ἐκείνοις ἡ θάλασσα, τούτοις ἡ ἀέριος ἐνέργεια· ὡς ἐκείνους ἄνεμοι προωθοῦσιν, οὕτως, ὅτι ἐν τῷ ἀέρι μάχονται πρὸς τὰ ἐμποδῶν πνεύματα. εἶπεν ὁ Ἀπόστολος περὶ ταύτης τῆς ἀθλήσεως, καὶ τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ὠνόμασεν· ἐπισφαλίσατο τὸν τόπον καλοῖς ἀλείμμασι, καὶ τοὺς ἐπιχειροῦντας ἔπεισεν F εἰδέναι τὴν κρυπτομένην ἔνεδραν· ἐκ ὁρῶντες τοὺς ἀντιπάλους οἱ μοναχοὶ ἀγωνίζονται. ποταποὶ οὖν εἶναι οἱ ποιοῦσι ὀφείλουσιν· ἡ παραγγελία εἰπεῖν οὐ ὑπείληφα· ὅτι προφῆται τυγχάνουσι τέχνην ἔχουσι πνευματικήν, ἧς ἄπειρος ἡ σὰρξ ἐστιν· ἔργον ποιοῦσιν ἄδηλον, οὐδὲ αὐτοὶ οἱ ποιοῦντες βλέπουσιν· ἐμπορεύονται ἐκ οἷς ἀπολαύουσιν, ἀλλ' ἐν τοῖς ἐλπιζομένοις τὸν πόνον ἐπι-

ἐπιτείνουσιν· ὁδὸς αὐτοῖς ἡ ἔννοια, καὶ πέρας, ἡ συγκατάθεσις· ἀποδημοῦσιν εἰς οὐρανὸν, καὶ μυείαις ἱεραῖς πεπιπίπτουσι· πολλοὶ κρυβέντες τὴν ἔφοδον διέδρασαν· ἄλλοι οὐκ ἀντιξάντες ἐνίκησαν· ἔνιοι δὲ καὶ τὸν φόβον ὑπέτραψαν. τινὲς δὲ καὶ ἁλόντες ἐπαίχθησαν· πολλοὶ δὲ καὶ ἀνῃρέθησαν. ὀλίγοι παντελῶς ἀποδημοῦσι, καὶ σπάνιοι ἔμποροι ἐπάγονται τὴν ἀποδημίαν, ὥσπερ ἐπὶ βαρβάροις τὴν ὁδὸν διδόντες· οὕτως ἐστὶ καὶ ἡ ὁδὸς τῶν μοναχῶν· ἐοικὸς δυσὶ λόγοις ποιοῦσι τὴν πραγματείαν, ἢ μεγάλα κερδαίνειν ἐλπίζοντες, ἐὰν κατορθώσωσιν, ἢ καὶ τὸν ὄντα φόβῳ ἀπολέσαι· εἶδον ἐν ταῖς πόλεσιν ἐπὶ ῥητοῖς θεάμασι θηρσὶν ἀγωνιζομένους τινὰς, οὐδὲν ἔλαττον οἱ μοναχοὶ μεταχειρίζονται· ἢ γὰρ ἐπλούτησαν ἄφνω· ἢ καὶ τῆς ζωῆς ἀπηλλάγησαν· καὶ ὁ Ἀπόστολος ὁ Παῦλος τὸν βίον αὐτῶν, θέατρον ὠνόμασεν, ἵνα ὁ συστὴς ὁ λόγος ἡμῶν, ὁ τὰ ἀγῶνα ὑφίστασθε· ὁ αὐτὸς καὶ στάδιον αὐτὸν προσηγόρευσε, καὶ πυκτεύειν ἑαυτὸν εἴρηκεν· ἐκ τῆς πυγμῆς σύνες τὸ στάδιον· καὶ ἐκ τῆς πάλης τὸν ἀγῶνα νόησον· ἐκ πῶν θεωρούντων νόησον ἐπὶ τίσιν ἔργοις ἐστὶν ὁ θεωρούμενος· ἄγγελοι καὶ ἄνθρωποι θεωροῦσιν. οὐκ ἂν εἰκότως εἴποιμι, ὅτι ἀγγέλοις ἔοικεν ὁ βίος τῶν μοναχῶν; τίνα εἰσὶν ἃ θεωροῦσιν ἄγγελοι, εἰ μὴ τὰς πράξεις τὰς ἀποκρύφους, τὰς παγίδας τὰς ἐπὶ σχήματος συντεθείσας, τὰς δολερὰς τροπὰς, τὰς ἐπιθέσεις τὰς μεθοδικὰς τὰς μηχανὰς, τὰς ποικίλῳ τρόπῳ πλεκομένας τῶν δαιμόνων· πῶς αὐτὰς διαλύσωσι. θεωροῦσι πῶς ὡς θῆρες ὑπεράλλονται· πῶς τοὺς ἀντιπάλους τροπῶνται· πῶς τοὺς ἄλλους ἐλέγχωσι, πῶς τοὺς ἐπιπλάστους φίλους ἀναιροῦσι· Ταῦτα θεωρουσιν οἱ ἄγγελοι, ἃ δὲ θεωροῦσιν οἱ ἄνθρωποι· τίνα ἐστί; πάντως ὅτι ἀνθρώπινα. ἐπεγείρονται γὰρ καθ' αὐτῶν διωγμοὶ, λογισμοὶ, πλοκίαι, ἀποδίαι, νόσοι, ἀκαταστασίαι, καταγοήσεις, συκοφαντίαι, σκυβαλισμοὶ, καὶ τὰ τούτοις παπλήσια· πολὺ δύσκολος ὁ βίος τῶν μοναχῶν· ἀδιάφορος ἐὰν ᾖ, παρακλέπτεται, ἐπειδὴ συμμιγείς ἐστιν, ὡς ὑδρομιγὴς οἶνος, ταχέως τρέπεται, καὶ γενόμενος ὄξος, οὐ τίμιος, ἀλλ' ἀνωφελὴς ἐστιν, οὐ προσοφελὴς, ἀλλ' ἐπιβλαβὴς, οὐκ ἀπόλαυσιν παρέχων, ἀλλ' ἀηδίαν· ὡς οἶνος ὀφείλει, ὁ βίος ἡμῶν διαφυλάττεσθαι, μὴ ὡς ἔτυχε παιδιὰν, μὴ γελοίοις σχολάζειν, μὴ λόγοις πολλοῖς καὶ ὥσιν ἀνέραστοι, μὴ τρόποις συνηθοῖς καὶ ὦσιν ἀφελεῖς, μὴ ὄψεσι διαφόροις

A intendunt: Via ipsis est intelligentia: terminus autem assensio & comprobatio. Animo proficiscuntur in cœlum: & mentem excentis meditationibus ac lectionibus pascunt oblectantque. Multi occultati insidias effugerunt: alii non resistentes, vicerunt: aliqui etiam ob metum recesserunt: nonnulli quoque captivi, illusi sunt; multi etiam occisi: pauci omnino trajecerunt, & rari mercatores suas merces salutis advexerunt.
B Quemadmodum qui ad barbaros iter suscipiunt: sic etiam est vita monachorum. In duabus rebus negotium tractant: aut cum exspectatione magni lucri, si rem bene gesserint; aut etiam metu substantiam quam habebant amittendi. Vidi per civitates in spectaculis & ludis quæ dicuntur, quosdam cum feris atque leonibus decertantes: nihil plane minus opus aggrediuntur Monachi;
C aut enim ditantur repente, aut etiam vita spoliantur. Quin & Apostolus Paulus suam vitam, spectaculum appellavit: ut confirmetur oratio nostra, quòd in agone certatis. Idem etiam stadium illam nuncupavit, & pugnare seipsum affirmat: unde ex pugna stadium, & ex lucta certamen intellige; quæque ibi agantur, à spectantibus animadverte. Angeli & homines speculantur: ut non immerito dixerimus, Monachorum vitam Angelis esse persimilem. Sed
D cujusmodi sunt quæ vident Angeli; nisi operationes occultas, laqueos in cavea constitutos, mores fraudulentos, invasiones ex insidiis, machinationes dæmonum miro modo contextas & implicatas, quo pacto eas transiliant atque evadant. Spectant, quomodo ferarum instar vincant; quomodo adversarios in fugam vertant; quo pacto alios redarguant;
E quo pacto fucatos amicos de medio tollant: hæc quæ sunt aspiciunt Angeli. Quæ porro cernunt homines, prorsus res humanæ sunt: excitantur enim adversus eos, persecutiones, cogitationes, inopiæ, anxietates & inquietudines, morbi, seditiones & instabilitates, & accusationes, calumniæ, rejectamenta, & his similia. Multis difficultatibus est exposita monachorum vita: nam si remissior sit, decipitur. Si minus syncera
F sit, cito instar vini aqua mixti pervertitur; & acescens, non amplius in pretio est, sed vilescit; non amplius usui, sed damno; nec oblectamento, sed nauseæ. Instar vini, debet vita nostra conservari. Non quæcumque fors tulerit, admittenda. Non ridiculis vacandum. Non verborum quamvis sanorum multiplicitate gaudendum. Non tropis figurisque verborum frequentibus, quamvis synceræ sint. Non diversis aspectibus, licet etiam

1. Cor. 4.

voluptа-

voluptatem minime ſuggerentibus. Non etiam miltiloquio indulgendum, etiamſi adſtantes rogent: nam licet non noceant qui in his verſantur, lucro tamen frui non poſſunt. Pigros novi multos in ægritudines incidiſſe: alios autem ægrotantes, ſibi requiem comparaſſe. Alii adverſis preſſi, etſi infirmantur propter labores, valetudine tamen recuperata, & lucrum & laudem referunt. Non recuſavit carnis infirmitatem Paulus: & tamen ipſe repoſitam ſibi coronam confeſſus eſt. Qui ad labores ſe ſegnem præbet, ſtupidus eſt, & in omne vitium præceps, ac inter fortes gregarius atque plebejus. Hic eſt, qui non eſt profeſſus ſolitariam vitam; ideo neque aliquid poſſidet, neque exprobratur ei non poſſidenti: at qui profeſſus eſt, ſi labores detrectet, caſtigatur; & ſervitutis ab eo opus exigitur. An ignoratis, quid miles piger ſuſtineat? Repetitur ab eo diligenter armorum, telorumque geſtatio, equi uſus, ac totius operis militaris. Exigitur ab eo meditatio, exercitatio, obedientia, & ſtrenuitas in rebus agendis. Non erit juſta monacho negligenti excuſatio: ſicut neque agricolæ terram præclare non colenti. Carnem tuam monache edomans ac reprimens, evangelici fructus delicias in teipſo ſemina. Ne ſinas corpus ocioſum, ſicuti egit qui unum talentum accepit: remiſſionem quippe cum gratia nactus, & otio indulgens, condemnatus eſt ut reus. Chriſti miles evaſit: & quum jam frueretur regiæ militiæ prærogativa, in opere negligens exſtitit. Quod ſi negligenti illi atque torpenti pepercit: ſane & monacho parcet. Si inutili parcit ſervo Dominus, etiam illi parcet. Agricola ob negligentiam ſeminis flagellatur, miles ob inſordeſcentia arma: & quomodo non multo magis etiam monachi, ſi negligentiores exſtiterint? Vinum deterius evaſit: in cauſſa vas fuit, vel locus, aut unguentum. Inquirit cauſſam illius Dominus, eaque cognita, non ſinit ulterius corrumpi. Poteſt & culex minimus ſaporem corrumpere: & in hoc, ſolum culex accuſatur, quo minus vino poſſimus uti. Res nullius momenti ſæpe magnorum malorum cauſſa efficitur: & ex parva negligentia, ingentia atque incurabilia fiunt vulnera. Sciant & intelligant monachi, ſe velut ſervos & agricolas, atque milites eſſe Chriſti; quodque in cunctis dictis locis parati eſſe debeant. Omneſque homines ſervi ſunt: ſed alii quidem fugitivi, & aliis ſerviunt, id eſt, dæmonibus: alii vero exiguis officiis ſe mancuparunt.

A φόροις καὶ τὴν ἡδονὴν μὴ ἐπομνήσκωσι, μὴ τῷ πλείονι καὶ δυσωπήσουσιν οἱ συμπαρόντες, καὶ γὰρ μὴ ἀδικῆται ὁ τούτῳ γενόμενος, ἀλλὰ τῆς κέρδους οὐκ ἀπολαύσθη. οἶδα ὀκνηροὺς πολλοὺς, οὓς ἠθένησαν, ἄλλους δὲ πονοῦντας, οὓς ἐκτήσαντο ἀνάπαυσιν· οἱ δὲ μοχθοῦντες, οἱ κὴ ἀῤῥωστοῦσι διὰ τὸν πόνον, ὑγιάναντες, κὴ τὸ κέρδος κὴ τὸ ἔπαινον περιφέρονται. ὁ παρητήσατο ὁ Παῦλος τὸ σαρκὸς τὸ ἀῤῥωστῆσαι, κὴ ὅμως

B αὐτὸς ὡμολόγησεν, οὗ στέφανος αὐτῷ ἀπόκειται· ὁ ὀκνήσας καμεῖν, ἀναλγὴς μὲν ἐστιν, κὴ ὢν ἀνδρείοις ἰδιώτης κείνεται· ἔτός ἐστιν ὁ μὴ ἐπαγγελάμενος τὸν μονήρη βίον· διὸ οὐδ' ἔχει τι, οὐδὲ ὀνειδίζεται μὴ κτησάμενος· ὁ ἐπαγγειλάμενος δὲ εἰὰν ὀκνῇ· καὶ μαστίζεται· καὶ ἀπαιτεῖται τὸ ἀῤῥωστίας τὸ πρᾶξιν· οὐκ εἴδετε

C κρατιώτην ὀκνηρὸν, τὶ ὑφίστασθαι; ἀπαιτεῖται ἐπιμελῶς τὸ σχῆμα τῶν ὅπλων, ἵππου τε καὶ πάσης καταστάσεως ἀπαιτεῖται μελέτην, πρᾶξιν, ὑποταγὴν, ἀνδραγαθίαν· οὐκ ἔστι μοναχῷ ἀπολόγητον ἀδιαφοροῦντι, ὥσπερ οὐδὲ γεωργῷ μὴ γῆν καλιεργοῦντι· νεώσας τὸ σάρκα σου ὁ μοναχὸς, σπεῖρον ἐν σεαυτῷ τοῦ ἀγγελικοῦ καρποῦ τὸ ἀπόλαυσιν· μὴ ἐάσῃς τὸ σῶμα

D ἄπρακτον, ὡς ἐποίησεν ὁ τὸ ἓν τάλαντον λαβών· λαβὼν γὰρ τὸ ἄφεσιν μετὰ τὸ χάριτος, καὶ ἀῤῥωστήσας κατεκρίθη ὡς ὑπόδουλος· κρατιώτης γέγονε τοῦ Χριστοῦ· καὶ ἀπολαύων τὸ βασιλικῆς κρατείας, εἰς τὸ ἔργον ἠμέλησεν· εἰ ἐκείνου ἐφείσατο ἀδιαφοροῦντος καὶ ὀκνοῦντος, καὶ μοναχοῦ φείσεται· εἰ φείδεται δεσπότης δούλου ἀχρήστου, καὶ ἐκείνου φείσεται. εἰ φείδεται δεσπότης δούλου ὀκνοῦντος, καὶ μοναχοῦ φείσεται· ὁ γεωργὸς ὅτι ἀμελεῖα σπόρου μαστίζει· ὁ κρατιώτης ὅτι ῥυπῶσιν ὅπλοις· πῶς δὲ πολλῷ μᾶλλον καὶ οἱ μοναχοὶ, ἐὰν ἀμελήσωμεν· κακὸς ὁ οἶνος γέγονε, τὸ ἀγγεῖον αἴτιον, ἢ ὁ τόπος, ἢ τὸ χείσμα· ὅπερ τὴν αἰτίαν ὁ κτίτωρ· καὶ ἐπιγνοὺς δὲ λυμαίνεσθαι ἐάσει· δύνασαι καὶ κώνωπα τὸ ἐλάχιστον ἐρημοῦσαι ἡδύτητα· καὶ πῶς τὴν χρῆσιν ἡ μέμψις ἐπιγίνεται· δαμινὴ αἰτία πολλάκις

E μεγάλων κακῶν γίνεται αἰτία· καὶ ἐκ μικρᾶς ῥαθυμίας, μεγάλα βαύματα καὶ ἀνίατα καθίστανται· ἴσως οἱ μοναχοὶ, οὓς ὡς δοῦλοι καὶ γεωργοὶ, καὶ στρατιῶται εἰσὶ τοῦ Χριστοῦ· καὶ ὅτι ὀφείλουσι τοῖς εἰρημένοις τόποις εἶναι ἕτοιμοι· καὶ πάντες ἄνθρωποι δοῦλοι τυγχάνουσιν, ἀλλ' οἱ μὲν ἐδραπέται, καὶ ἄλλοις δουλεύουσι, τυτέστι τοῖς δαίμοσιν· οἱ δὲ εἰς μικρὰν λειτουργίαν ἐπάχθησαν·

θησαν· ἔνιοι ὃ πρὸς ἀνθρώπων ὑπηρεσίαν ὡς δῶλοι δώλων γενόμενοι· οἱ ὃ μοναχοὶ οἰκεῖοι εἰσὶ, καὶ θεράποντες· προσέχετε τοῖς τὰς ἐπαγγελίας ὑμῶν, καὶ συνήσετε ὅτι ὐ ψεύδομαι· ἀκούσατε τοῦ Ἀποστόλου, καὶ εἴσεσθε τὰ εἰρημένα σαφῶς. λέγει ὅτι „ὑποπιέζω μου τὸ σῶμα „καὶ δουλαγωγῶ· καὶ τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ „ποιεῖτε· καὶ ἐνδύσασθε τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ· „καὶ ὅτι ὕτως τρέχω, ὡς οὐκ ἀδήλως. πρῶ- B τον ἐποίησεν καὶ ὕτως ἐδίδαξεν· αὕτη ἐστὶν ἡ πανοπλία τοῦ Θεοῦ· ἵνα τὶς καὶ ἑαυτῷ καὶ πολλοῖς χρησιμεύσῃ. ἐὰν ἦ μοναχὸς ἕτοιμος, καὶ τὸν ἀνέτοιμον ἐξαρεῖται ἐν ἐφόδῳ τοῦ δράκοντος· γεωργῆν χρὴ τοὺς μοναχοὺς, καὶ πολεμῆν· πολλῷ τὸ σαρκὸς ἡ ψυχὴ πολυμερεστέρα ἐστίν· οἶδα τίνας ἔργον ποιοῦντας, πρὸς πολέμους ἔχοντας. καὶ ἐπὶ τοῦ Ἔσδρα τοιοῦτοι γεγόνασιν· ᾠκοδόμουν τὸν ναὸν, καὶ τὰς δεξιὰς ἡτοίμαζον πρὸς τοὺς πο- C λεμίους· καὶ ἡ φυλὴ Βενιαμὶν ἀμφοτέραις χερσὶν βυσάχως ἠκόντιζον. πολλῷ πλέον ὁ νοῦς προχείρως ἐν πολλοῖς ἔργοις πνευματικοῖς ἐπαρκέσειεν· εἰ χρὴ καὶ κατὰ ποσὸν διελθῆν· ἐγὼ ὑμῖν καὶ τὰ περὶ τοῦ σπόρου ἀφασαφήσω· ἔστω τὸ νόημα εἶναι τὴν τῆς ψυχῆς τὴν γνῶσιν, ἣν ἔλαβεν ἐκ Θεοῦ ἀφ' ἧς χάριτος· ὁ σπόρος ἐστὶν ὁ διαγγελικὸς ἡ ὑπακοὴ τῶν ἐντολῶν· σὺ πέως ὑπακοὴν κτῆσαι· καὶ περὶ ὑετοῦ τὸν σπόρον αὐξάνοντος μὴ φρόντιζε· ἐὰν ἐπὶ παρόντος θελήσῃ Θεὸς δοῦναι τὴν αὔξησιν, τρέφεις καὶ ἄλλους διὰ τὴν χάριτος· ἐὰν ὃ ὑπερθῆται εἰς τὸ μέλλον, τότε θερίσεις, καὶ τὴν ἀπορίαν ἀποίσῃ δεινεκῆ. γεώργει τὴν ἐν σοι χάριν, καὶ ἐν τῷ γεωργῆν φύλαττε τὸ ἔρπον εἰς ζημίαν τῆς γεωργίας, καὶ μύρμηκες λεληθότως τὸν σπόρον λαμβάνουσι· καὶ κόρακες ὑπνοῦντός σου τὸν σπόρον ἁρπάζουσιν· ἔχε οὖν μετὰ τῶν γεωργικῶν ἐργαλείων ὀργάνων καὶ τὰ ἐργαλῆα τὰ πολεμικά. καὶ τῇ μὲν σκαφίδι ἐκκόπτε τὰς ἀκάνθας· τῇ ὃ σφενδόνῃ ἀποσόβει τοὺς ἅρπαγας· γίνεται καὶ τὸν δράκοντα ἐπιστῆναί σου τῷ γεωργίῳ, ἀλλὰ μὴ δείσῃς, ἀλλὰ προσελθὼν δίωξον αὐτὸν, ἵνα μὴ καταμείνῃ ἐν σοί. ἐὰν ἐάσῃς τὸν δράκοντα, δι' αὐτοῦ καὶ τὰ λοιπὰ θηρία εἰσόδια γίνονται· καὶ ἀποκνοῦντός σου περὶ τὸ πλῆθος, ὑλομανῆ σου ποιοῦσι τὴν γεωργίαν· καὶ ὁ δυνήσῃ ἀπολαῦσαι τῶν πόνων σου· ἐπῴδὴ δρυμῶνα ἑαυτῷ καὶ οἰκητήριον ὁ δράκων ἴδρυσε· πολλὰ χώρα ὕτως ἄβατοι γεγόνασι· καὶ πολλοὶ ἀγροὶ ὕτως ἀπὸ θηρίων ἄρδην ἀπώλοντο· εἶπε καὶ ὁ νομοθέτης, ὅτι κατὰ

parunt. Nonnulli etiam tamquam servi servorum facti, hominum sese obsequiis tradiderunt: Cæterum monachi, domestici sunt ac familiares. Attendite ad promissiones vestras, & intelligetis quòd non mentior. Audite Apostolum, & aperte jam dicta cognoscetis. Ait enim: *Castigo corpus meum, & in servitutem redigo.* Et, *carnis curam ne feceritis.* Et, *induite vos armaturam Dei.* Et, *sic curro, non quasi in incertum*, &c. Primum fecit, & ita docuit. Hæc est armatura Dei, ut quis & sibi, & multis prosit. Si paratus sit Monachus, etiam imparatum in impulsu Draconis eximat ac liberet. Agriculturam hic exercere oportet monachos, & belligerare. Ad multo plura potest animus applicari, quàm corpus. Novi plerosque operi intentos, & interim bellica meditantes. Esdræ quoque tempore, se tales præbuerunt: ædificabant templum, & dexteras præparabant adversus hostes. Et tribus Beniamin, jaculandi peritia, utraque manu hastam contorquebat: multo sane amplius mens scite & expedite in variis spiritalibus operibus suffecerit. Quòd si hæc paullulum sunt prosequenda, ego vobis quæ ad sementis comparationem pertinent, explicabo. Dicamus ergo novale esse cognitionem animæ, quam à Deo mediante gratia accepit: semen autem Evangelicum, mandatorum obedientiam. Tu modò obedientiam tibi para, & de pluvia qua semen crescit, noli esse sollicitus. Si pro præsenti incrementum concedere voluerit Deus: etiam alios divina gratia pascas. Sin in futurum distulerit: tunc metes, & perennes divitias consequeris. Excole quæ in te est, gratiam; & in excolenda ea, cave quod irrepit in detrimentum agriculturæ. Nam & formicæ nobis non sentientibus, semen capiunt; & corvi te dormiente diripiunt. Adhibe ergo simul cum rusticis instrumentis etiam belica: & ligone spinas evelle: funda autem rapaces repelle. Accidit quoque draconem agriculturæ tuæ imminere; verum tu intrepide accedens fuga, & persequere eum; ut ne apud te permaneat. Si Draconem reliqueris; etiam reliquæ feræ per eum introibunt: & pigritante te circa multitudinem, silvestrem quoque reddent agriculturam tuam, ut nequeas fructum laborum tuorum percipere: quoniam silvam sibi ac domicilium constituit Draco. Multæ enim regiones sic desolatæ factæ sunt, variique agri eo modo à feris penitus vastati sunt. Legislator quoque ait, quòd paullatim delendus sit

A 1. Cor. 9. Rom. 13. Ephes. 6.

B

C 1. Esdr. 1. 3. Esdr. 1.

D

E

F

Deuter. 7.

fit Chananæus : ne in te irruant cunctæ beſtiæ terræ. Si inertes ac pigri fueritis fratres : jam cauſſam vaſtationis vos præbetis. Si in vobis aſſueverit ſerpens : multiplicabit prolem, multaſque latebras faciet, ac terram tuam occupabit; quæ quum perforata, & pervia longe lateque fuerit anguibus aliiſque reptilibus ; ſeminari nequit, ſataque damno obnoxia erit, quia à ſerpentibus fructuum proventus vaſtatur atque dejicitur. Niſi citius paſſiones quæ in te cernuntur ſuſtuleris, ulcus efficiunt ; niſique parvam putredinem curaveris, in infinitum excreſcet : omnemque ſubſtantiam tuam corrumpet. Hinc illincque obturas unum antrum : & ſerpens (quem diximus eſſe paſſionem) aliunde aperturam facit. Unum aditum tu recludis : ille autem exitus varios patefacit. Ideo non poteſtis prævalere paſſionibus, ubi diuturnum callum obduxerint. Propterea ne credite agriculturam veſtram eſſe fertilem : quia vaſtationi eam præſidenter expoſuiſtis. Difluxit agricolatio veſtra, & talem humanam exiſtimatis naturam. De puritate ac caſtitate loquitur Scriptura, & aliò illius putatis ſpectare verba. Teſtatur recte factis, & non creditis : admiramini verba, ſed opera non declaratis ; eaque ut Deus vobis in admiratione ſit, dumtaxat ſcripta arbitramini, & non propter ſuſcipienda certamina. Ita ſunt ſegnes hujuſmodi homines : hoſtium enim adjutores evadunt, & pejores iis ſunt, qui nihil agunt & ceſſant. Advertite quid inimicus fecerit ipſi Job, ò Monachi : & intelligetis, quantis certaminibus inſtruebatur. Poſtquam enim exploratam ſibi habet beſtiarum atque ſerpentum obſervationem, ſimile adverſus ſimile concitat, ut religioſæ colluctationi tenebras offundat. Quoſdam è monachis corrumpit, alioſque nondum corruptos violat. Si ſimile ceciderit : ingenuus atque ſyncerus, multitudinis reprehenſionem non ſubibit. Niſi de medio ſuſtulerit ; perpetuum bellum habebit. Si lepram contraxerit, etiam fœtorem participabit. Si repulerit, ſcandalum multorum pejus ipſi erit. Iſtæ præcipuæ, ac maximæ hoſtis ſunt inſidiæ, quando ſuſceptam ſecum concertationem confundere nititur : hacque calliditate, duo ſibi machinatur ac parat : nimirum, ut & ſecurum hominem atque imparatum reddat : & ut, quum vere ſit hoſtis, non tamen eſſe appareat : tertiumque grave ac intollerandum efficere in omnibus conatur, ut bona malis quàm ſimillima exiſtimentur : hujuſmodi autem rationibus, adverſatur veritati.

A κατὰ βραχὺ ὡς ποιῆσαι τὸ τοῦ Χαναὰν ἀναίρεσιν, ἵνα μὴ ὅπου σὲ πολλαὶ γένωνται ἰὰ θηρεία τῆς γῆς. ἐὰν ῥαθυμήσητε ἀδελφοὶ, αἰτίαν τῆ ἐρημώσεως ὑμῖς δίδοτε· ἐὰν ἔθος ποιήσῃ ἐν ὑμῖν ἑρπετὸν, πληθυνῆ τὰ τέκνωσιν, καὶ πολλοὺς ποιῆ φωλεούς, καὶ ἀπαχολῆ τὴν γῆν σου,

B ἢ διάβητος ὅσα ἀναρῆναι δύναῃ)· καὶ ἀσειρομένη ζημίαν ὑφίσαται, ὅτι ὑπὸ τῶν ἑρπετῶν καταπίπτειν ποιῆ τὰ βύκαρπίαν· ἐὰν μὴ θάτον ἀνέλῃς ὁραθὲν ἐν σοὶ τὸ πάθος, νομὴν ἐργάζεται. ἐὰν μὴ θεραπεύσῃς τῇ σῆψιν τὴ μικρὰν εἰς μυεία ἀμιρῆται· καὶ φθείρει σου πᾶσαν τὴ ὑπόςασιν· ἔνθεν φράτεις ἕνα φωλεὸν, καὶ τὸ

C ἑρπετὸν, ὅπερ εἴπομεν εἶναι τὸ πάθος, ἀλλοχόθεν ποιῆ ἄνοιγμα· μίαν εἴσοδον σὺ ἀποκλείεις· κἀκεῖνο ἀνοίγει ἐξόδους πολλάς· διὰ τοῦτο δύναθε τῶν παθῶν γενέθαι ἐγκρατῆς· ἐπειδὴ χρονίαν νομὴν εἰργάσαντο. διὰ τοῦτο δὲ πιςεύετε εἶναι γεώργιον πολύκαρπον. ὅτι τὸ ὑμῶν διαρρῦσαν πεποιήκατε ἀνυπόπτως· διέπεσεν ὑμῶν τὸ γεώργιον, καὶ φύσιν τοιαύτην ἀν-

D θρώπων νομίζετε· λέγει ἡ γραφὴ περὶ καθαρότητος, καὶ πρὸς ἄλλην χρῆσιν ὑπολαμβάνετε αὐτὴν φράζειν· μαρτυρῆ τοῖς καπορθώμασι, καὶ δὲ πιςεύετε· θαυμάζετε τὰς λόγους, καὶ τὸ ἔργον δὲ βλέπετε· καὶ οἴεθε, ὅτι διὰ τὸ θαυμαθῆναι Θεὸν ἐγράφησαν· οὐ διὰ τὸ ἀγωνίσαθαι· ὅτως ὀκνηροί εἰσιν οἱ τοιῦτοι, τῶν γὰρ ἀντιπάλων συνεργοὶ γεγόνασι· χείρονές εἰσι τῶν ἀργόντων· ὅτι καταργῦσι καὶ διέφθειραν. προσέχετε, τὶ ἐποίησεν ὁ ἐχθρὸς τῷ

E Ἰῶβ μοναχοὶ, καὶ σύνετε, πόσοις ἀγῶσιν ὁπλίζεται· ἐπειδὴ γὰρ δῆλον εἶχε τῶν ἑρπετῶν καὶ θηρίων τὴ τήρησιν, δηλαδὴ ἐποίησε τὸ ὅμοιον πρὸς τὸ ὅμοιον μάχεθαι, ἵνα σκοτώσῃ τὴ βύσεβῆ ἄθλησιν· διέφθειρέ τινας ἐν τοῖς μοναχοῖς, καὶ ἐν αὐτοῖς τὰς μὴ διαφθαρέντας βιάζεται· ἐὰν πέσῃ τὸ ὅμοιον, ὁ γνήσιος τὴ ἐν τῷ πλήθυς μέμψιν οὐχ ὑφίσαται· ἐὰν μὴ ἀνέλῃ ἀοίδιον ἔξει τὸ πόλεμον· ἐὰν

F προσλάβηται τὰς λέπρας καὶ τὰς δυσωδίας μεταλαμβάνει· ἐὰν ἀποβάληται, τὸ σκάνδαλον τῶν πολλῶν χεῖρον αὐτῷ γίνεται. αὕτη πρώτη καὶ μεγίςη μεθοδεία τῦ ἐχθρῦ, ὅτι εἰς σύγχυσιν μετέβαλε τὸ πρὸς αὐτὸν ἄθλησιν. δύο ἑαυτῷ πραγματεύεται, διὰ ταύτης τῆς πανουργίας, τὸ ἀμέριμνον διατελεῖν, καὶ ἐχθρὸν ὄντα μὴ φαίνεθαι, καὶ ζῆτον δεινὸν ὅμοια εἶναι νομίζεθαι τοῖς φαύλοις τὰ ἀγαθὰ πρασκυλά-

ζων

ζων ἐν πᾶσι τοῦτοις τρόποις τῇ ἀληθείᾳ παρεπάξατο. τὸν Ἀδὰμ ὕτως ἐπήρνισε, καὶ τὸν Καὶν ὡσαύτως κατέπασεν, ὄφιν ἀφ' ἧ γυναικὸς, καὶ τοῦτον ἀφ' τοῦ ἀδελφοῦ· οὐκ ἔχω, ὅπως φράσω τοῦ λύκου τὴν ἐπίθεσιν· ἐκπλήττομαι ὑμᾶς ὦ μοναχοὶ πῶς ὑπομένετε· ἐγὼ ἐννοῶν ἐξίσταμαι, ἃ ὑμεῖς πάσχετε οὐδαπασόμωοι. καλῶς εἶπεν ὁ Κύριος, ὅτι στενή ἐστιν ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν. ἰδοὺ γὰρ ἡ στενότης ὡς ἐν κατόπτρῳ ἀφ' τοῦ λόγου φαίνεται· Πικρὰ τὰ παρόντα τοῖς μοναχοῖς, ἡ κτῆσις ἐπίβουλος, ἡ ἀπόκτησις ὀδυνηρά· πικρά ἡ διατέλεια, ἡ ἔνδεια ἐπώδυνος· ἡ ἄσκησις μοχθηρά. ἡ ἐγκράτεια ἐπίπονος· ἐπισφαλὴς ἡ ἀκρίβεια, ἡ σιωπὴ ἐπώδυνος· ἐὰν ἐλέγξῃ χρεώστης γίνεται, ἐὰν σιωπήσῃ μαραίνεται ἀπὸ ζήλου Θεοῦ· λαλήσει, ὑπεναντίον, εἰ ἡσυχάσει ἐπιβλαβές. οὐ δύναται λαλῆσαι ἀλήθειαν, καὶ μὴ λαλῶν οὐχ ὑπομένει· τὸ ὅμοιον δράκων ἐν πᾶσιν ἀντεκατέστησεν· ἐν τῇ ἀκτημοσύνῃ ἀντέθηκε χρηματομανίαν· ἐν τῇ ἀγρυπνίᾳ τὴν συκοφαντίαν, ἐν τῇ ἀσκήσει τὴν ἀναίρεσιν· ἐν τῇ διχῇ κατηγορίαν ἀργίαν, ἐν τῇ ἀληθείᾳ τὴν καταλαλιὰν, ἐν τῇ ἀγάπῃ τὴν κακολογίαν, ἐν τῇ φιλοξενίᾳ, τὴν ἀδιαφορίαν. πάντα συνέφυρεν, ἐν πᾶσιν ἐκοινώνησεν. ἐπὶ τέχνης ἐγένετο αὐτῷ ἡ ἀρετὴ, καὶ ἐπὶ σχήματι τὴν βλάβειαν ἤγαγε. κινδυνεύει ὁ βίος τῶν μοναχῶν καταλυθῆναι, αἱ κεφαλαὶ σὺν τοῖς ποσὶν ὑφίσανται, οἱ ὀφθαλμοὶ σὺν τῇ χερσὶν ἀῤῥωστίαν ὑπομένουσιν, ἡ κτῆσις τὴν πίστιν ἐμάρανε, καὶ ἡ χρῆσις τὴν ἄσκησιν ἠλλοίωσεν· ἐβιάσατο τὴν ταπείνωσιν ἡ αὐτενσία, καὶ ἔρριψε τὴν ἐλπίδα ἡ τῶν καιρῶν μέριμνα. Τί ποιήσετε οἱ γνήσιοι, ἐν τοσαύτῃ ὁμοιότητι; πῦ φύγητε τοιαύτην ἐμφέρειαν; ἐν τοῖς ἐρήμοις; καὶ πῶς; ὅτι κἀκεῖ κυδαγότης ἐκράτησεν· οἱ ἡγούμενοι ὡς συγγενεῖς ζήλοις τὴν ἀλλοίωσιν, οὐ πάντη ἐτράπησαν, οὐ γὰρ ἔχουσι τὴν ὅλην σύμμαχον· φεύγετε τὸ ἔνδον, καὶ εἴσεσθε τὴν πάντα ὁμοιότητα, οὐ σκυβαλισθῆναι χὶ ἀρετὴν, ὅτι οἱ πολλοὶ ἐφ' ἑτέραν ὁδὸν ἰέναι φεύγουσι· τὸ ἔργον τῆς ψυχῆς ἡ φαῦξις τοῦ σώματος ἐσκότωσεν. ἡ μέριμνα τῆς σαρκὸς ἤμβλυνε τὴν διάνοιαν τὸν ἔλεγχον οὐκ ἄγει χολὴν ἡ συνείδησις καπνύζαι τὸν νοῦν· οὐκ ἐπιτρέχουσιν οἱ λογισμοὶ πρὸς μετάνοιαν εἰς τὸ πένθος τῶν πολλῶν· διὸ κἀγὼ αὐτὸς ὑμᾶς ἐγὼ τοὺς γνησίους συνέχων σφάλλομαι· τύπος ἐστὶν αἰχμαλωσίας ἡ παροῦσα κατάστασις.

A ritati. Sic Adamum ſupplantavit: eodemque modo Cain evertit; illum, per mulierem; hunc, per fratrem. Non habeo, quomodo lupi fraudem & calliditatem invadendi exponam. Perterrefacio vos ò Monachi, quo pacto ſuſtinetis? & dum conſidero quæ vos patimini in acie diſpoſiti, obſtupeſco. Recte dixit Dominus, *Matth. 7.* arctam eſſe viam, quæ ducit ad vitam. Nam ecce, anguſtia tamquam in ſpeculo per orationem apparet. Acerba ſunt præſentia Monachis, poſſeſſio inimica, voluntaria paupertas luctuoſa, & bonorum abrenuntiatio gravis: continentia laborioſa, periculoſa nimis accurata diligentia, & ſilentium mœrore plenum. Si reprehenderit, debitor evadit. Si tacuerit, flacceſcit in eo zelus Dei. Si loquatur, contra: & quum non loquitur, noxium. Nequit loqui veritatem: & quum non loquitur, non ſuſtinet. Simile opponit in omnibus Draco: in inopia, mercaturæ utilitatem; in vigilia, calumniam; in exercitiis, interemptionem. In oratione, accuſationem ocii: in veritate, obtrectationem; in charitate, maledicentiam; in hoſpitalitate, obſervantiæ regularis negligentiam & contemtionem. In artificio ac verſutia, illius eſt virtus poſita, & in habitu pietatem ac religionem ſimulat. Periclitatur Monachorum vita, ne diſſolvatur: capita cum pedibus ſubſidunt, oculi cum manibus imbecilles ſunt, poſſeſſio fidem exſtinguit, uſuſque a monaſtica exercitatione alienat. Humilitatem propria auctoritas violat: divertitque ſpem, ſollicitudo temporalium. Quid in tanta ſimilitudine, vos veri ac germani monachi, agetis? ubi effigiem ejuſmodi effugietis? numquid in ſolitudinibus? Et quo pacto? nam & ibi confuſio dominatur. Præfecti, conſanguineorum inſtar, æmulantur mutationem de meliori in deterius, nec omnino ad bonam frugem convertuntur: non enim ullum habent in partibus fautorem. Addite quæ intus ſunt, & cognoſcetis ſimilitudinem in omnibus. Rejici non poteſt, quod eſt ſecundum virtutem; quamvis vulgus aliam inire viam jubeat. Corporis actio, animæ opus obſcurat; & carnis cura, mentis examen obtundit. Non vacat conſcientiæ, mentem compungere. Non properant cogitationes ad pœnitentiam, ad multa deploranda: ideo & ego ipſe, qui vos germanos & minime fucatos Monachos rego, aberro. Forma & imago captivitatis, eſt præſens vitæ ſtatus. Si cuncta typum & veritatem con-

continent, etiam bella, & quæ ex iis proficiſcuntur, ad umbram & veritatem referenda ſunt. Si Elias dicebat ſe ſolum relictum eſſe, verum Deus, multitudinem ipſi adeſſe indicabat. Et Hieremiæ tempore, ita intelligere debemus, quòd non erat ſolus: nam & alii multi cum eo erant. Sic etiam de vobis credere oportet, ſervi Dei; eſſe nimirum vos, licet id non appareat. Nam erant, quamvis non apparerent, in Iſrael, Eliæ ſimiles, qui apparebat. Perſpicuum autem eſt illos & re ipſa fuiſſe, ac vos quoque, tametſi non apparetis: at pro viribus certe conamini. Novi aliquos ejuſmodi, ſed plane paucos. Credo multos eſſe, ſed non omnino adlaborantes. Lugebat Hieremias Iſrael, propter obſidionem: & vos ſimiliter agentes, pro nobis intercedite. Confundimini paſſionibus veſtris, ſed noſtram infirmitatem curate. Novi me a principio dixiſſe, animam facile in actiones diſtrahi diverſas. Bonum quidem ac malum ſimul agere nequit: ſed malum, boni ſpecie exercet. Per jejunium inaniter gloriatur, & per continentiam ſuperbit: velle autem ac ſectari pariter humilitatem & ſuperbiam nequit. Dixitque iſta Dominus: *Non poteſtis duobus dominis ſervire*. De iis autem qui ſub prætextu boni, malum agunt: Lupi, inquit, ſunt in pelle ovium prodeuntes. Atque in illud reſpiciens, ut arbitror, ac vitæ ſuæ conſulens, fugit Elias in terram alienigenarum, ibique mente quieſcens, in virtute ſolus perſeveravit, neque confuſus, neque vile quid pertractans, neque contemptibilem vitam degens, hoſpitis ac advenæ inſtar; neque tamquam ignotus eſſet, continentiæ duritiem emollivit. Beati enim perfecti: quoniam velut margaritæ, incontaminati quocumque in loco permanent. Beati mundi corde: quoniam inſtar Solis etiam in tenebris reſplendent. Non conſpurcavit Hieremiam, cœnum lacus. Non nocuerunt Danieli, leones. Non detrimentum tribus Pueris intulit ignis Babylonicus. Ex ſenſibilibus declaratur, lædere non poſſe adverſarios ſpiritus. Si in Babylone ſitis, etiam detentores ac dominos erudite. Si in Iſrael occultati, & profugi: impietati deditos coarguite. Intelligite cur in Hieruſalem abſcondi debeatis, in Babylone liberius loqui. Docebit vos regius Propheta David, quippe qui cum Goliath hoſtiliter, cum Saule vero humiliter egit.

3. *Reg.* 18.
Hierem. 15.
Matth. 6.
Matth. 7.

Dic

A εἰ ἔχε πάντα τύπον καὶ ἀλήθειαν· καὶ οἱ πολεμοὶ καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν πρὸς τύπον καὶ ἀλήθειαν γεγόνασιν. εἰ Ἠλίας ἔλεγεν ὅτι μόνος καταλέλειπται, ἀλλ' ὁ Θεὸς πλῆθος εἶναι σὺν αὐτῷ ἐσήμανε. καὶ ἐπὶ Ἱερεμίᾳ οὕτω νοῆσαι ὀφείλομεν, ὅτι οὐ μόνος ἦν, ἀλλὰ καὶ σὺν αὐτῷ ἄλλοι πολλοί. οὕτως καὶ περὶ ὑμῶν χρὴ πιστεύειν Θεοῦ θεραπόντες, ὅτι ἐστὲ μὴ φαινόμενοι. ἐπειδὴ ἦσαν οἱ ἀφανεῖς ἐπὶ Ἰσραὴλ Ἠλίᾳ B τῷ φαινομένῳ ὅμοιοι· περίδηλον, ὅτι καὶ τὴν πρᾶξιν μετέσαν, καὶ ὑμεῖς κἂν μὴ φαίνοισθε, ἀλλ', ὡς οἷόντε εἶναι, συνδάζετε· οἶδα τινὰς πιστοὺς, ἀλλ' ὀλίγους παντελῶς. πιστεύω εἶναι πολλοὺς, ἀλλ' οὐ τὸ σύνολον συμπράττοντας. ἐπένθει ὁ Ἱερεμίας τὴν Ἱερουσαλὴμ διὰ τὴν πολιορκίαν, καὶ ὑμᾶς ὡσαύτως ποιοῦντες ὑπὲρ ἡμῶν πρεσβεύσατε. συγχύθητε τοῖς ἡμετέροις πάθεσιν, ἀλλὰ τὰς ἡμετέρας ἐπιμελεῖσθε ἀσθενείας. οἶδα τι εἶπον ἐξ ἀρχῆς ὅτι ἡ ψυχὴ ῥᾳδίως εἰς διαφόρους πράξεις μερίζεται· ποιῆσαι καλὸν καὶ κακὸν οὐ δύναται. κακὸν δὲ διὰ καλοῦ ἐπιτηδεύει· διὰ νηστείας κενοδοξεῖ, καὶ διὰ ἐγκρατείας ὑπερηφανεῖ. τὸ δὲ θέλειν καὶ αἱρεῖσθαι ὑμῶν ταπεινοφροσύνην, καὶ ὑψηλοφροσύνην οὐ δύναται. εἶπε καὶ ταῦτα ὁ Κύριος, ὅτι οὐ δύνασθε δυσὶ κυρίοις δουλεύειν· περὶ δὲ τῶν ἐν χήμαλι καλῶν ποιούντων κακὸν ἔφη, ὅτι λύκοι εἰσὶν ἐν κωδίοις προβάτων προερχόμενοι. εἰς ἐκείνην τὴν πρᾶξιν ἀπιδὼν ὡς οἶμαι, συμβουλεύων μὴ ἀσφάλλεσθαι ἔφυγεν Ἠλίας ἐπὶ γῆς ἀλλοφύλων καὶ εἰς ἀναπέπαυται ἡ ἀφάνεια αὐτοῦ. ἐν ἀρετῇ μόνος διέμεινεν οὐ συγχυθεὶς ὅτε χυδαῖόν τι C ἀπαυθαδιάσατο, ὅτε ἀδιαφόρως ἐβίωσεν, ὡς ἐπὶ ξένοις, ὅτε ὡς ἄγνωστος ὤν· τὴν βαχύτητα τῆς ἐγκρατείας ἐχαύνωσε. μακάριοι οἱ τέλειοι, οἱ ὡς μαργαρῖται ἀμίαντοι ἐν παντὶ τόπῳ διαμένουσι. μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, οἱ ὡς ὁ ἥλιος καὶ ἐν σκότει, φαεινοὶ τυγχάνουσιν. οὐκ ἐμίανε τὸν Ἱερεμίαν ὁ ἐν τῷ λάκκῳ βόρβορος, οὐκ ἠδίκησαν τοὺς λέοντες· τοὺς τρεῖς παῖδας τὸ πῦρ Βαβυλῶνος οὐκ ἔβλαψεν; ἐκ τῶν ἐσθητῶν δειλοῦ, οἱ δ' δύνασθε D καταβλάψαι τὰ ἐναντία πνεύματα ἐὰν ἐν Βαβυλῶνι ἦτε, καὶ τοὺς κρατοῦντας παιδεύετε, ἐὰν ἐν τῷ Ἰσραὴλ κεκρυμμένοι, καὶ φεύγοντες τοὺς ἀσεβοῦντας ἐλέγχετε. νοήσατε διὰ τί ἐν Ἱερουσαλὴμ ὀφείλετε κρύπτεσθαι; ἐν δὲ τῇ Βαβυλῶνι παῤῥησιάζεσθαι· Δαβὶδ ὁ βασιλεὺς ὑμᾶς διδάξει, οὗ τὸν μὲν Γολιὰδ ἤχθαρεν, εἰς δὲ τὸν Σαοὺλ

Σαὺλ παπεινώσει ἐκέχρηπο. εἶπε τ῍ αἰτίαν, ὅΐι Χριςὸς κυρίε γέγονε, τ῍ δὲ Γολιὰθ ὡς ἀμυήπην δύσεβείας ἀνήρει φοφανως. ἄλλες καὶ ἀναγγέλλονπας θάνατον Χριςῦ κυρίε ἀπέσφαξε. ἵνως δὲ καὶ θανςν ὀφειλόντων ἐφείδετο. ἆρα χρὴ ἡμᾶς διαλύειν ὑμῖν τὰ αἰνίγμαπα, ἢ ὑμὶν αὐποῖς καπαλιπεῖν; καὶ τὶ ποιήσεσιν οἱ ἁπλέςεροι, οἱ μὴ ἐπιγνόντες τ῍ δύναμιν· ὑμᾶς, ὡς ἔφην, καὶ ἔργῳ πλείονα οἴδατε· οἱ δὲ μεθ' ὑμᾶς δέον) τ῍ διαφράσεως· ἐπὶ ἐκκλησίας, ὡς οἱ φοφῆ) ἐπὶ Ἱερεσαλὴμ, δεῖ ἡσυχίαν ἄγειν· ἐπὶ δὲ ἡμᾶς χρήσιμον καλεμένες τ῍ ἀληθείαν φθέγγεσθαι. ἐπὶ δὲ ἱερέων, ἢ σοφῶν, ἢ εὐσεβῶν δεῖ παπεινοφρονεῖν, ὡς οἱ φοφῆ) πεποιήκασιν· ἐπὶ ὃ χρείαν ἐχόντων ἐλέγχε, μὴ ὑποκρίνεσθαι· ἐὰν οἱ φοχρειεσθέντες ὑπὸ κυρίε ὑμᾶς διώκεσι; φύγωμεν. ἐὰν οἱ ἐν κόσμῳ τυραννοῦντες, ὡς ὁ Δανιὴλ παῤῥησιασώμεθα· ἐάν τις καπαλεγῇ πῶν εὐσεβείας θεραπόντων, ὡς νεκρὸς λογισώμεθα διὰ τ῍ φοχειρισάμενον. ἐὰν καὶ εἰς ἁμαρτίαν ἰδιωτῶν φιλεχθρεῖν γένηταί τινας, φεισόμεθα διὰ τ῍ εὐγένειαν, ἑαυτὸς ὅλως μὴ ἐκδικῶμεν, ὡς Δαυὶδ ὁ βασιλεὺς πεποίηκε, ζημίας πρεμφρονήσωμεν· περὶ λειτεργίας πενήτων ἀκριβεσώμεθα ὡς οἱ ἀπόςολοι· περὶ τραπέζης λαμπρᾶς, ἧτον φροντίσωμεν. περὶ φοσφορᾶς ἁγίας μεριμνήσωμεν, ὡς Μωϋσῆς. περὶ συνόντων εἰς κόρον γαςρὸς ἀμελήσωμεν· περὶ ξένων πλησμονῆς, ὡς ὁ Ἀβραὰμ φροῦσωμεν· περὶ συγκαταβάσεων ἀκριβεσώμεθα· περὶ δὲ ἀθενοῦντας συγκαπαβῆναι μὴ φαραιτησώμεθα, ὡς ὁ Ἀπόςολος Κορινθίοις φεποίηκεν· ἐὰν χρὴ ὑπὸ ἀνάγκης μεταβαλεῖν τ῍ δίαιταν, ποιεῖν ἀνόλεθον· ἑαυτοῖς δὲ ἐπινοεῖν, ἀχρήσιμον. ὅτε δεῖ καὶ ἑαυτῶν μὴ φεισώμεθα· ὅτε δὲ ἑαυτὸς διοικῶμεν, ὡς χρήζοντες· εἴποτε ἡπηθῶμεν, μὴ ἀπογνῶμεν. εἴποτε ὃ κατορθώσομεν, μὴ φυσιωθῶμεν· ἐλπίζειν γὰρ ἐφ' ἑκατέραν ῥοπὴν ὀφείλομεν· τὸς ἀδελφὸς παιδεύσωμεν, ὡς μανθάνοντες· τὸς ὃ πλαίονπας, διορθωσώμεθα ὡς διδάσκοντες· τὸς βιωτικὸς μὴ βλάφωμεν ἀδιαφορῦντες· ὑπόληψιν ὃ ἔργῳ εὐσεβείας διδάξωμεν· φοβεφώμεθα μετὰ φαιδρότητος· καὶ μετὰ τ῍ πρέποντος ἤθες συνεςιώμεθα· μήτε κρύπτωμεν δόξαν Θεῦ· μήτε τ῍ οἰκείαν πολιτείαν ἀποκαλύπτωμεν· μὴ ὡς ἀφελεῖς πράξωμεν· λαλήσωμεν ὃ, ὡς ἁπλούςεροι, μὴ ὡς πανοῦργοι ὀφθῆναι φεύσωμεν; ἀλλ' ὡς φρόνιμοι μανθάνειν ἐπιθυμῶμεν. μὴ ὠμῶς περίεργοι συντυγχάνοντες, ἀλλὰ μηδὲ

A Et cauſam quidē dixit, quia ille Chriſtus Dñi fuerat; Goliath autem tamquā veræ religionis expertem, occidit palam: alios quoque adnunciantes mortem Chriſti Domini peremit: aliquibus vero etiam quibus mors debebatur, pepercit. An oportet vobis diſſolvere ænigmata; aut potius vobis ipſis ea relinquere? Sed quid ſimpliciores facient, quibus illorum ignota vis eſt? Vos ut dixi, etiam experientia & uſu ipſo noſtis plura: at qui B vobis ſuccedent, explicatione indigebunt. In Eccleſia, ſicut Prophetæ in Hieruſalem, tacere oportet: Inter nos autem, quibus id onus imponitur, veritatem eloqui profuerit. Inter Sacerdotes, vel ſapientes, pioſve atque religioſos, humiliter ſentire oportet, uti fecerunt prophetæ: apud eos vero, qui reprehenſione indigent, diſſimulandum non eſt. Si delecti & comprobati magiſtra- C tus a Domino, nos perſequuntur; fugiamus: Sin autem tyranni hujus ſeculi; cum Daniele liberius alloquamur eos. Si quis pietatis cultoribus detrectaverit: pro mortuis tales ducamus, propter eum qui ſuos miniſtros elegit. Sique in rudium hominum peccata, quoſdam ſe inimicos præbere contigerit; parcamus illis, propter ingenuitatem. Nos ipſos penitus non ulciſcamur: ſed inſtar Davidis Regis, ſpernamus damnum. De D pauperum miniſterio, diligenter exploremus cum Apoſtolis. De ſplendida menſa minus ſimus ſolliciti. De ſancta oblatione, cum Moyſe ſollicite cogitemus. Eos qui ventrem ſolum curant, aſpernemur. De hoſpitum ac peregrinorum ſaturitate, cum Abrahamo diligens ſtudiū adhibeamus. De ratione indulgendi & compatiendi fratribus, ſedulo indagemus: indulgere autem infirmis, non recuſemus; ſicut Apoſtolus cum Corin- E thiis egit. Si ex neceſſitate, vivendi rationem mutare oporteat: par erit ac rationi conſentaneum, id agere. De nobis autem ipſis nimis anxie cogitare, non expedit. Immo quando oportet, ne nobis quidem parcamus: ſi forte nos ipſi ac valetudinem noſtram curamus, ut indigentes. Si quando autem infirmitate vincamur, ne deſpondeamus animum. Si vero recte egerimus, ne F efferamur: in utraque enim mutatione ſperandum eſt. Fratres inſtituamus, tamquam condiſcipulos: delinquentes vero dirigamus, quaſi illorum doctores. Mundo deditis ne obſimus, contemnendo eos: opinionem vero ſententiamq; pietatis, re ipſa doceamus. Cum hilaritate alios adhortemur; & decentibus moribus unà cum iis vitam agamus. Non abſcondamus gloriam Dei, neque vitæ noſtræ rationem oſtentemus. Non agamus tamquam ſimplices, ſed loquamur velut ſimpliciores.

1. Cor. 9.

Non ſtudeamus apparere callidi atque arguti: ſed quaſi prudentes, diſcendi cupidi ſimus. Non præbeamus nos curioſos in converſationibus: ſed neque ſtultos in reſponſionibus. Non ſimus induſtrii nimis in propriis: quin magis nos divinis conformemus. Neque tamen, ſi per ocium liceat, omittamus Dei miniſterium. Si utrumque honeſte ac recte præſtare poſſimus: ne unum pro duobus ſtatuamus. Si bono aliquo impediatur melius: non colamus id quod minus eſt. Loquamur quando oportet, ut cognoſcamus loquentes dum non oportet. Silentium ſeruemus quum oportet: ut quietis intelligamus utilitatem. Opus laboribus metiamur; & quis ejus ſit fructus, diſcernemus. Lucrum quod ſatis ſit, honeſte amplectamur: & quod ſit exercitationis commodum, cognoſcemus. Si nimium laboremus, cauſſas inſatiabilitati præbebimus. Si abundantia delectamur; in egeſtate facile capiemur. Si deſideramus accipere; non recuſemus etiam dare. Si ad munera libenter reſpicimus; ad juſtitiam non libenter reſpiciemus. Quando quiſpiam aliquid tibi propter Deum dederit; accipe quaſi acceptum Deo referens. Quando quis pietatis obſequium tibi præſtiterit; paria præſtans, ad reddendam rationem non teneberis. Si quid ab alio acceperis, palam accipito, avaritiamque effugies. Si quid dederis, occulte dato: & inanem gloriam evitabis. Si non paſſus fueris te induci, ac capi adulationibus: nec conviciis quidem turbaberis. Si affectu inordinato non præbeas: ne inordinata quidem affectione recipies. Si ad famam captandam in alios beneficia non contuleris: neque laudatus extolleris. Quos honore aſſicis; non compenſationem ab iis exſpectes, neque honorem repetas. Quos obſervas, non propter divitias reverearis: & aſſentatorem non ages. Quos amas; non utilitatis alicujus cauſa amorem oſtentaveris: & nihil fucatum erit. Quos tibi vindicaveris; non tui gratia eos tibi quæſieris: & proprii amoris venenum evitabis. Si propter Deum benefeceris: noveris ſingulos, quibus digni ſint. Si legitime ambulaveris: noveris impoſtores, ac viæ occupatores. Si ex affectu, par pari reddideris: etiam pietatem ſicut oportet, coles. Si peccando laboraveris; cognoſces quietem, bene operando. Quòd ſi reprehenſionem lubens acceperis: amanter etiam alios reprehendes. Si convicia ſuſtinueris; viam longanimitatis atq; patientiæ noſti. Si malitiam aliorũ pertuleris; benignitatis libertatem agnoſces. Si imprudentẽ ſupportaveris; prudentẽ quoq; eum reddere poteris. Niſi verbis inanibus commovearis: ne opera quidẽ inania facies. Niſi inſipientes oderis, nõ corriges animã. Si proximũ non

A μηδὲ μωρῶς ἀποκινώμεθα· μὴ φιλοπόνως μᾶλλον, πλεῖον ἢ τῶν θείων εἰς τὰ ὅμοια, μήτε μὴ ἔχοντες σχολὴν βέψωμεν τῷ Θεῷ τὴν λειτουργίαν. ἐὰν δυναίμεθα ποιῆσαι καλὸν ἕκατερον· μὴ τὸ ἓν ἀντὶ δύο πάξωμεν· ἐὰν ἐμποδίζῃ τὸ καλὸν τὸ κάλλιον, μὴ σφαλησώμεθα τὸ ἔλασσον· ὅτε χρὴ, λαλήσωμεν, ἵνα οἴδαμεν τοὺς λαλοῦντας ὅτε μὴ χρή· ὅτε δεῖ, σιωπήσωμεν· ὅπως γνῶμεν τὴν ἡσυχίας τὴν ὠφέλειαν·

B τὸ ἔργον ἐν τοῖς πόνοις μετρήσωμεν, καὶ γνωσόμεθα τίς αὐτῶν λυσιτέλεια· τὸ κέρδος σφὸς τὴν αὐτάρκειαν φιλοκαλήσωμεν· καὶ εἰσόμεθα τὶς ἡ ὠφέλεια τῆς ἀσκήσεως· ἐὰν πονῶμεν ἐπὶ πλείοσι, τῇ ἀπωλησίᾳ αἰτίας παρέχομεν· ἐὰν ἐπὶ βιωσείᾳ περπωώμεθα, ἐπὶ ἀπορίαις βιάλωτοι τυγχάνομεν· ἐὰν ποθῶμεν λαμβάνειν, τὸ δι-

C δόναι παραιτώμεθα. ἐὰν ἡδέως σφὸς τὰ δῶρα, οὐχ ἡδέως πρὸς τὸ δίκαιον· ὅτε τίς δῷ σοι ἀφ' Θεὸν, λάμβανε ὡς νομίζων Θεῷ· ὅτε τὶς παρέχει ἀφ' κοινωνίαν βυσεβείας, τὰ ὅμοια ποιῶν, οὐχ ὑφέξεις λογοθέσιον· ἐὰν δέξῃ, φανερῶς λάμβανε, καὶ σκοβέξῃ φιλαργυρίαν· ἐὰν παρέχῃς, κρυπτῶς δίδυ, καὶ ἀφαιρήσεις κενοδοξίαν· ἐὰν μὴ πείθῃ κολακευόμενος, οὐ

D λυπῇ λοιδορώμενος· ἐὰν μὴ παρέχῃς ἐμπαθῶς, οὐδὲ λήψῃ ἐμπαθῶς· ἐὰν μὴ βέργετῆς σφὸς σκληρῶς, οὐκ ἐπαίρῃ ἐγκωμιαζόμενος· ὡς ἁμᾶς, μὴ δι' ἀμοιβὴν ἁμήσῃς, καὶ οὐκ ἀπαιτήσεις τιμήν· ὡς αἰδῇ, μὴ ἀφ' πλῶτον κολακβύσῃς· ὡς ἀγαπᾷς, μὴ ἀφ' τινα χρείαν, καὶ οὐ μὴ γένηται ἐπίπλαστον. ὡς σφὸς ποιῇ, μὴ δι' ἑαυτόν· καὶ ἀποδράσεις τὸ φιλαυ-

E τίας τὸν ἰόν· ἐὰν βὐποιῇς ἀφ' Θεὸν, οἶδας ἕκαστον, ὧν ἐστὶν ἄξιος· ἐὰν γνησίως πορβύσῃ, οἶδας τοὺς ἐπιθέτας· ἐὰν ἀφθέσεως ἀντιποιήσῃ, καὶ βυσέβειαν, ὡς δεῖ, θεραπβύσεις· ἐὰν πονέσῃς ἁμαρτήσας, ἐπιγνώσῃ ἀνάπαυσιν εὐπραγήσας· ἐὰν ἡδέως ἔλεγχων δέξῃ, μετὰ οἰκειότητος ἄλλυς ἐλέγξεις· ἐὰν ὑπομείνῃς λοι-

δορίαν, οἶδας τὴν ὁδὸν τῆς μακροθυμίας· ἐὰν

F ἐνέγκῃς μοχθηρίαν, ἐπιγνώσῃ ἐλβθερίαν χρήστος· ἐὰν βασάσῃς ἄφρονα, δυνήσῃ ποιῆσαι αὐτὸν φρόνιμον. ἐὰν μὴ κινηθῇς ἀπὸ λόγυ κενῦ, ὐ ποιήσεις πρᾶξιν κενήν· ἐὰν μὴ μισήσῃς ἄφρονας, ὐ μὴ διορθώσῃ ψυχήν· εἰ μὴ ποθήσεις τὸν πλησίον, ὐκ οἶδας πῶς σεαυτὸν ἀγαπήσεις· εἰ μὴ τιμήσεις δίκαιον, ὐ συνήσεις θεραπείαν Θεῦ. εἰ μὴ δώσεις χρῄζουλι, οὐκ εἶσῃ καὶ σεαυτὸν εἰ ἄνθρωπον· ὅτε λυπῇ ἐπὶ νεκρῷ,

νεκρῷ, ἀναμνήσθητι τῆς φύσεως· ὅτε ἐπὶ ἁμαρτάνουσι μὴ χαίρεις, φρόντιζε περὶ τελειότητος· ὅτε μανθάνειν σπεύδεις περὶ ἀρετῆς, τότε νοήσεις τὴν ἀγνοίας σου τὴν ἀτέλειαν· μάνθανε παρὰ ἁγίων, καὶ αὐτῷ Θεῷ χάριν εἰς ἀπράξιν· νόησον τὴν κακίαν, καὶ τὸν Θεὸν αἴτησεις εἰς βοήθειαν· σύνες τὴν φύσιν, καὶ μὴ χωρίζου τοῦ Θεοῦ χάριτος· ἠγνόησας, μὴ λυποῦ ὡς ἄνθρωπος· κατώρθωσας, μὴ κενοδοξῶν ὑπὲρ ἄνθρωπον· ἐπὶ κακοπαθείᾳ μὴ κακοπαθήσῃς, καὶ μὴ ἀπαγορεύεις ἐπὶ σφάλματα· ἐπὶ θείᾳ χάριτι μὴ ἀλαζονεύου· καὶ ὅ μὴ περιεσπάσῃς εἰς ἀσέβειαν· ἐπὶ δόξῃ μὴ ἐπαίρου, καὶ ὅ μὴ πέσῃς εἰς ἀπόγνωσιν. ἀπόδραθι τὸ ψεῦδος ὡς τὸν δράκοντα, καὶ εἰσελεύσῃ εἰς τὸν παράδεισον· μὴ ταχέως τοῖς λεγομένοις πίστευε, μηδὲ παντὶ λέγοντι συγκατατίθου· βραδέως ἐπαγγέλου. καὶ ταχέως ἐπιτέλει· βραδέως πίστευε, καὶ ταχέως ἀλήθευε· σπεῦδε μαθεῖν τὸ σαφὲς οὐχ ἵνα κρίνῃς, ἀλλ' ἵνα μὴ κατακρίνῃς, μᾶλλον ὑστέρει εἰς κρίσιν· εἰ γὰρ ἐπέχεις, σεαυτὸν οἰκτειρήσεις· φεῦγε τὸ δικάζεσθαι, καὶ μὴ παραυτῷ διακατακρινόμενον· ἐὰν γένῃ κριτὴς ὡς σύμβουλος γενοῦ· ἐὰν περιεσπάσῃς εἰς συμβουλίαν ὡς πατὴρ εὔνοησον· μὴ ἀποφαίνου ἐν συμβουλῇ σου ἀγνοῶν τοῦ Θεοῦ τὰ ἀπόρρητα· δίκαζε δικαζόμενος, καὶ ὅπου ἔσῃ εὐεπίληπτος· δίδασκε ὡς ἔμαθες, καὶ ὠφελήσεις τοὺς ἀκούοντας· ἀμφιβόλως περὶ ὧν ἀγνοεῖς δικαζε, καὶ ἐὰν πέσῃς, ἔσῃ σῶος· ἐλοῦ σιγῆν, ἢ φθόνῳ ὑποπαγῆναι· ἐλοῦ ζημίαν, ἢ ὅρκον, ὃ γὰρ λείπει τῇ εὐσεβείᾳ ἄμυνα. ζήλου τὸ ἀγαθὸν ἐνεργῶς, καὶ ὡσαύτως μίσει τὸ πονηρόν· ἐὰν ὁμόσῃς ἐν ἀνάγκῃ, ἀπολογία σοι ὑπάρξει βεβαία· ἐὰν δὲ ἀνάγκης γένῃ κριτὴς, ὀφλίξῃ τὴν μετὰ κρίσεως καταδικασιν· ἐὰν συναρπασθῇς, ἀπολόγησαι ὡς ἄνθρωπος· ἐὰν συμπέσῃς διανοίᾳ, φοβοῦ τὴν Φύσιν· κρεῖττον ὡς ἄσοφον κριθῆναι, ἢ ὡς σοφὸν καταγνωσθῆναι· ἄμεινον ὡς ἄπειρον ἀποβληθῆναι, ἢ ὡς ἔμπειρον δίκας λέγειν· ἐὰν ψεύσῃ, ὁμολόγησον· ἐὰν ἐν πάθει ᾖς, μὴ κρύψῃς τοὺς ἀκούοντας· ἐὰν σεαυτῷ συνοίδας, μὴ ἀμελείμνως διάγε· ἐὰν δὲ ἔξιν ὁ συμπονῶν, ὡς μόνος ἐσπούδασαι πόνον πλείονα· ὅπερ δύο ἢ βῆς ἤμελλον ποιεῖν, ποιῆσαι μὴ ὀκνήσῃς. μὴ κρύπτε τοὺς ἀνθρώπους ἐν πλημμελείαις γενόμενος· σεαυτὸν ὃ ἐκκάλυπτε δεόντως· μὴ κρύπτε Θεὸν σφαλόμενος, ἵνα μὴ καὶ αὐτὸς κρυβῇ σε ἐν καιρῷ ἀνάγκης· μὴ κακῶς περὶ δικαιο-

A non amaveris: nec quomodo te ipsum diligas, nosti. Si justum non honoraveris; nec divinũ cultũ intelliges. Si non dederis indigenti; nec hominem te esse agnosces. Quando mortuum luxeris; tuæ naturæ recordare. Quando de peccatoribus gaudes; perfectionẽ meditare. Quando virtutem aliquã addiscere eniteris: tunc intellectus tui atque ingenii tenuitatem considera. A Sanctis discito: & divinam gratiam ad executionẽ efflagita. Considera malum & Deum in adjutorium require. Intelli- B ge naturam tuam: & noli a Divina gratia separari. Per ignorantiam in aliquo erraſti? noli conflictari mœrore, ut homo. Recte aliquid egisti? supra quàm hominem decet, ne te jactes. In prosperis successibus ne glorieris; neque de erratis desperes. Propter divinam gratiam ne efferaris: & ad impietatem non deturbaberis. In gloria non extol- C laris: & in desperationem non incides. Mendacium, ut draconem fugito: & in paradisum introibis. Noli cito iis quæ dicuntur fidem habere; neque cuivis dicenti assentiri. Tardius promitte; & cito promissa perage. Tarde crede; & celeriter vera loquere. Contende, ut aperte rem percipias; non ut judices, sed ut ne damnes: potius autem tardior, ad judicium esto. Si enim assensum & judicium cohibes; te ipsum miseraberis. Noli contenD dere judiciis: & eum qui in judicio laborat, ne repudies. Si judicis personam gesseris: velut consiliarium te præbe. Si ad consilia hortator extiteris: tamquam pater benevolentiam præsta. In consilio tuo, sententiam ne tuleris; ignorans arcana Dei. Dum quippiam enarras, noli multum adseverare: sed potius dubitationem significa; nec facile in verbis reprehendi poteris. Doce ut didicisti: & auditoribus eris utilis. Quæ ignoras; eadem pro dubiis enarra. Et si ceciderIs; salvus atq; incolumis resurgas. Mori potius elige, quàm E invidiæ te servum reddere. Damnumq; jurijurando præponendum puta: non enim inulta relinquetur impietas. Strenue atque efficaciter bonum amplectere; & similiter malum detestare. Si necessitate coactus juraveris, firma ac certa tibi erit excusatio. Si ex necessitate judex evaseris: judicii condemnationẽ effugies. Si corripiaris, defende te ut homo. F Si mente concideris, naturæ afferes excusationem. Præstat ut insipientem judicari, quàm ut sapientem condemnari. Satiusque ut inexpertum repudiari, quàm ut expertum sæpe caussas agere. Si mentitus fueris, confitere. Si passione commotus fueris, ne cælaveris eos qui te audiunt. Si tibi alicujus rei conscius es, ne degas absque sollicitudine. Si non adsit laborum socius, tamquam solus plura elaborato. Quod duo vel tres debebant facere,

δικαιο-

cere, tu gravatim & ægre ne feceris. Noli hominibus occultare delicta, quibus es obnoxius. Te ipſe vero, hoc eſt, quæ ad laudē tuam pertinent, occulta ut oportet. Ne Deum cælaveris errata tua: ne & ipſe abſcondatur à te, tempore neceſſitatis. Noli gloriari de juſtitia: ne de perfectione ejus condemneris. Non glorieris de prudentia: ne ſuper præſumptione examineris. Opta potius invadi gladio: quàm iracundia corripi. Magiſq; elige, animi iracundiam comprimere: quàm illam oſtendere. Præſtat ſupplantari, quàm ſupplantare. Si vero divina munitus fueris gratia, nihil patieris. Proſpice futura, quippe qui rationē ſequaris: & præſentia obſerva, ut mortalis. Amicos proba, & inimicos concilia. Modeſte reprehende: & pie ſimul cum aliis res contrahe, atque verſare. Nec malos prorſus rejicias: neque bonos ſemper collaudes. Noli eſſe conſpicuus & inſignis in utramque partem, laudandi ſcilicet bonos, & rejiciendi improbos: ſed neque ſententiæ ipſorum neſcius. Inordinato atque immoderato affectu ne diligas: atque ita fiet, ut non ſis exoſus. Non ſis curioſus indagator: & nemo te ſuſpicabitur inimicum. Non ſtudeas cunctorum res noſſe: atque ita teipſum nemini venditabis. Noli omnium negotia intelligere: ne detrimentum accipias. Non incumbas plus æquo in cognitionem myſteriorum: & proditor non exiſtimaberis. Si tui cauſſa ſit pugna: noli ſollicite inquirere rationes. Si quis inter repugnandum tibi quid affinxerit: noli illum irritare. Si quis te amicus roget de vindicta: ne illi præſto ſis. Si inimicus comminetur tibi, ne concidas animo. Si dolum conſideraveris: non protinus reprehendas. Si multorum intellexeris inſidias: ne per aſperam occurras eis viam. Si turba in te inſurrexerit; ne confidas verbis tuis. Si in malignos incideris: ne viribus tuis fretus, reſiſtas. In turbæ diviſione, ab initio te mediatorem non conſtituas.* In pugna potentiorū, ne ſis inter eos. Juniorum immodeſtiam ne luſtres remiſſe, ſed ſevere. Ad verba otioſa, noli relaxari: & ad narrationem inordinatas affectiones continentem, ne conſederis. Ex riſu, delectationem non capias: nec in te ſegnitiem ſeminaveris. Scurrilibus non oblecteris: ne in mentis diſtractionem digrediaris. In plateis civitatis, non inveniaris frequens: ne animo depravate affecto abſcedas. Multorum congreſſus oderis: quia confuſionem animæ pariunt. Silentium ama: ut in te, magiſtri inſtar, ſit conſcientia. Fuge multiloquium; ne reddaris oblivioſus. Fuge convivia: ne fornicator etiā ſine fœminis evadas. Superfluas converſationes rejice: ne Judex efficiaris iniquus, citra auctoritatem ejus. Devita mulierum colloquia:

* *Hinc incipit fragmentum hujus Sermonis, quod ex Editione Oxonienſi ſupra prodiit pag.* 322.

A δικαιοσύνης, ἵνα μὴ καπακειθῇς περὶ τ τελειότητος αὐτῆς· μὴ καυχῶ περὶ φρονήσεως· ἵνα μὴ ὑπὲρ προλήψεως ἐξεταωθῇς· ἐλῶ ἐπιβῆναι ξίφει, ἢ ἀλῶναι ἐν ὀργῇ· μᾶλλον ἐποσπῆναι θυμῷ ὀργὴν ἆρησαι, ἢ γὰρ ἐπισέξαωθαι· ἄμεινον τὸ πεφνιωθῆναι, ἢ πεφνίσαι· ἐὰν ὃ ἧς ἐν θειᾳ χαείλι, ωθὲν ὑφίσασαι. ωροόρα τὸ μέλλον ὡς λόγω ἀντεχόμενος. καὶ τὸ παρὸν

B ωθατήρει ὡς θνητὸς ἄνθρωπος· δοκίμαζε τὺς φίλως, καὶ τὺς ἐχθρὺς συμβίβαζε· ἐπιεικῶς ἔλεγχε· καὶ ὁσεβῶς συνδιατίθε· μήτε τὺς φαύλως ωαντελῶς ἀποποιῶ, μήτε τὺς ἀγαθὺς ἀεὶ ἐγκωμίαζε. μὴ γίνω καπάδηλος ἐν ἀμφοτέροις μέρεσιν, ἀλλὰ μηδὲ ἄπειρος ὢν τ γνώμης αὐτῶν· μὴ εὐνόει ἐμπαθῶς, καὶ ὠ μὴ μισηθῇς· μὴ γίνω θεωρητὴς κ ὠ μὴ ὑπολη-

C φθῇς ὡς ἐχθρός· μὴ ωεῦδε τὰ πάντων εἰδέναι, καὶ ὠ μὴ ἀποδώσεις σεαυτόν· μὴ θέλε τὰ πάντων νοεῖν, καὶ ὠ μὴ σιανθῇς· μὴ ωσύδαζε εἰς καπάληψιν μυςηρίων, καὶ προδότης ὠ μὴ νομισθῇς· ἐὰν γένηται ἐωὶ σῷ μάχη, μὴ ἀκριβῶ τὺς λόγως· ἐάν τις ἐν μάχῃ ὢν ἀνατίθεταί σοι, μὴ ἐρέζε· ἐὰν πυνθάνεταί σου φίλος περὶ ἀνταωοδόσεως, μὴ συνεργήσῃς·

D ἐὰν ὁ ἐχθρὸς ἀπειλῇ σοι, μὴ σύμπιπτε· ἐὰν δόλον νοήσῃς, μὴ παρ' αὐτὰ ἐλέγξῃς· ἐὰν συνήσῃς ἔνεδρον ωολλῶν, μὴ ἀφ' βαχείας ἀπαντήσῃς ὁδῷ· ἐὰν ὄχλω ἐπανάςασίς σοι γένηται, μὴ θαφσήσῃς τῷ λόγῳ σω· ἐὰν ἐμπέσῃς εἰς ωονηρίας, μὴ ἀνῆςῃς διὰ τ ἰχύος σω· εἰς ὄχλω διαίρεσιν, μὴ μέσαζε ἐξ ἀρχῆς· * εἰς μάχην δυνατῶν μὴ γίνου καθ' αὑτύς. εἰς ἀπα-

E ξίαν νεωτέρων, μὴ ωεριέλθῃς ἐπιεικῶς, ἀλλ' αὐςηρῶς· εἰς λόγως κενὺς μὴ δίδω ἄνεσιν· εἰς διήγησιν ἐμωαθῆ μὴ καθέζω· εἰς γέλωτα μὴ ἐωιτέρωω· καὶ ὠ μὴ ωείρῃς ἐν σοὶ ῥαθυμίαν· ἐυβαπέλοις μὴ χαίρε, ἵνα μὴ εἰς μετεωρισμὸν ἐκβαπῇς· ὁδοῖς ωόλεως μὴ ωύκναζε, ἵνα μὴ ἐμπαθὴς ἀποβῇς· μίσει ωῶν ωολλῶν τὰς συνωσίας, ὅτι σύγχυσιν τῇ ψυχῇ ωαρέχωσιν· ἀςάωνσον σιωωὴν, ἵνα ἐν σοὶ ἡ συνείδησις ὡς διδάσκαλος ᾖ· φεῦγε ωολυλογίαν, ἵνα μὴ γένῃ

F ἐωιλήσμων· ἀωόςραθι τὰ συμωόσια, ἵνα μὴ γένῃ ωόρνος δίχα γυναικῶν· ωαρατοῦ τὰς ωειθὰς συντυχίας, ἵνα μὴ κενὺς καωῇς ἄδικος ἀνευ τῆς αὐτ ἰχυσίας. ἀωοωοιῶ ωάς ωῶν γυναικῶν ὁμιλίας, ἵνα μὴ καὶ τ ὕωνον ἔχῃς ἐμωαθῆ. μὴ ἔθιε συνεχῶς, ἵνα μὴ σκοτώσῃς σω τὴν διάνοιαν. μὴ ωολλὰ μεωαλάμ-

* *Vide ſupra p.* 322.

βανε,

βανε, ἵνα μὴ πηλὸν ποιήσῃς τὴν σάρκα σου. ἀπέχε μνήμης ἐδεσμάτων ξένων, ἵνα μὴ γένῃ ἐμπαθής· ἀπέχε δαπεζῶν ἡδονῆς, ἵνα μὴ γένῃ καὶ πονηρίας ἄσιτος· ἰδίαζε τὰ πολλά, ἵνα ὁτὲ ἂν συντύχῃς, μάθῃς ἑτέρων τὴν ὠφέλειαν· μὴ πᾶσι θάρρει, πᾶσι δὲ τοῖς θέλουσι συντύγχανε· μὴ πάρελκε τὰς συντυχίας, ἵνα μὴ ὀπλάθῃ τὴν ἡσυχίας· μὴ ἐκτείνῃς τὰς ὁμιλίας, ἵνα μὴ ζημιωθῇς τὴν συνομιλίας τῷ Θεῷ· ἐὰν μὴ προσπίπτῃς τῷ Θεῷ· ἀναγίνωσκε ἐν ἡσυχία· ὅτε ἢ ἀρχὴ γραφῆς Θεοῦ, ὡς μέλλων δίηγεῖσθαι ἃ ἤκουσας φρόντισον·* ὅτε Θεῷ παρίστασαι, σύνες τὰς ἐπιγείοις ἄρχουσι λειτουργοῦντας, ἐκ δούλων καὶ δεσποτῶν, νόει σε τὴν ὑπόστασιν. ἐκ μαθητῶν καὶ διδασκάλων μάθε τὰ περὶ Θεοῦ· ἀπὸ τῶν ὑπὲρ γῆς φίλων μάθε, ὡς ὀφείλεις παρεδρεύειν αὐτῷ· ἀπὸ τῆς σαρκικῆς ἀνάγκης, καὶ τὴν τῆς ψυχῆς χρείαν δοκίμασον. οἷον ὁρᾷς ἐν ἐνδείᾳ τὸ σῶμα, καὶ τὴν διάνοιαν νόησον, ὅτε δίχα τροφῆς· οἵαν σκοτῆς περὶς ἀσθένειαν μεταλήψιν; καὶ τῷ νῦν τράπεζαν πάρεχε· ὡς ἐπιμελητὴς ἀγροῦ, νεῦε καὶ τῆς ψυχῆς· ὡς χρεώστης φυσικῶν γίνου καὶ τῆς εὐσεβείας· ὡς οἰκονόμος ῥώσεως ἔσο καὶ τῇ διανοίᾳ· ὡς τέκνων φροντιστὴς εἶ παίδαζε καὶ τῶν καλῶν πράξεων· ὡς δούλων ἐπίσκοπος γίνου καὶ τῶν νοητῶν· ὡ ἐποπτης πολεως μερίμνα τῆς ἀρετῆς· ὡς κηπῶν ἠνίοχος καὶ τὰ πάθη ἐπίβλεπε· ὡς παιδευτὴς ἀλόγων σκληρῶν γίνου καὶ τοῖς πάθεσιν ἀγελαίοσιν· ὡς ποιμὴν θεράπευε τὴν σάρκα σου τῇ ἀπαθείᾳ. ὡς φύλαξ θησαυροῦ γίνου ἐπὶ τῆς πίστεως· ὡς στρατηγὸς βουληφόρος ἀγωνίζου πρὸς τὰ πολεμικά. ὡς ἀθλητὴς ἐπίδοξος ἀγωνίζου μὴ ἀδόξῃς. ὡς σοφὸς διδάσκαλος μὴ καταγνωσθῇς ὑπὸ τοῦ πατυχόντος· ὡς καλὸς στρατιώτης ἑτοιμάζου πρὸς τὸ ἀνίπαλον· ὡς σοφὸς ἀρχιτέκτων δοκίμαζέ σου τὴν δύναμιν. ὡς συνετὸς οἰκονόμος σύνες σε τὴν ἁρπαγήν. ὡς ἀληθὴς ἔμπορος νόει σε τὴν πραγματείαν· ὡς δοῦλους οἰκέτης ἐπίσπου τοῖς ὀφειλομένοις. πρόσεχε χαλιναγωγῶν τὴν σάρκα, ἵνα μὴ τὴν ἐπιβάτην νῦν καταβάλῃ εἰς κίνδυνον· ἀφόρα πρὸς τὰ μέλη ὡς λοίδορος, ἵνα μὴ τὸ κάλλος ἀφανισθῇ τῆς ἀρετῆς· ἐπίσπου τὴν ἀφῆσεσιν, ἵνα μὴ ὡς ὅπλα πολέμου ἰὸν εἰς φθορὰν ὑποδέξωνται· σκόπησον πρὸς τὴν ψυχὴν, ἵνα μὴ δι ἐπιβουλῆς προδοσίαν ὑποστῇς.

A quia: ne etiam polluta habeas somnia. Ventré continenter non cures: ne hinc mentem tuam obtenebres. Non multa, edendo sumas: ne carnem tuam cito in limum convertas. A recordatione ciborum, & epularum exquisitarum cum hospitibus, abstine: ne impuris affectibus perturberis. A mensarum oblectatione abstine: ne & lasciviæ efficiaris parasitus. Secretum pete plerumque: ut dum fuerit cũ aliis congrediendum, atq; versandum, utriusque rei, hoc est, solitudinis & humanæ consuetudinis utilitatem intelligas. Non quibusvis fidas: sed cum omnibus qui velint, congredere, & conversare. Conversationem non protrahas: ne quietis obliviscaris. Collocutiones & congressus non extendas: ne interea divini colloquii detrimentum patiaris. Dum non oras Deum, in quietis silentio aliquid lege. Dum autem divinam Scripturam aggrederis: tamquã qui relaturus sis quæ audieris, meditare. * Quando Deo te sistis; cogita eos qui Principibus terrenis ministrant: atque ex servis & Dominis, tuam illam præsentationẽ considera. Ex discipulis & magistris, ea quæ Deo conveniunt, addisce. Et ab amicis terrenis edocearis, quo pacto te debeas exhibere ipsi. Ex necessitate carnali, etiam animæ indigentiam æstima Quale cernis in necessitate corpus: idẽ de mente intellige ac anima suo nutrimento destituta. Sicut ad infirmitatem, fieri cibi sumptionẽ consideras: etiã menti suã mensã appone. Sicut es diligens cultor agri: ita esto & animæ. Ut naturalium es debitor: ita sis & pietatis. Velut œconomus es sanitatis: sis quoq; animæ. Tamquam filiorum curator: etiam bonorum satage operum. Ut servorum præfectus: ita esto & nothorum atque degenerum. Ut spectator civitatis: virtutis quoque curam gere. Sicut volucrum gubernator: etiam perturbationes contuere. Tamquam moderator efferatarum belluarum: esto quoque ferocientium passionum. Instar Pastoris; carnem tuam rerum necessariarum usu curato. Ut thesauri custos: ita esto & fidei. Ut prudens dux exercitus; sic etiam adversus hostilia decerta. Sicut pugil celebris: ita & certa, ne inglorius discedas ex pugna. Instar sapientis magistri: à superveniente non improberis. Instar boni militis: in certamẽ cum adversario prodi. Ut prudens architectus: vires tuas experire. Sicut sagax œconomus: intellige fructuum tuorum copiam atque præstantiam. Instar veri mercatoris, considera negociationem tuam. Tamquam benevolus famulus: cura quæ debentur. Carnis refrænationi attende: ne sessorem suum, mentem videlicet, in periculum præcipitet. Ad membra tua, ut reprehensor respice: ne virtutis pulchritudo marcescat atque depereat. Fac ut præsis tuis sensibus: ne instar armorum belli, rubiginem in corruptionem admittant. Animam diligenter considera: ne ex insidiis proditionem sustineas.

* *Hucusque in Editione Oxoniensi. Cætera desiderantur.*

EJUS-

EJUSDEM SANCTI EPHRAEM SYRI

Excerpta ex catenis Græcis in Scripturam.

AC PRIMUM IN JOB.

In illud: οὐδὲν ἥμαρτεν Ἰὼβ τοῖς χείλεσιν:

Non peccavit Job in labiis ſuis.

Ex Cod. Vat. 251. pag. 72. & Cod. Palat. 230. pag. 34.

HInc diſcimus fieri non poſſe, ut timentes Deum in veritate dominatui diaboli ſubjiciantur. Etenim nititur quidem concutere, ſed eradicare non poteſt, quemadmodum accidit etiam in Job. Traditus profecto fuit in manus tentatoris; verum illum attingere ſine Dei permiſſione auſus non eſt, quamvis facultatem pro libito illum exercendi accepiſſet, excepta anima juſti: quando neque in porcos poteſtatem habet inimicus præter Dei conceſſionem. Vicit autem juſtus hic adverſarium, ſicut & Paulus datum ſtimulum angelum ſatanæ, ſolo amore, quo erga Deum ferebatur in veritate. Neque enim infirmum eſſe ſecundum carnem detrimentum eſt, neque in damna atque ærumnas incidere, præcipitium; ſed in tentationibus improbatum inveniri.

A Ἐντεῦθεν μανθάνομεν, ὅτι ἀδύνατόν ἐστι τοῖς φοβουμένοις τὸν Κύριον ἐν ἀληθείᾳ καταπιεσθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου· ἐπεχειρεῖ μὲν γὰρ τοῦ σαλεύειν, ἀλλ' ἐκωλύσθη ἰσχύει· καθάπερ ἐγίνετο καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰώβ. παρεδόθη μὲν εἰς χεῖρας τοῦ πειράζοντος, ἀλλ' οὐκ ἐτόλμησεν αὐτοῦ ἐφάψασθαι δίχα τῆς τοῦ
B Θεοῦ ἐπιτροπῆς, καίπερ λαβὼν ἐξουσίαν παρὰ τοῦ Θεοῦ χρήσασθαι αὐτῷ καθὼς ἂν βουληθῇ δίχα τῆς ψυχῆς τοῦ δικαίου. ὅπου γε οὐδὲ κατὰ τῶν χοίρων τολμᾷ ἐξουσίαν ἔχει ὁ ἐχθρὸς δίχα τῆς τοῦ Θεοῦ συγχωρήσεως. Ἐνίκησε δὲ ὁ δίκαιος τὸν ἀντίπαλον, ὡς καὶ Παῦλος τὸν δοθέντα σκόλοπα ἄγγελον Σατᾶν, μόνῳ τῷ πόθῳ, ᾧ εἶχε
C πρὸς τὸν Θεὸν ἀληθείᾳ. οὐδὲ γὰρ τὸ ἀσθενῆσαι κατὰ σάρκα ἐστὶν ἥττημα, οὐδὲ τὸ ζημίας καὶ θλίψεσι περιπεσεῖν ἐστὶ πάθημα, ἀλλὰ τὸ ἐν πειρασμοῖς εὑρεθῆναι ἀδόκιμον.

IN PSALMUM XCIII.

In illud: μὴ συμπροσέσται σοι θρόνος ἀνομίας;

Numquid adhæret tibi ſedes iniquitatis?

Ex Cod. Vat. 752. p. 297.

NOn habitet in corde tuo poteſtas diaboli: qui ſecundum Dei præceptum exerceri cupis.

D Μὴ οἰκεῖτο ἐν τῇ καρδίᾳ σου δυναστεία τοῦ διαβόλου· ὁ κατὰ πρόσταγμα τοῦ Θεοῦ ἀσκεῖσθαι βουλόμενος.

IN MATTHÆUM ET LUCAM.

DE PUBLICANO, ET PHARISÆO.

Ex Cod. Vat. 1610. pag. 293.

INitium derelictionis hominis, à demiſſione animi recedere; & derelictus à Deo, ſuffocabitur, ſicut Saul à malo ſpiritu.

Ἀρχὴ ἐγκαταλείψεως ἀνθρώπου ἀφιστᾶν ἑαυτὸν τῆς ταπεινοφροσύνης, καὶ ὁ ἐγκαταλειφθεὶς ὑπὸ Θεοῦ πνιγήσεται ὡς ὁ Σαοὺλ ὑπὸ πονηροῦ πνεύματος.

PUBLI-

ΟΔΕ

Ο ΔΕ ΤΕΛΩΝΗΣ ΜΑΚΡΟΘΕΝ ΕΣΤΩΣ.

Εἰ πτίνων ὀρθῶ βίῳ ὀρέγῃ, ταπεινοφροσύνην ἄσκησον· ταύτης γὰρ ἄνευ ὀρθὸς βίος οὐχ ἵσταται.

Ὁ δὲ ὁδοιπόρος ἀρχὴν ὁδοῦ ἀπολέσας ἐν ἀλλοδαπῇ χώρᾳ πλανᾶται, καὶ ὁ ἐκκλίνας ἑαυτὸν τῆς ὁδοῦ τῇ ταπεινοῖ τὴν πῆξιν σκηνὴν αὐτοῦ ἐν παρεμβολαῖς ὁσίων. Ἔργασαι οὖν ἐν ταπεινοφροσύνῃ πάντα σου τὰ ἔργα, καὶ ἐν τούτῳ ὑψωθήσεταί σου ὁ καρπὸς εἰς οὐρανόν. Ἡ γὰρ ὑπερηφανία ἔοικεν ὑψηλοπάτῳ δένδρῳ σεσηπότι πάντοθεν εὐθλάστους ἔχοντι τοὺς κλάδους, καὶ ἀνελθὼν ἐν ἑαυτῷ κατερράγη ἐξ ὕψους.

PUBLICANUS AUTEM STANS A LONGE.

SI igitur rectam vitam appetis, humilitatem exerce: extra hanc enim recta vita non subsistit.

Viator principium viæ amittens in aliena regione, & declinans seipsum à via humilium, non figet tabernaculum suum in castris sanctorum. Fac igitur in humilitate omnia opera tua, & in hoc exaltabitur fructus tuus in cælum. Etenim superbia similis est altissimæ arbori putrescenti undique, fragiles habenti ramos, & qui ascendit in ipsam, dejicitur ex alto.

IN TRANSFIGURATIONEM DOMINI.

Ἔλαμψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος, τὰ δὲ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο λευκὰ ὡς τὸ φῶς. Ἔδειξε δὴ ἐξ ὅλου τοῦ σώματος αὐτοῦ ἔβρυεν ἡ δόξα τῆς θεότητος αὐτοῦ, καὶ ἐξ ὅλων τῶν μελῶν αὐτοῦ ἔλαμψε τὸ φῶς αὐτοῦ. Οὐ γὰρ ὡς Μωσέως ἔξωθεν ἡ σὰρξ αὐτοῦ ἔλαμψεν ἐν εὐπρεπείᾳ, ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ ἔβρυεν ἡ δόξα τῆς θεότητος αὐτοῦ, καὶ οὐχ ὅλῳ τινὶ ἄβυσσον τῆς δόξης αὐτοῦ παρέδειξεν, ἀλλ' ὅσον ἐχώρησε τὸ μέτρον τῶν κορῶν τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν.

Καὶ λοιπὸν ἔβλεπον οἱ προφῆται τοὺς Ἀποστόλους, καὶ οἱ Ἀπόστολοι τοὺς προφήτας· εἶδον ἐκεῖ ἀλλήλους· οἱ ἀρχηγοὶ τῆς παλαιᾶς τοὺς ἀρχηγοὺς τῆς νέας. Εἶδε Μωϋσῆς ὁ ἅγιος Σίμωνα τὸν ἁγιασθέντα. Εἶδεν ὁ οἰκονόμος τοῦ πατρὸς τὸν ἐπίτροπον τοῦ Θεοῦ. Εἶδεν ὁ παρθένος τῆς παλαιᾶς τὴν παρθένον τῆς νέας, ὁ Ἠλίας τὸν Ἰωάννην· ὁ ἀναβὰς ἐπὶ τὸ ἅρμα τοῦ πυρὸς τὸν ἀναπεσόντα ἐπὶ τὸ στῆθος τῆς φλογὸς, καὶ ἐγένετο τὸ ὄρος εἰς τύπον τῆς Ἐκκλησίας, καὶ ἥνωσεν ἐν ἑαυτῷ ὁ Ἰησοῦς τὰς δύο ἀφθήκας, ἃς ἐδέξατο ἡ Ἐκκλησία. Ἐγνώρισεν ἡμῖν ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ δοτὴρ τῶν δύο· ἡ μία παρέλαβε τὰ μυστήρια αὐτοῦ, καὶ ἑτέρα ἐφανέρωσε τὴν δόξαν τῶν ἔργων αὐτοῦ.

Τοιοῦτος μὲν ὁ λόγος τῆς κατ' Μωσῆν, καὶ Ἠλίαν θεωρίας· οἱ δὲ λόγοι αὐτῶν οἱ μετὰ τοῦ Ἰησοῦ τοιοῦτοι πάντως ἦσαν· χάριν ὡμολόγουν αὐτῷ ὅτι οἱ λόγοι αὐτοῦ ἐπληρώθησαν, καὶ πάντων τῶν σὺν αὐτοῖς προφητῶν ἐν τῇ παρουσίᾳ

C *Resplenduit facies ejus sicut Sol, vestimenta autem ejus facta sunt alba sicut lux.* Ostendit ex toto corpore scatentem gloriam divinitatis suæ, & ex omnibus membris suis resplenduit lux ipsius. Non enim sicut Moyses extrinsecus caro ipsius effulgebat in decore, sed ex ipso scatebat gloria divinitatis suæ, neque totam abyssum suæ gloriæ demonstravit, sed quantum caperet mensura pupillarum oculorum eorum.

Cæterum videbant Prophetæ Apostolos, & Apostoli Prophetas. Videbant ibi se mutuo, Principes veteris, primores novi Testamenti. Videbat Moyses sanctus Simonem sanctificatum. Videbat Oeconomus Patris procuratorem Dei. Videbat Virgo veteris Virginem novi, Elias Joannem: Ascendens in currum ignis, recumbentem supra pectus flammæ: & factus est mons in figuram Ecclesiæ, & conjunxit in se ipso Jesus duo testamenta, quæ recepit Ecclesia. Manifestavit nobis se esse utriusque largitorem. Alterum accepit mysteria ipsius, alterum manifestavit gloriam factorum ejus.

Hujusmodi quidem fuit sermo contemplationis inter Moysen, & Heliam. Sermones vero cum Jesu tales omnino fuerunt. Gratias ipsi agebant, quod ipsorum verba impleta fuerant, omniumque simul Prophetarum in adventu ipsius. Ado-

rationis cultum ipſi obtulerunt pro ſalute, quam in mundo pro hominum genere operatus fuerat, & quod myſterium ab ipſis adumbratum, re ac factis ipſe compleverat. Lætitia in prophetis, atque Apoſtolis dum montem aſcenderent, exorta eſt. Lætati ſunt prophetæ videntes Verbi humanitatem: lætati ſunt Apoſtoli videntes Jeſu divinitatem, ſeu potius divinitatis gloriam.

Dicet enim Chriſtus fortaſſe ad ipſum. O Simon, quid ais? Si hic manemus, ſermones prophetarum quis inplet? Verba præconum quis ſigillo confirmat? Myſteria juſtorum quis perficit? Si hic manemus, illud, *foderunt manus meas, & pedes meos*, in quo impletur? Illud, *diviſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem*, cui adaptatur? Illud, *dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potaverunt me aceto*, cui continget? Illud, *inter mortuos vivens*, quis confirmat? Si hic manemus, chirographum contra Adam quis ſcindet? Debitum ipſius quis exſolvet, veſtimentum gloriæ quis ipſi reſtituet? Si hic manemus, quæ dixi tibi quomodo fient? Eccleſia quomodo ædificabitur? Claves Regni cælorum quo pacto accipies à me? Quem ligabis, quem ſolves? Si hic manemus, ſupervacanea ſunt quæ dixerunt prophetæ. Dixit rurſus, *faciamus tria tabernacula*. Simon miſſus eſt ad ædificandam Eccleſiam in mundo, & facienda cogitat tabernacula in monte. Adhuc enim intra humanum captum Jeſum conſiderabat, & cum Moyſe, atque Helia ipſum componebat. Et primum ei oſtendit ſe ipſius tabernaculo non egere. Ipſe enim erat, qui fecerat ejus Patribus tabernaculum nubis in cremo. *Adhuc enim eo loquente ecce nubes lucida obumbravit eos*. Vides, Simon, tabernacula ſine labore, tabernaculum avertens æſtum, & umbram non habens: tabernaculum præfulgens, & ſplendidum. Et diſcipulis mirantibus ecce vox audita eſt ex nube ex ipſo Patre dicens: *hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipſum audite*. Cum voce Patris Moyſes reverſus eſt in ſuum locum, Helias abiit in regionem ſuam, Apoſtolique in faciem ſuam ceciderunt ſuper terram, & Jeſus ſtetit ſolus, quia vox illa

A ρουσία αὐτοῦ. προσκύνησιν αὐτῷ προσέφερον ὑπὲρ τ σωτηρίας, ἧς ἐποίησεν ἐν τῷ κόσμῳ τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὸ μυστήριον, ὃ ἐζωγράφησαν αὐτοὶ, ἔργῳ αὐτὸς ἐπλήρωσε, χαρὰ τοῖς προφήταις, καὶ τοῖς ἀποστόλοις ἐν τῇ ἀνα-
B βάσει τοῦ ὄρους ἐγένετο· ἐχάρησαν οἱ προφῆται ἰδόντες τοῦ λόγου τὴν ἀνθρωπότητα· ἐχάρησαν οἱ ἀπόστολοι ἰδόντες τοῦ Ἰησοῦ τὴν θεότητα, μᾶλλον δὲ τὴν τ θεότητος δόξαν.

Εἰρῆ γὰρ Χριστὸς ἴσως πρὸς αὐτόν. Ω Σίμων, τί λέγεις; ἐὰν ὧδε μείνωμεν, τοὺς λόγους τῶν προφητῶν τίς πληροῖ; τὰ ῥήματα τῶν κηρύκων τίς σφραγίζει; τὰ μυστήρια τῶν δικαίων τίς τελειοῖ; ἐὰν ὧδε μείνωμεν τὸ, ὤρυξαν χεῖράς μου, καὶ πόδας μου, ἐπὶ τίνι πληρῶται; τὸ, διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον, τίνι ἁρμόζει; τὸ, ἔδωκαν εἰς τὸ βρῶμα μου χολὴν, καὶ εἰς τὴν δίψαν μὲ ἐπότισάν με ὄξος, τίνι συμβήσεται; τὸ, ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος τίς βεβαιοῖ; ἐαν ὧδε μείνωμεν τὸ χειρόγραφον τ Ἀδὰμ τίς σχίσει; τὸ χρέως αὐτοῦ τίς ἀποτίσει, τὸ ἔνδυμα τ δόξης αὐτῷ τίς ἀποκαθιστᾷ. Ἐὰν ὧδε μείνωμεν, ἅπερ εἶπόν σοι πῶς γενήσεται· ἡ Ἐκκλησία πῶς οἰκοδομηθήσεται, τὰς κλεῖς τ βασιλείας τῶν οὐρανῶν πῶς λήψῃ παρ' ἐμοῦ· τίνα δήσεις, τίνα λύσεις; ἐὰν ὧδε μείνωμεν, ἀργοῦσι πάντα τὰ ῥηθέντα ἀφ' τῶν προφητῶν. Εἶπε πάλιν ποιήσωμεν τρεῖς σκηνάς· ὁ Σίμων ἐπέμφθη οἰκοδομῆσαι τὴν Ἐκκλησίαν ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ ἔστι ποιῶν σκηνᾶς ἐν τῷ ὄρει. Ἀκμὴν γὰρ ἀνθρωπίνως προσεῖχε τῷ Ἰησοῦ, καὶ μετὰ Μωσέως καὶ Ἠλίᾳ κατέπαιζεν αὐτὸν, καὶ παραυτὰ ἔδειξεν αὐτῷ ὅτι οὐ χρήζει τ σκηνῆς αὐτῶν. αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ ποιήσας τοῖς πατράσιν αὐτῶν σκηνὴν νεφέλης ἐν τῇ ἐρήμῳ. Ἔτι γὰρ αὐτοῦ λέγοντος, ἰδοὺ νεφέλη φωτεινὴ ἐπεσκίασεν αὐτοῖς. Βλέπεις Σίμων σκηνὰς ἄνευ κόπου, σκηνὴν κωλύουσαν καῦμα, καὶ μὴ ἔχουσαν σκότος, σκηνὴν ἀπαστράπτουσαν, καὶ φαίνουσαν· καὶ τῶν μαθητῶν θαυμαζόντων ἰδοὺ φωνὴ ἠκούσθη ἐν τ νεφέλης παρ' αὐτοῦ πατρὸς λέγουσα· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα, αὐτοῦ ἀκούετε. Μετὰ τ φωνῆς τοῦ πατρὸς Μωσῆς ὑπέστρεψεν εἰς τ τόπον αὐτοῦ, Ἠλίας ἀπῆλθεν εἰς τὴν χώραν αὐτοῦ, καὶ οἱ ἀπόστολοι ἐπὶ πρόσωπον ἔπεσον ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ὁ Ἰησοῦς εἱστήκει, ὅτι ἡ φωνὴ ἐκείνη ἐπ' αὐτῷ μόνῳ ἐπλη-
ρροῦτο.

Ibid. p. 354.

ροῦτο. Ἔφυγον οἱ προφῆται, καὶ τοὺς μαθητὰς ἐδίδασκεν ὁ πατὴρ, ὅτι ἐπληρώθη ἡ οἰκονομία τοῦ Μωσέως, ἵνα τοῦ υἱοῦ ἀκούσωσιν. Ἐκεῖνος ὡς δοῦλος ἃ ἐκελεύσθη ἐλάλησεν· οὗτος ὡς δεσπότης, καὶ νομοθέτης ἅπερ ἐθέλησε προσέταξε.

Καὶ δὴ μαθητὰς λαβὼ τοῦτο ἀνήγαγεν εἰς τὸ ὄρος, ἵνα καὶ τοῦ παιδὸς ἀκούσωσι τίς ἐστιν, καὶ τίνος υἱός. ὅτε γὰρ ἠρώτησεν αὐτοὺς· τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; λέγουσιν αὐτῷ· οἱ μὲν Ἠλίαν, οἱ δὲ Ἱερεμίαν, ἢ ἕνα τῶν προφητῶν. Διὰ τοῦτο ἀναφέρει αὐτοὺς εἰς τὸ ὄρος, καὶ δείκνυσιν αὐτοῖς, ὅτι οὐκ ἔστιν Ἠλίας, ἀλλὰ Θεὸς τοῦ Ἠλία. οὐδὲ πάλιν Ἱερεμίας, ἀλλ' ὁ ἁγιάσας Ἱερεμίαν ἐν κοιλίᾳ τῆς μητρός. οὐδὲ εἷς τῶν προφητῶν, ἀλλ' ὁ Κύριος τῶν προφητῶν, ἵνα ὅπερ ἀφανῶς ὁ πατὴρ ἀπεκάλυψε τῷ Πέτρῳ, τοῦτο μαρτυρήσῃ καὶ τοῖς λοιποῖς, αὐτοῖς πράγμασί τε, καὶ ῥήμασιν· Ἀνήγαγεν οὖν αὐτοὺς εἰς τὸ ὄρος, καὶ ἔδειξε τὴν δόξαν αὐτοῦ πρὸ τῆς ἀτιμίας αὐτοῦ, καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ πρὸ τοῦ πάθους αὐτοῦ, ἵνα ὅταν κρατηθῇ, καὶ σταυρωθῇ ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων γνώσονται ὅτι ἐκ ἀσθενείας ἐσταυρώθη, ἀλλ' ὅτι ἔδοκεν αὐτοῦ ἑκουσίως εἰς σωτηρίαν τοῦ κόσμου. Ἀνήγαγεν αὐτοὺς εἰς τὸ ὄρος, καὶ δείκνυσιν αὐτοῖς τὴν δόξαν τῆς θεότητος αὐτοῦ πρὸ τῆς ἀναστάσεως. ἵνα ὅταν ἐν νεκρῶν ἀναστῇ ἐν τῇ δόξῃ τῆς φύσεως τῆς θεότητος αὐτοῦ, γνώσονται, ὅτι οὐχ ὑπὲρ τοῦ κόπου αὐτοῦ ἔλαβε τὴν δόξαν αὐτοῦ ὡς ἐνδεὴς, ἀλλ' ἣν αὐτοῦ πρὸ αἰώνων σὺν τῷ Πατρὶ, καὶ μετὰ τοῦ Πνεύματος, καθὼς εἶπεν ἐρχόμενος ἐπὶ τὸ ἑκούσιον πάθος· Πάτερ δόξασόν με τῇ δόξῃ, ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρά σοι. Τοιοῦτον οὖν τὴν δόξαν τῆς θεότητος αὐτοῦ ἄδηλον οὖσαν, καὶ κεκρυμμένην ἐν τῇ ἀνθρωπότητι ἀπέδειξε τοῖς Ἀποστόλοις ἐν τῷ ὄρει, καὶ τὸν Πατέρα εἶχε συμφωνοῦντα, καὶ λέγοντα· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ἀγαπητός.

A illa in ipso solo impleta est. Fugerunt Prophetæ, & discipulos erudivit Pater, quia dispensatio Moysis impleta fuerat, ut filium audirent. Ille ut servus, quæ jussus fuerat, loquutus est: hic ut Dominus, & legislator, quæ voluit, imperavit.

Etenim discipulos hac de caussa duxit in montem, ut à Patre audirent, quis esset, & cujus filius. Quando enim B interrogavit ipsos, *quem me dicunt homines esse filium hominis*, dicunt ei, *alii quidem Heliam, alii vero Hieremiam, aut unum ex Prophetis*: hac de caussa ducit eos in montem, & ostendit eis se non esse Heliam, sed Deum Heliæ, neque rursum Hieremiam, sed qui Heremiam in utero matris sanctificavit: neque unum ex Prophetis, sed Dominum Prophe- C tarum, ut quod occulte Pater Petro demonstravit, illud testificaretur reliquis, rebus ipsis ac verbis. Duxit igitur eos in montem, & ostendit Regnum suum, & gloriam suam ante dedecus, & suam potentiam ante passionem, ut quum comprehensus, & cruci affixus fuisset à Judæis, noscerent non propter debilitatem, fuisse cruci affixum, sed quod ipsi sponte placuit ad mundi salutem. Duxit D illos in montem, atque ostendit illis gloriam suæ divinitatis ante resurrectionem, ut quum ex mortuis resurgeret in gloria naturalis suæ divinitatis, noscerent non propter labores suos ipsum gloria potitum, ut indigentem, sed ipsi propriam fuisse gloriam ante sæcula cum Patre, & Spiritu: sicut dixit veniens ad mortem voluntariam: *Pater clarifica me claritate, quam habui antequam mundus fieret, apud te*. Hanc igitur Divinitatis suæ gloriam, quum ignota esset in humana natura, atque occulta, Apostolis in monte ostendit, Patremque habuit contestantem, & dicentem, *hic est Filius meus dilectus*. E

DE NATIVITATE DOMINI.

Ἐν μὲν οὖν τῷ Ξανθικῷ τῷ φαιδρῷ, σύλληψις τοῦ φαιδροῦ καρποῦ, καὶ Θείου φωτός. Τότε δὴ δρομὸν ὀξέως τὸ σκότος, ἤκ ἴσχυσεν ἀμαυρῶσαι τὴν φωτεινὴν σύλληψιν· ἐν ᾧ τῷ Ἀπελλαίῳ γέγονεν ἡ γέννησις τοῦ φωτός. τοῦτο ἡμέτερον σκότος ἀφανισθέντος, καὶ τῷ μηνὶ,

Ex Cod. Vatic 1642. pag. 66.

XAnthico igitur, claro nitidoque mense, conceptio fuit splendidi fructus, divinique luminis. Tunc enim propere currentes tenebræ lucidam conceptionem obscurare nequiverunt. Mense autem Apellæo nativitas luminis, tenebras nostras dissipantis, contigit. Quo enim mense tenebræ

deficiunt, eo nobis lux triumphalis exorta est. Et mensis quidem, quo Dominus conceptus fuit, figuram illam nobis exposuit, quam Moyses præsignaverat: similiter quo natus est mense, mysteria nobis sunt declarata.

νὶ, ἐν ᾧ λείπεται τὸ σκότος, ἀνέτειλεν ἡμῖν φῶς νικητικόν· ὁ δὲ συλλήψεως αὐτοῦ μὲν, ἡρμήνευεν ἡμῖν, τὸν τύπον, ὃν ὁ Μωϋσῆς ἀφεγραμματέων ἐμήνυσε· Καὶ ὁ μὲν τῆς γεννήσεως αὐτοῦ, ὁμοίως ἐδήλωσεν ἡμῖν τὸ μυστήριον.

SANCTI PATRIS NOSTRI EPHRÆM DE OCTO COGITATIONIBUS.

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΕΦΡΑΙΜ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΟΚΤΩ ΛΟΓΙΣΜΩΝ.

Ex Cod. Vat. 375. p. 177. & ex Cod. Palat. 91. p. 128. cum nonnullis additionibus & variantibus lectionibus. Confer cum sermone edito supra pag. 321.
** Hæc desunt in editione Oxoniensi.*

SCias, fili, quod octo sunt cogitationes, quæ omnia mala operantur: Gula, Fornicatio, Avaritia, Ira, Tristitia intempestiva, Acedia, Inanis gloria, & Superbia. Hæc homines universos oppugnant. Tu vero, fili, si velis Gulam vincere, dilige temperantiam, & habe timorem Dei, & vinces. Si velis vincere Fornicationem, dilige vigilantiam, & sitim; & mortem semper cogita, & nullo modo cum muliere verseris, & vinces. * Si velis avaritiam vincere, dilige paupertatem, & inopiam *. Si velis Iram vincere, posside mansuetudinem & longanimitatem, & cogita quanta mala fecerunt Judæi adversus Dominum nostrum Jesum Christum; & ipse, velut clemens hominumque amator Deus, non fuit illis iratus, sed potius pro ipsis rogavit, dicens: *Pater dimitte illis hoc peccatum: non enim sciunt quid faciunt.* Si velis vincere intempestivam Tristitiam, ne unquam contristeris propter quodliber tempestivum opus; sed sive vapules, sive persecutione sive dedecore afficiaris, ne mœreas, sed potius gaude: tunc solum contristare, quum peccaveris: sed & tunc moderate, ne in desperationem incidas, & pereas. Si velis vincere Acediam, labora interdum & aggredere quodcumque vel minimum opus manuum, aut lege, aut precare frequenter. Si velis vincere vanam Gloriam, ne diligas laudes, neque honores, neque pulchra vestimenta, neque primas sedes, neque prælationem; sed potius dilige, ut te vituperent, teque inhonorent, mentientes: teque ipsum habeto velut peccatorum omnium maximum. Si velis vincere Superbiam, quidquid feceris, ne dicas, quoniam meo proprio labore, seu propria virtute factum est: verùm etsi jejunaveris, etsi vigilaveris, etsi humi cubaveris, etsi psalmos cecineris, etsi ministraveris, etsi multas pœnitentias egeris, dicito, Dei auxilio & ipsius protectione omnia fieri, non verò ex meis

Γίνωσκε, τέκνον, ὅτι ὀκτώ εἰσιν οἱ λογισμοὶ, οἱ πάντα τὰ κακὰ ἐνεργοῦντες· Γαστριμαργία, πορνεία, φιλαργυρία, θυμὸς, λύπη ἄκαιρος, ἀκηδία, κενοδοξία, ὑπερηφανία. ταῦτά εἰσι τὰ πολεμοῦντα πάντα ἄνθρωπον. Σὺ οὖ, τέκνον, ἐὰν θέλῃς νικῆσαι τὴν γαστριμαργίαν, ἀγάπα τὴν ἐγκράτειαν, καὶ ἔχε τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ, καὶ νικᾷς. Ἐὰν θέλῃς νικῆσαι τὴν πορνείαν, ἀγάπα τὴν ἀγρυπνίαν, καὶ τὴν δίψαν. ἐνθυμοῦ ἀεὶ καὶ τὸν θάνατον, καὶ μηδέποτε συντύχῃς μετὰ γυναικὸς, καὶ νικᾷς. * Ἐὰν θέλῃς νικῆσαι τὴν φιλαργυρίαν, ἀγάπα τὴν ἀκτημοσύνην, καὶ τὴν εὐτέλειαν *. Ἐὰν θέλῃς νικῆσαι τὸν θυμὸν, κτῆσαι τὴν πραότητα, καὶ τὴν μακροθυμίαν· καὶ ἐνθυμοῦ πόσα κακὰ ἐποίησαν οἱ Ἰουδαῖοι τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν· καὶ ὡς φιλάνθρωπος Θεὸς οὐκ ὠργίσθη αὐτοῖς, ἀλλὰ μᾶλλον ηὔχετο ὑπὲρ αὐτῶν, λέγων· Πάτερ ἄφες αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην· οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσιν. Ἐὰν θέλῃς νικῆσαι τὴν ἄκαιρον λύπην, μηδέποτε λυπηθῇς διὰ τί ποτε πρόσκαιρον πρᾶγμα, ἀλλ' ἐὰν δαρῇς, ἢ ὀχληθῇς, ἢ ἀτιμασθῇς, μὴ λυπηθῇς, ἀλλὰ μᾶλλον χαῖρε· τότε μόνον λυποῦ, ὅταν ἁμαρτήσῃς· ἀλλὰ καὶ τότε συμμέτρως, ἵνα μὴ ἐμπέσῃς εἰς ἀπόγνωσιν, καὶ ἀπολεσθῇς· ἐὰν θέλῃς νικῆσαι τὴν ἀκηδίαν, κάμνε τί ποτε μικρὸν ἐργόχειρον, ἢ ἀνάγνωσκε, καὶ εὔχου πυκνά. Ἐὰν θέλῃς νικῆσαι τὴν κενοδοξίαν, μὴ ἀγάπα τοὺς ἐπαίνους, μηδὲ τὰς τιμὰς, μηδὲ τὰ καλὰ ἱμάτια, μηδὲ τὴν πρωτοκαθεδρίαν, καὶ τὴν προτίμησιν, ἀλλὰ μᾶλλον ἀγάπα, ἵνα σε ψέγωσι, καὶ ἀτιμάζωσι βλασφημοῦντες· καὶ κράτει τὸν ἑαυτόν σου, πάντος ἁμαρτωλοῦ ἁμαρτωλότερον. Ἐὰν θέλῃς νικῆσαι τὴν ὑπερηφανίαν, ἔτι ἐὰν ποιῇς, μὴ λέγε, ὅτι ἀπὸ ἰδίας σου πράττω, ἢ ἀπὸ ἰδίας ἀνδρείας γίνεται, ἀλλὰ καὶν νηστεύεις, καὶν ἀγρυπνεῖς, καὶν χαμαικοιτεῖς, καὶν ψάλλεις, καὶν ἀγρονεῖς, καὶν μετανοίας πολλὰς ποιεῖς, λέγε, ὅτι ἐκ τοῦ Θεοῦ βοηθείας, καὶ τοῦ αὐτοῦ ἀντιλήψεως γίνονται, οὐχὶ ὃ ἐκ τῶν ἐμῶν

ἐμῆς δυνάμεως, ὐδὲ ἐκ τ ἐμῆς σπουδῆς. Σπούδασον, τέκνον, ἵνα ὑπάρχῃς πάντοτε ἁπλοῦς, καὶ ἀκέραιος· καὶ μὴ ἔχε ἄλλα εἰς τ καρδίαν σου, καὶ ἄλλα εἰς τὸ στόμα. Τοῦτο γὰρ δολιότης ἐστίν· Γίνου ἀληθινὸς καὶ μὴ ψεύστης, διότι τὸ ψεῦδος ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστίν. μὴ ἀποδόσεις κακὸν ἀντὶ κακοῦ, ἀλλ' ἐάν σε κακοποιήσει τις κακόν ποτε, συγχώρησον αὐτῷ, ἵνα καὶ σοὶ συγχωρήσει ὁ Θεός. Ἐάν σε πολεμῇ ἡ μνησικακία, ἔχε ἐξ ὅλης ψυχῆς ὑπὲρ τοῦ ἀδελφοῦ ἐκείνου, καὶ ἀναχωρῇ ἡ μνησικακία. Βλέπε μὴ σκυδεξαι σε τὸ πάθος τοῦ φθόνου, ἵνα μή σε καταπίῃ ὁ διάβολος ζῶντα, ἀλλὰ μᾶλλον ἐξαγόρευσε τὸ πρᾶγμα, καὶ παρακάλει τ Θεὸν, ἵνα σε λυτρώσει ἐκ τοῦ τοιούτου κινδύνου. Ἐὰν ἴδῃς ἁμαρτάνοντα, μὴ καταλαλήσῃς, μηδὲ καταγνώσῃς αὐτὸν, μηδὲ μισήσῃς αὐτὸν, ἵνα μὴ πέσῃς καὶ σὺ εἰς αὐτὸ τὸ ἁμάρτημα, μᾶλλον εἰπὲ λέγε, ὅτι χεῖρόν εἰμι ἐγὼ ἐκείνου· καὶ, ὅτι σήμερον αὐτὸς, καὶ αὔριον ἐγώ. Γίνωσκε δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι φοβοῦνται οἱ δαίμονες τοῦ μοναχοῦ τὴν σιωπὴν, καὶ τ νηστείαν, τ ἀγρυπνίαν, τ ἐγκράτειαν, τ ταπείνωσιν, τὰς δάκρυα, τὰ δάκρυα, καὶ τὰς λοιπὰς ἀρετάς. Ἐὰν θέλῃς, ἵνα σοι χαρίσῃ ὁ Θεὸς δάκρυα, κατάνυξιν, καὶ ἀπαθειαν, ἐπομιμνήσκου τ θάνατον πάντοτε, καὶ τ πάθον σου.

* Διὰ τοῦτο λέγεται ὁ πάθος μνημεῖον, ἵνα μνημονεύων αὐτοῦ πάντοτε ὡς ἔφη ὁ μέγας Χρυσόστομος. *

Ἐὰν ἐκ τοῦ διαβόλου πλανηθῇς, καὶ πέσῃς εἰς μικρὸν, ἢ εἰς μέγα ἁμάρτημα, μὴ ἔλθῃς εἰς ἀπογνωσιν, καὶ ἀπολεσθῇς, ἀλλὰ δραμε εἰς τὴν ἐξαγόρευσιν, καὶ εἰς τ μετάνοιαν, καὶ ὁ Θεὸς οὐκ ἀποστρέφεταί σε. * Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. *

* Καὶ δέχεταί σε ὁ Θεὸς. * μὴ ἀγαπήσῃς ἀπέρχεσθαι εἰς τὰς πόλεις. ἐάν γὰρ μὴ ἴδῃς πονηρὰ, ἔσῃ καθαρὸς. μὴ πίνε οἶνον εἰς μέθην, ἵνα μὴ ποιήσῃς τ καρδίαν σου μαίνεσθαι εἰς τὰς ἡδονάς. μὴ φάγῃς δεύτερον τ ἡμέρας, ἵνα μὴ παχυνθῇ σου τὸ σῶμα, καὶ σὺν αὐτῷ τὰ πάθη· μὴ κλήσῃς τ θύραν σου ἐπὶ ξένῳ· ὅλα ἐν ᾧ μέτρῳ μετρήσεις, ἀντιμετρηθήσεταί σοι. ἐπισκέπτου τοὺς ἀρρώστους, ἵνα καὶ σὲ ἐπισκέψεται ὁ Θεός. μὴ πολλὰ κοιμῶ, ἀλλ' ἄγρυπνος τ βοήθειαν τοῦ Θεοῦ, ἵνα φύγῃς ὡσπερ ὄρνεον ἐκ παγίδος. μὴ πολυλόγει, ἵνα μὴ ἐμπέσῃς εἰς ψεῦδος. μὴ κτήσῃ ἑαυτῷ ὑπὲρ

meis viribus, neque ex mea diligentia. Cura, fili, ut ſemper ſis ſimplex & ſincerus: neque habeas aliud in corde, & aliud in ore: hæc enim fallacia eſt. Eſto verax, & non mendax, quia mendacium ex malo eſt. Ne reddas malum pro malo, ſed quum te quiſpiam malo affecerit aliquando, ignoſce illi, ut & tibi ignoſcat Deus. Quum te oppugnaverit injuriarum recordatio, ex toto animo ora pro illo fratre, & injuriæ memoria recedet. Vide, ne ſuſcipias affectionem invidiæ, ne te viventem diabolus abſorbeat; ſed potius factum confitere, & precare Deum, ut liberet te à periculo ejuſmodi. Si videris aliquem peccantem, ne obloquaris, neque condemnes eum, neque odio proſequaris, ne cadas & tu in idem peccatum; ſed potius dicito, quoniam ego deterior illo ſum, &, hodie ipſe, & ego cras. Scito autem & hoc, dæmones videlicet timere monachi ſilentium, jejunium, vigilias, continentiam, humilitatem, preces, lacrymas, & reliquas virtutes. Si velis, ut largiatur tibi Deus lacrymas, compunctionem, & indolentiam, memento ſemper mortis, & tuæ ſepulturæ.

* Idcirco enim ſepulcrum dicitur monumentum, ut ſemper ejus meminiſſe debeas, quemadmodum ait magnus Chryſoſtomus *

Si à diabolo deceptus, in peccatum ceciderit ſive parvum, ſive magnum, ne in deſperationem ruas, & pereas; ſed confuge ad confeſſionem, & ad pœnitentiam, & Deus te non averſabitur * cui gloria in ſecula Amen *

* Et Deus te ſuſcipiet: * ne diligas in urbes diſcurrere: ſi enim mala non videris, purus munduſque eris. Noli bibere vinum ad ebrietatem, ne cor tuum voluptatibus inſanire facias. Ne bis in die cibum capias: ut corpus tuum non fiat ſaginatum & obeſum, & unà cum ipſo etiam pravæ affectiones concreſcant. Ne in faciem peregrini fores tuæ claudantur, quoniam qua menſura menſus fueris, remetietur & tibi. Infirmos viſita, ut & te Deus viſitet. Noli multum dormire, ſed opem à Deo aſſidue poſtula, ut tamquam avis laqueum effugias. Fuge multiloquium, ne in mendacium incidas. Noli quidquam tibi poſſidere

*Hæc habentur ſolum in Cod. Palat. 91. p. 139. & fortaſſe ex margine in textum, amanuenſis oſcitantia, ſunt translata.

* Hucuſque ex Cod. Vat. 375.

* Quæ ſequuntur, deſcripta ſunt ex Cod. Palat. 91. pag. 139.

dere præter id quod eſt neceſſarium, ſed vitam tranſige moderatam. Quietus eſto, tuasque res curato. Pro viribus tuis linguam & ventrem cohibe: animi demiſſionem poſſide: eſto velut ignorans & idiota. Manſuetudinem adhibe erga omnes hominus. Ex multiloquio & riſu multa conſequuntur damna; Vir autem prudens ſilentio oblectatur. Afflictionem & mortem præ oculis ſemper habeto, & nunquam in deſperationem te adducet tentatio. Veſpere & mane in teipſum inquire, quomodo tempus tranſegeris: hæc autem ut ſine labore dirigantur, fieri nequit. Scito, quoniam, ſicut ſine ſemine & aqua nequit terra ex ſeipſa fructum producere, ita fieri non poteſt, ut quis fructum proferat abſque labore & humilitate. Curam tui gere ſemper, tamquam imaginis Dei. Time Deum, ut qui de omnibus operibus tuis ſis ei rationem redditurus. Tecum ipſe poſitis calculis conſidera quotidie, quænam prava a te ſuperata fuerit affectio. Qui futurum judicium credit, neminem judicat, ſed ſeipſum minimorum minimum reputat. Qui ſuum ipſius corpus reſurrecturum credit, ipſum ab omni inquinatione purum reddere ſatagit Eſto igitur dilectiſſime in timore Dei, cuſtodiens & adimplens quæ tibi ſunt gerenda, neque ſcandalum conſcientiæ tuæ præbens; ſed ipſi attende, ut & ipſa tibi cuſtos fiat, indicans quam in rem incideris, ne comprehendaris, aut in manus inimicorum tuorum incurras. Scito, quoniam, quum primum mens Monachi ſuas ipſius voluntates effugere, & ad Deum confugere inceperit, tunc ipſum acedia oppugnat. Quod autem acedia extinguit, eſt precatio, & aſſidua ad Deum meditatio. Quod meditationem fovet ac tuetur, eſt continentia. Quod continentiam ſervat, eſt corporeus labor. Hæc videlicet eſt * anguſta via, quæ ducit ad vitam. Ecce anguſta iſthæc via tamquam in ſpeculo per ſermonem Monachis apparet. Omnia præſentia ſunt Monachis acerba; poſſeſſio inſidiatrix, uſus inimicus, bonorum abrenunciatio gravis, paupertas amara, inopia dolorosa, exercitatio ærumnoſa, continentia laborioſa, diligentia nimis accurata, ſilentium mærore plenum. Si reprehenderit, debitor evadit conculcandæ pœnitentiæ. Si tacuerit, flacceſcit in eo zelus Dei. In omnibus bonis ſimile malum opponit bonorum inimicus dæmon: in eleemoſyna, mercaturæ utilitatem: in exercitatione, elationem: in vigilia, calumniam: in oratione, deſidiam: in inopia, cauponationem: in caritate, adulationem: in pere-

** Vide ſupra p. 417.*

A ὑπὲρ τ῀ χρείαν σε. ἀλλὰ ζῆσον ἐν βίῳ με-
ζίῳ. ἡσύχαζε κ῀ τὰ ἰδία πράτ῀ε. ὅλῃ δυνάμει
κράτει γλώσσης κ῀ κοιλίας. ἔχε ταπεινοφροσύ-
νην. γίνε ὡς ἀγνοῶν κ῀ ἰδιώτης. ἔχε πραό-
τητα εἰς πάντας ἀνθρώπους. πολλὴν ζημίαν ἠδ῀ὲ
ἐν τ῀ῷ λαλεῖν κ῀ γελᾶν. ἀνὴρ ὁ φρόνιμος ἡσυ-
χίαν ἔχει. πάντοτε τ῀ θλίψιν κ῀ τ῀ θάνατον
ἔχε πρὸ ὀφθαλμῶν σε, κ῀ μηδέποτε ἀπελ-
B πίσῃς πειρασμόν. ἐξέταζε σεαυτὸν ἑσπέρας κ῀
πρωὶ πῶς παρῆλθες· ταῦτα ὃ ἄνευ κόπου κα-
τορθῶσαι ἀδύνατον. γίνωσκε, ὅτι καθάπερ ἡ
γῆ ὑ δύνατ῀αι καρποφορῆσαι ἀφ' ἑαυτὴν ἄνευ
σπέρματος κ῀ ὕδατος, οὕτως ἀδύνατον καρποφο-
ρῆσαι τὸν ἄνθρωπον χωρὶς κακοπαθείας κ῀ πα-
πεινοφροσύνης· φρόνιμε αὐτ῀ ὡς εἰκόνος Θε῀ ἁ῀παντός· φοβ῀ τὸν Θεὸν ὡς μέλλων ἀπολογίαν
C δ῀ναι αὐτῷ περὶ πάντων τῶν ἔργων σε. ἀ῀λο-
λογίζε σεαυτῷ καθ' ἑκάστην ποῖον πάθος ἐνί-
κησας. ὁ πιστεύων ὅτι ἔνι κρίσις, ὑ κρίνει ἕνα
τῶν ἀνθρώπων· ἀλλὰ φυλάττει ἑαυτὸν ἕως τῶν
μικρῶν κ῀ ἐλαχίστων· ὁ πιστεύων ὅτι μέλλει τὸ
σῶμα αὐτ῀ῦ ἀνασ῀ῆναι, φροντίζει τ῀ῦ καθαρίσαι
αὐτὸ ἀπὸ μολισμ῀ῦ. σπ῀ῆθι ὃν ἀγαπητὲ ἐν φόβῳ
Θε῀ῦ, φυλάττων κ῀ πληρῶν τὸ πρακτικόν. μὴ
D παρέχων πρόσκομμα τ῀ῇ συνειδήσει σε, ἀλλὰ
πρόσεχε αὐτ῀ῇ, ἵνα κ῀ αὐτὴ ἔσηταί σοι φύλαξ,
δεικνύουσα ἕκαστον εἰς ὃ ἐμπίπτεις, ἵνα μὴ κατα-
λείψῃ, κ῀ ἐμπέσῃς εἰς χεῖρας τῶν ἐχθρῶν
σε. γίνωσκε, ὅταν ἄρξηται ὁ νο῀ῦς τ῀ῦ μοναχ῀ῦ
φεύγειν ἀπὸ τῶν θελημάτων αὐτ῀ῦ, κ῀ πρόσ-
φεύγειν τῷ Θεῷ, πρῶτον ἡ ἀκηδία πολεμεῖ
αὐτόν· τὸ ὃ ἐξαλείφον τ῀ὴν ἀκηδίαν, ἔστιν ἡ πρό-
E σευχή, κ῀ ἡ πρὸς Θεὸν ἀδολεσχία· τὸ ὃ πε-
ριποιοῦν τὴν ἀδολεσχίαν, ἔστιν ἡ ἐγκράτεια· τὸ
ὃ φυλάσσον τ῀ὴν ἐγκράτειαν ἔστιν ὁ σωματικὸς κό-
πος, ἤγαγεν * ἡ στενὴ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν
ζωήν· ἰδ῀ὲ ἡ στενὴ αὕτη ὡς ἐν κατόπτρῳ φαίνε-
ται τοῖς μοναχοῖς ἀπὸ λόγου. πάντα γὰρ τὰ-
τοις πικρὰ τὰ παρόντα, ἡ κτῆσις ἐπίβουλος,
ἡ χρῆσις, ἀντίπαλος. ἡ ἀπόκτησις, ὀδυνηρά.
F ἡ βιτέλεια, πικρά. ἡ ἔνδεια, ἐπώδυνος. ἡ
ἄσκησις, μοχθηρά. ἡ ἐγκράτεια, ἐπίπονος.
ἡ ἀκοίβεια, ἐπισφαλής. ἡ σιωπὴ, ἐπώδυνος.
ἐὰν ἐλέγξῃ, χρεώστης γίνεται τ῀ῦ βαλεῖν μετά-
νοιαν. ἐὰν σιωπήσῃ, μαρένεται ἀπὸ ζήλου Θε῀ῦ.
ἐν ἅπασι τοῖς καλοῖς, ἀντικατέστησεν ὁ μισόκα-
λος δαίμων τὸ ὅμοιον κακόν. ἐν τῇ ἐλεημοσύνῃ,
ἀντέθηκε τ῀ὴν χρηστεμποσίαν. ἐν τῇ ἀσκήσει, τ῀ὴν
οἴησιν. ἐν τῇ ἀγρυπνίᾳ, κατηγορίαν. ἐν τῇ
εὐχῇ,

** vide supra p. 417.*

